
BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
10
5 A
9

PRIMAS AVGVSTI= NIANÆVS.





PRIMAS AVGVSTINIANAEVS
Siue
PRAEROGATIUA Præcellentiæ Ordinis Eremit. S. Augustini.

Ex AVTOGRAPHO R. P. AEGIDI à Præsentat. in Conimbricensi Acad. Primarii Professoris Iubilati.

Digessit, & auxit P. N. PLENEVAVLX.






Coloniæ Agrippinæ
Apud Anthonij Boëtzeri Hæredes
Anno MDCXXVII



Cum licentia et facultate superiorum.







PRVDENTISSIMIS ET
AMPLISSIMIS DOMINIS,

D. GVILIELMO BLISIA,

CAMERÆ IMPERIALIS
Leodicæ Conſiliario, &
D. NICOLAO PLENEVAVLX
&c. Iure conſultis, Ciuitatis Leodienſis,
Auguſtæ Eburonum Liberæ Conſulibus,
ciuium Patribus.

EX MERITO, EX ANIMO
F. NICOLAVS PLENEVAVLX EREMITA
Auguſtinianus Leodius S.S.Th.B.DD.CCq.

AMPLISSIMI DOMINI,


Rimatem hunc Auguſtinianæum, iter ad vos vrgentem defero, in aris veſtris ſuſpendo, voueo, & ſacro, nominibus multis, titulis plurimis, quia in ea ci-



ciuitate Primates ius dicitis, quæ inter omnes Germaniæ inferioris est primas, si murorum circuitum, si populi multitudinem spectemus, ex quibus capitibus, ad totius orbis ciuitates amplissimas accedit proximè: quod & S. Huberto primo Antistiti illius & fundatori (vt vulgat sanior Historicorũ mens) diuinitus reuelatum aiunt, fore eũ talis ciuitatis auctorẽ, & fundatorẽ, quæ à populi multitudine, & iis quæ celebrem aliquam faciunt, auderet cum Europæ maximis de paritate certare. Siquidem Mosa regium flumen, quousq; oceanum influat, cum Vesdra, & Ouda fluuijs, eam vnam, in tres vrbes secant perfectissimas; præcipuùm si in eã partem aduertas, quæ Tongros versus respicit, in qua Ecclesiasticorũ coetus, sacrũ religiosorum agmen, populi multitudo, ædes publicæ & particulares superbæ, & magnificæ, quæ ciuitatem ornant & perficiunt: Quamuis in Insula, nihil desit ad ornamentum pulcherrimæ, & florentissimæ ciuitatis, seu Ecclesiarum Canonicalium structuram, Abbatias, Monasteria sexus vtriusque, ciuium domos, pon-

tes,& cætera aduertas, quæ Ciuitatem aliquam celebrem faciũt, & nominatam. Pars vltra Mosana huic parum cedit, in ijs quæ ciuitatem componunt, & fortem beatamque faciunt; namque in ea, tanta insularũ multitudo, vt inimicus validè irruens, aggere facto, decies, aut duodecies arceri, & propulsari possit. Ecclesiasticorum (ceu Dei castrorum) frequentissimus & copiosissimus est numerus, propterea in ætatum Annalibus *Paradisus Sacerdotum nuncupatur*. Accedunt ad perfectionem riuuli qui subterraneè eam alluunt, montes quos ornant vineæ; Fontes innumeri, vt præter communes, priuatorum pars maxima, suum habeat. Horti non tãtum amœnissimi, sed & fœcundissimi: vt quos vsquam tellus fructus tulit, illi in summa dulcedine proferũt gratissimos: Inde Historici *Paradisum terrestrem eam appellarunt*.

Pipinus, Martellus, & Carolus Magnus Cæsares, qui ei prima fundamenta (licet rudi mineruâ) dederunt, eam ita adamârunt, vt nisi ægrè ciuitate excederent: Henrico Cæsari huius nominis

IV. Ita chara fuit à rebus bellicis in imperij obsequium domi & foris benè gestis, vt ei spiritum vitæ vltimum (in amoris symbolum) reddiderit.

Ciues à natura bellicosi, Iulio Cæsari fuerunt formidini, Romanis timori, ipso libro 6. Commentariorum & Tacito testibus. Hic prostratæ Romanorum legiones, cæsi Sabinus & Cotta, dum Leodicensibus (de Cæsaris lege) priuilegia & libertates auferre moliuntur: pro fide, pro aris & focis, cum periculo interitus proprij status, fortiter & sæpissimè pugnarunt, & expugnarunt, sic pedites Equitesuè ad arma paratos, natura formauit; Neminem vnquam à suis crepundiis incolam passi, nisi syncerum S.R.E. filium; & quamuis à fide orthodoxa turbulentissimis bellorum temporibus, patriæ & ciuitates vicinæ defecerint, fortiter tamen steterunt, obsidente bis Auriaco, conflagrante circumquaquè, alijs portas spontaneè cedentibus, illi repulerunt, & in fugam verterunt, mori potius parati quam *auitam fidem & legem Dei sui relinquere*, quod facilè effecerint, Episcopo & Principe tunc suo (æternæ memoriæ) S R.E.

Car-

Cardinali Gerardo à Groisbeeck, ab antiquitate prosapiæ Generosissimo, à pietate Fortissimo, à sapientiâ & prudentiâ Inuictissimo, qui licet belli neruo careret, virtute tamen & prudentiâ sibi innata id effecit; vt hostem pæana canentem, ciuitate, & patria (cum confusione maxima sui & suorū) excedere cogeret: vnde ipse Auriacus (Ecclesiasticorum aliàs infensissimus hostis) de eo moriente asseruit, non habuisse illum in orbe *neque parem neque priorem*; vasa propria auri & argenti fusa, in monetam cudit, se, suosq; fortunæ bonis exuit, vt periclitanti patriæ succurreret: aptè cecinit Ennius.

Vnus homo nobis cunctando restituit rem:
Non ponebat enim rumores ante salutem.
Ergo postq; magisq; viri, nunc gloria claret.

Alij quidem prima mœnium fundamenta locârunt, ille *Ciuitatem Sanctam, gentem acquisitionis, populum electum,* defendit & cōseruauit, Ius patriæ, (hoste & vicinis inuidentibus) protulit & auxit: sed vbi-vbi: quid immoror in Principe nunquam satis laudato? Habuit tamen successores, prudentiâ pari, virtute non dissimili, Serenissimos Ernestum (felicis recordationis) & Principantem Ferdinandum, nun-

quam vincendos Bauariæ Duces, quorum laudes differo in aliud opus, non taceo.

Vnica remanet sapientia verè primaria, ex iis quæ ciuitati sunt decori & ornamento; *illæ enim semper fuere ciuitates beatæ, in quibus aut Philosophi regnarent, aut Reges philosopharentur*: si meo Leodico illa defuit? absit. adfuit quam maxima, siquidem eam Historici à 600. annis (elogio inuidendo) *sapientiæ fontem* appellarunt, cum in ea Cæsarum & Regum filij IV. Ducum XXVI. Comitũ XXIX. præter Baronũ & aliorum Patriæ Procerum, multam sobolẽ, qui studiis operã indefessè nauabant, & maioris AEdis D. Lamberto sacræ Canonici viuebant. In ea ergo vos Consules clauum tenetis, in ea nutum pro mandato, verbum pro lege dicitis. Prouincia magna, onus vix supportabile, parcite si vobis ingero quid opus facto. Quis magistratus, qualis debeat esse populus; næ illud Periclis quoque mane dum gladio consulari accingimini, vobis suadeo. *Attende tibi Pericles, Græci sunt quos ipse regis, Athenienses sunt, liberi sunt: Certè vbi tanta est multitudo, multa negotia confluunt; ibi recta discernere* *non*

non infœliciter difficile, legemque quandam Deorũ immortalium deposuit propterea Pindarus laudat Alimedontem, qui Ægynam populosissimã licet, tranquillè rectèque administraret, *namque vrbs magna, magna solicitudo, & vrbes quo populosiores eò inter ciues minor amicitia*, vt bene Amphiodes dixerit in Stobeo. *Vrbs planè Theatrum est infœlicitate palam scatens*: Seneca annexuit.

Turbine magno spes sollicita
Vrbibus errant trepidique metus.

Multitudo res est valida, sed mente caret, audaces habet inter cogitandum & arduas cogitationes, in agendo autem, si commodam occasionem obseruet, inopinatam reperit.

Sauitque animis ignobile vulgus.

Contra imperantium stimulos facile calcitrat, inconstans & mobilis.

Scinditur incertum, studia in contraria vulgus,

Illi certè ciues Aristophani semper displicuerunt, qui in iuuanda patria tardi, in eâdem lædenda celeres, & sibi quidem vtiles, vrbi vero calamitosi. publio, *se denegare patria exsulium est*

est pati, Sophocles infidis amicitiam negat *nunquam equidem inimicum patriæ virum, in amicitiam receperim meam*. & medius-Fidius, si vnusquisque accepto quantũ posset bono accederet, idque in ius commune conferret patriç, pauciora mala ciuitas experiẽs inposterũ fortunata foret, sed ô scelus! multi quæ sua sunt quærunt non quæ patriæ, propterea tanto cum dolore Remp. nostram aspicio: In hoc enim pereunt plures Respub. quando fortes, & strenui, nihil afferunt deterioribus plus; sic publicũ malum priuati cuiuslibet ædes occupat, nec vestibulares illud possunt excludere ianuæ.

Quas non arces scelus alternum
Dedit in praeceps? impia quas non
arma fatigant?

Facilè est ciuitatem mouere, etiam paucioribus, at pristino restituere statui, *hoc opus, hic labor est*, è vestigio nisi ipse Deus etiam Ductoribus Gubernator factus fuerit. Illum ego vobis inuoco Ducem & Cooperatorẽ, quo faustè & feliciter, Cõsulatus vestri fasces deponatis, populũq; in portu regiminis trãquillũ relinquatis.

Diuino certè instinctu credo factũ esse vt vos duos popul⁹ penè vnanimis ad hãc digni-

dignitatē aduocaret, aduocatos proclamaret, proclamatos personaret vt præessetis, foueretis, pasceretis, exemplo, benignitate, cura, illo nobili, hâc profusa, istâ indefessa, in aduertendis, depellendisque aduersis, in promouēda publica & priuata omniū salute, & fœlicitate non fatigādi dum ciuitatem curatis, *scientes nihil esse suauius, quā rē bene gerere bono publico*. Paucis multa concludo, quia multum festino; quæcunq; magistratum perficiunt in vobis elucent, si *generalia*, si *cōmunia si particularia*, considero, nimirū, quia ingeniū detegit, *imperia demonstrant virum* populo dissimilē facit.

Non eadem vulgusque decent, & lumina rerum.

Prudentiam parit: *ciuitas virum docet* magistratus sunt populi rectores!

Scilicet in vulgus manant exempla regentum,
Vtque Ducum lituos, sic mores castra sequuntur

Magistratus famulus populi, *censorem & inspectorem vitæ populum habemus* (Consules) *& multitudini seruimus*: Magistratus est Difficilis, Arduus, Molestus, Curarum plenus, Rumoribus & inuidiæ aliorum expositus, Amore custodiendus.

Non sic excubiæ, nec circumstantia pila
Quam tutatur amor: non extorquebis amari
Hoc alterna fides hoc simplex gratia donat.

Postremum Magistratus debet esse continens

tinens

tinens, Temperans, Prudens, Populi exemplum, Constans, Integer, non trepidus, Clemens, Placidus, Iustus, & Fidus:

Tu Ciuem Patremq; geras, tu consule cunctis,
Non tibi nec tua te moueant sed publica nota

Hæc omnia compleuistis, prouidentia admirabili, publica administrando, populo exemplo prælucẽdo, difficilia, molesta, ardua, curarum plena negotia perficiendo, integri, constantes, non trepidi, ius populi manu tenendo, reddendo vnicuique quod suum est, iusti, in tutando, populi Patroni, in regendo, Clementes & placidi.

His virtutibus, his nominibus, his titulis nomen bonum acquisiuistis, populi salutem curastis, propriæ conscientiæ satisfecistis, Dei Optimi Max. gloriã quæsiuistis, Restat vt suo populo Diu vos seruet, seruatos cum voluerit, placuerit, decreuerit apud se recipiat, & laurea coronet æterna: quod voueo, quod auguror, quod spero.

Coloniæ Pridie Idus Iul. M.DC.XXVII.

PRAE-

Præfatio ad Lectorem.

PAucis te affabor Beneuole Lector, super hoc labore meo: Reuerendus P. AEgidius à Præsentatione Ordinis Eremitarum S. Augustini Heros insignis, ex primariis totius Lusitaniæ, ante ordinem Philosophus, & Iureconsultus; In ordine, huius æui Theologus primarius, testis vniuersitas Conimbricensis, cui vt se totum daret, Episcopatui à Rege oblato, & sanctæ Inquisitioni, cui in regno Lusitaniæ præsidebat, renunciauit; in ea, Durandi, Scoti, S. Thomæ Vesperariam & Primariam Cathedras, sexaginta quinque ferè annis, cum omnium admiratione, & plausu est moderatus, quibus nec miles cæstus, iubente Rege valedicere potuit, propterea hoc natum in Vniuersitate de illo Adagium, por dar no punto, naõ à fra Egidio nel mondo. Facta notant virum: sic Tomi Tres quos edidit de beatitudine, de conceptione B. M. Virginis vnus, agente in hoc Philippo III. pro imperio, de quo etiã Summus Pontifex Paulus V. nullus vnquam melius, & vltimus de voluntario & inuoluntario; Philosophia etiam naturalis & supernaturalis, quæ titulo AEgidij Romani circumfertur Vrsellis Germanorũ cusa, satis prodũt, quis, qualis fuerit. & vbi Tomos omnes quos in vniuersam Summã Doct. Angelici scripsit, ex nobili & generosa Prouincia nostra Lusitana accepero, & edidero, agnosces ex vnguẽ Leonem, ex corpore spiritum: Collegi hæc fragmenta quæ legis, recẽsui, digessi, & auxi, pro modulo meo, &

quasi

quasi nouum texui ex ipsius plumis; & Prout ad mentem Honorandi & dilecti mei Magistri, Mæcenatis & Patroni accedere potui, accessi, Auctores, Hispanos, Italos, Lusitanos in decursu libri citatos, latinos fideliter reddidi, quia communem desiderabam librum, non vt omnes agnoscant Augustinum scientiæ orbem in orbe, sed quis, qualis, quantus fuerit Eremitarum Ordo, ab eo fundatus & institutus, si quid minus aptè, parce, in Dauide nostro triumphante qui propediem lucem videbit (si Deus, si Superiores, si vires & vita dederint) emendabimus; quia homines labimur, *Fruere lector, Viue, Vale, & pro me* peccatore *ora*.

APOGRAPHVM LICENTIÆ Prælati.

FRater Ioannes Næuius Ord. Erem.S.Augustini per Belgium & Germaniam inferam Prior Prouincialis Dilecto nobis in Christo confratri, P. Nicolao Plenevaulx SS Theologiæ Baccalaureo. Salutem.

Charactere præsentium tibi licentiam facimus imò(si opus sit) in meritū salutaris obedientiæ mandamus, prælo edendi *Primatem Augustinianæum* siue *prærogatiuam præcellentiæ Ord. Erem.S, Augustini*, quem ex Autographo Reuerendi Patris Ægidij à Præsentatione huius æui primarij Theolog. primariæque Cathedræ in Conimbricensi Academia professoris Emeriti,recensuisti, & auxisti:modo is per Magistrum Priorem Coloniensem,cui illum examinandum commisimus, fuerit approbatus,& per Censorem Ordinarium Concilij Tridentini decretis insistendo,prælo dignus fuerit iudicatus:In horum fidem subsignauimus, & sigillo muniuimus.

Antuerpiæ XII. Aprilis M.D.C.XXVII.

Frater Ioannes Næuius Prouincialis.

CENSVRA REV. P. MAGISTRI Prioris Colonienſis.

PRæſentem librum cui titulus eſt PRIMAS AVGVSTINIANÆVS, ex mandato Reuerendi Patris Prouincialis vidi, & legi cum ſumma diligentia & auiditate, dignumque prælo iudicaui ad honorem Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, & maiorem Dei gloriam: In horũ fidem ſubſignaui Coloniæ 13. Iunii 1627.

F. Gualterus Henricus Streuesdorff. Ord. Erem. S. Auguſtini. Coloniæ Prior SS. Th. D. Ordinarius profeſſor, & prouinciæ Viſitator.

APPRO-

APPROBATIO EXIMII MAGI- ſtri Cenſoris Ordinarij.

CVm hic Primas Auguſtinianæus nihil cõtineat, Fidei, decretis Eccleſiæ, boniſque moribus cõtrarium, ſed Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Antiquitatem probet, & demonſtret, placet imprimatur VI. idus Iulij 1627.

Henricus Francken Sierſtorphius, SS.Th. D. & Gymnaſij Laurentiani Regens, ac librorum Cenſor.

A RE-



Clarissimo & Amplissimo Domino,

Dn. GVILIELMO BLISIA ICto, Consiliario secundùm Consuli.

DElatos tibi præpotentiorum
Fasces cur stupeam? Leodicensis
Tellus cùm faueat, fauente cœlo
Quidquid est hominum peritiorum,
Qui te ter mage Bartolo peritum
Nec non Cæsarei facem senatus
Ob id fascibus efferunt secundis,
Vt demùm patriæ, rei beatam
Pacem concilies sophus regendo.



Clarissimo & Amplissimo Domino,

D. NICOLAO PLENEVAVLX ICto ptimùm Consuli.

Olim perpetuum regendo honorem
Etocles peperit sibi suisquè:
Tu nunc illius instar, æuiternos
Acquiris titulos tibi tuisquè
Dum Comi imperio, vigente vita
Atroces animos meres Catonum
O dignum facinus! quod interire
Spirans effigies vetet sub ære.

Fr. Hieronymus Baue, ponebat.

AM-

AMPLISSIMIS CONSVLIBVS LIBERAE Ciuitatis Leodiensis.

Cur virtutibus vsque & vsque vestris
Applaudam? populi Leodiensis
Cum diuersa quidem, sed vna vox sit,
Vos Patres Patriæ, vsque & vsque clamans.

In amoris & obseruantiæ symbolum
Accinebat F.M. Metthi VVolckringer
Supprior ad S.Augustinum
Coloniæ.

REVE-

REVERENDO ET DOCTISSIMO PP. Nicolao Plenevaulx. SS. Theol. Baccal.

QVid celebrem culto mediter te reddere versu?
Cum tuus id faciat plus satis iste liber.

Aliud.

COeca dies, adiuta fide, quam protulit error,
Iactat Eremitas nullius esse patris.
Et iam Doctorum hæc temeraret opinio mentem:
Heu vim mirandam futilis eloquij!
Si non mens PLENEVAVLX *obseruantissima rerum,*
AEternumque fibris historiarum inhians,
Errorem quem indocta dies, vulgusque prophanum
Attulit, aggesta contumulasset humo.
Nunc ita Eremitæ nôrunt Patrem, indice tanto.
I nunc & iacta fabula prisca fidem.

Pangebat
Frater Fredericus ab Hinneisdall.

COLONIAE AGRIPPINAE,
Typis HENRICI KRAFT Idibus Iulij
Anno M.DC.XXVII.

LIB.

LIBER PRIMVS.

Nonnulla generatim complectens, quæ ad futuram disputationem sæpe plurimumq; conducent.

PRÆFATIO.



Ingulas quasque disciplinas agnoscere principia propria, vnde tanquam ex fontium perennitate riui, ita conclusiones in eis demonstrandæ deducantur, commune apud Philosophos *axioma. Quæ principia, quoniam inter disputandum vsui esse solent, vt non liceat eis incognitis vllum ad gradum adscendere; moris est ab artium magistris in ipso statim limine proponi, atque explicari omnia: quem propterea ordinem in ea nos, ad quam animum* Deo *fautore, appellimus, disputatione seruabimus.* Cum enim Religionum *præcedentia (quæ est scopus tractationis futuræ) pendeat ex antiquiore approbatione aliqua, quæ sit legitima* Sanctæ Matris Ecclesiæ *auctoritate facta: operæ pretium erit nonnulla de* Religionum *varietate, dissimilitudineque; nonnulla item de earum institutione, atq;*

 appre-

approbatione præmittere : quæ tertio quoque verbo in futura contentione sint vsui Deinde quoniam ea, quæ de Ordine Eremitarum S. Augustini in consequentibus libris à nobis sunt præscribenda , tam sunt antiqua, vt propter insignem vetustatem cum hominum memoria certent, illumque penè effugiant , quibus proinde non aliter potest fides conciliari, quam testimonijs eorum hominum, qui temporum Annales ad posteritatis memoriam literis transfuderunt , in quibus annalibus earundem rerum agnitio velut in publica , tutaque custodia munita conseruatur. Idcirco etiam aliqua in hoc primo libro subijciemus de ratione, & via res ad antiquißimas comprobandas solenni, & certa, ne crambem, quæ repetita occidat, eandem sæpe repetere compellamur. His veluti prælusionibus in lib. 10. breuiter præmißis concertationem ipsam: sequenti deinde lib. collatis cominus signis adoriemur.

CAPVT I.

Vndenam Religionum varietas exoriatur , & de necessario cuiusque Religionis approbatione per Ecclesiam.

TOta hæc de Religionum præcedentijs altercatio assumit, ponitque vt certissimum reperiri in Ecclesia varias, ac distinctas religiones , de quarum præcedentia seruatis iuris regulis inquiratur. Non erit igitur ab instituto a-

cto alienum, si prius de Religionum varietate verba aliqua faciamus. Et vnde nam approbandæ per Ecclesiam cuiusque religionis necessitas petatur, aperiamus:

Principio igitur obseruandum est cum cõmuni Theologorum doctrina, de qua Bellarmin. in v. l. de Monachis cap. 4. in quauis Religione duo hæc inueniri: naturam, siue essentiam religionis ipsius; & applicationem, seu determinationem eiusdem essentiæ ad certum viuendi modum.

Et essentiam quidem religionis à Christo Domino esse institutam; atque ex Christi Domini institutione in tribus votis essentialiter sitam; nullus est qui dubitet ex Catholicis, qui nimirum omnes contra hæreticos latissimè probant ex diuina institutione nullam consistere posse religionem sine tribus peruulgatis votis obedientiæ, paupertatis, & continentiæ: Hæc breuissimè de natura.

De accommodatione ad certum modũ sic: Modus, quo religionis essentia determinatur; & ad speciem; formamque certam trahitur; varius esse potest, & multiplex. In cuius variatione; cum ea humana prudentia non parum pendeat: varij possunt subnasci excessus, errores varij. Ob quam causam quælibet semper religio, tacita, vel expressa Ecclesiæ approbatione indiguit.

Quod vt fiat euidentius principio illud ad-

uertimus varia ſemper in Dei Eccleſia fuiſſe religioſorum hominum genera, religionumq; ſubinde varia inſtituta, vt apertè docent D. Hiero. in epiſt. de virginitate ad Euſtochium, & D. Aug. lib. 10. de moribus Eccleſiæ Catholicæ cap. 31. Caſſianus collat. 18. capit. 4. Iſidorus 2. de Officijs lib. cap. 15. vt omittam multa, quæ Hieronymus Plato hac de re doctiſſime ſcribit in egregio quodam libro de bono ſtatus religioſi.

Deinde aduertimus hanc Religionum varietatem ex varijs religionis finibus apprimè, deſumi: cum enim quæuis religio ad charitatis perfectionem facilius aſſequendam, ad Dei denique cultum, atque obſequium dirigatur; poſſimus autem Deum varijs modis colere, charitatiſque officia multifariam obire: hinc eſt vt Religionis eſſentia à Chriſto Domino inſtituta iuxta varios diuini cultus, ritus, cæremonias, atque inſtituta, variè temperari, determinarique poſſit.

Et generaliter quidem religio in tria genera poteſt diſtingui: vel enim ad ſolam contemplationem, hoc vel illo modo tuendam dirigitur: qua contemplatione ſoli Deo illius cultores proxime adnecti deſiderant: vel ad ſolã actionem, hoc obſequio, vel illo diſtentam: vel denique ad genus vitæ miſtum, & tum ex contemplatione, tum ex actione conflatum.

Quodlibet iſtorum generum in multas for-

mas

mas est, speciesque tributum: potestque indies in plures tribui iuxta diuersas obsequiorum indigentias pro temporum varietate in Ecclesia pullulantes. Quæ omnia latissimo sanè campo prosequitur Bellarminus l.2. de Monachis cap.3. quem si placet, vide: nec enim nostrarum nunc partium est hæc, aut rimari morosius, aut fundere latius. Illud solum nunc cupimus obtinere quamcunque Religionem, etsi votorum, quibus obstringitur, essentiam iure diuino, diuinaque omnino Christi institutione fundatam, & hærentem habeat: tamen indigere comprobatione Ecclesiæ propter varios scilicet, siue excessus, siue illusiones, & errata, quæ inter applicandum ipsam religionis essentiam ad varia vitæ instituta possunt irrepere; & aliquando iam irrepsêre, vt exemplo est Religio pauperum de Lugduno, quæ varijs implicata erroribus, ac illigata superstitionibus instituebatur: vnde effectum est vt ab Innocentio huius nominis. 3. Pontifice Maximo, non solum non fuerit approbata, sed reprobata potius, & omnino explosa, quemadmodum est proditum memoriæ apud Historiographos.

Ad hæc addimus nimiam religionum turbam, varietatemque posse interdum in Ecclesia parere confusionem, & perturbationem quàm maximam vt asseruit Concilium Lateranen. sub Innocen. 3. celebratum in cap. vlt.

Extra de religiosis domibus, & Conciliũ Lugdunense sub Gregorio X. in ca. vnico eodem tit. in 6. In quibus Concilijs ob eandem causam definitum fuit, vt ne sine sedis Apostolicæ approbatione de nouo adinuenta vlla nasceretur religio.

Cap. II.

Quænam sit legitima Religionis approbatio.

COnstituta iam, & stabilita necessitate approbationis, vt Religionis essentia compleatur: explicandum est è vestigio: quænam sit religionis alicuius stata, ac legitima approbatio: In qua quæsitione nomine religionis accipimus societatem hominum, qui se sub vna regula, certoque ac peculiari viuendi instituto ad designatum ministerium Deo deuouerunt, emissisque solenni pacto tribus votis essentialibus consecrarunt.

Igitur legitima religionis approbatio (vt in generali rem finiam) illa dicetur quæ facta est ab eo, qui iuxta canonum leges, Ecclesiasticasque sanctiones approbandi religiones auctoritatem habet; siue eiusmodi approbatio fiat tacitè, siue expresse. Quod enim cum legibus consentit, legitimum dicitur, vt patet ex reg. iuris.

CAP.

Cap. III.

Ad quemnam ex iure pertineat religionem de nouo institutam approbare?

SEd iam non ineptè potest inquiri cuiusnam partes sint approbare religionem: huius enim quæstionis dissolutio ad futuram disputationem maximè conferet. Eam verò nos tribus in sequentibus paragraphis explicabimus.

§. 1.

Referuntur variæ sententiæ.

DE proposita quæstione non vna vox est omnium: nonnullorum enim existimatio est religionum approbationes solum ad Romanum Pontificem ex iure semper pertinuisse. Quam opinionem nostris hisce temporibus probauit Henricus Enriquez in sua summa Theologię lib. 10. de Sacramento ordinis cap. 35 §. 3. in tex. & lit. G. Confirmari vero sententia videtur huiusmodi argumentis. 1. quia vt simpliciter, & nulla distinctione adhibita communis Theologorum, & Iurisperitorum conspiratio asserit.

Deinde, quia id videtur probari ex text. in cap. vnico de voto in 6. quatenus simpliciter definit eam professionem censeri, solennem, quæ fit in religione per sedem Apostolicam approbata.

Postremoque, quia approbare collegia ad so-

solum Principem spectat ex l.1.&3.ff.de collegijs illicitis. Docet gloss. ad verbum I. præsumptuosa in cap. vnico de religiosis domibus in 6. iam verò in Ecclesia Summus Pontifex est Princeps, cum sit supremum illius caput: religio verò quæuis ex omnium sententia collegij nomine comprehenditur.

Oppositam tamen sententiam expressè probat doctissimus Bellarminus lib. 2. de Monachis c. 4. vbi putat esse temporum distinctione vtendum: nam si sermo sit à tempore post Concilium Lateranense sub Innocentio 3. celebratum decurrente, ab anno inquã Domini 1215. verissima (inquit) est memorata opinio, definitur enim expresse in c. vlt. de religiosis domibus, & in cap. vnico eodem tit. in 6. iuxta communem opinationem.

Porro ante præcitatum Concilium erat cuique liberum (ait idem Bellarmin.) nouam instituere religionem, nec ad hoc operis necessaria erat Summorum Pontificum auctoritas: etenim (vt ait) Antonius, Basilius, Augustinus, & Benedictus auctores fuerunt religionis, nec tamen vsquam leguntur ab aliquo summo Pontifice quæsiuisse religionis ab se institutæ comprobationem: nimirum quia nondum vigeret ius vllum Ecclesiasticum ad eam petitionẽ, & quæsitionẽ suo præcepto cõstringens.

Celebrior sententia libenter dat post prædictum Lateranense Concilium necessariam esse

esse Sedis Apostolicæ approbationem: at ante illud necessariam quoque fuisse docet approbationem Ecclesiæ; non quidem per Summos Pontifices, sed per Episcopos tributam, ad quos hoc iuris tunc temporis pertinebat.

§. 2.

Proposita Quæstio Terminatur.

VT excitatæ quæstionis nodus dissoluatur sequentes statuuntur conclusiones.

Prima Ad cuiusque Religionis denuo institutæ firmitudinem semper fuit necessaria approbatio Ecclesiæ, atq; confirmatio. Conclusioni fidem facit hæc ratio: quoniam status religionis est Ecclesiasticus à quouis alio statu secretus, ac distinctus: statuum omnium (Episcopos semper excipio) nobilissimus, & perfectissimus; debuit igitur institui non auctoritate priuata sed pulica, eaque Ecclesiastica. Et quamuis quoad essentiam in tribus votis positam sit à Christo Domino, Religio instituta: tamē accommodatio illius ad hunc, vel illum diuini cultus modum ab eodem Christo Ecclesiæ suæ iudicio, atque iurisdictioni concredita est, scilicet quia talis accommodatio, siue determinatio ad Ecclesiæ administrationem optimam, atque necessariam præcipuè pertinebat: poterantq; in ea plurima errorum monstra furtim scaturire, vt decursu temporis experientia docuit, & nos in 2. ca. patefecimus,

Cum igitur Religionis status sit Ecclesiasticus quoad essentiam quidem diuinus; quoad determinationem vero cultus & consecrationis, humanus: sicut ille quoad votorum substantiam postulauit approbationem diuinam: ita quoad modum cultus, & religionis approbationem exigit Ecclesiasticam.

Confirmatur amplius proposita conclusio: quoniam collegia sęcularia sine approbatione reipublicæ, aut eius, qui reipublicæ curã gerit erigi nunquã fas fuit, vt probatur ex l. 1. & 3. ff. de collegijs illicitis; ergo similiter collegia Ecclesiastica (ad quæ spectãt religiones) sine reipublicæ Ecclesiasticæ, hoc est Ecclesiæ cõsensu institui nullo vnquam tempore potuerunt. Debet autẽ hæc nostra conclusio probare omnibus. quippe cui ne secunda quidẽ repugnat opinio Bellarmini, si modo ad bonum sensum de quo agemus inferius, explicetur.

2. Conclusio: Ius approbandi, & confirmandi religiones semper fuit in Summo Pontifice, vnde Summus Pontifex perpetuo potuit quãcunque vellet, confirmare religionem. Conclusio inde fit indubia, quia confirmatio religionis ad iurisdictionem spectat Ecclesiasticam: hæc autem omnis in Summo Pontifice præcipuam sedem habet tanquam in vero, & Summo Ecclesiæ capite, atque principe, indeque ad cætera membra defluit iuxta text. in Cap. Ita Dominus. 19. d. cum vulgatis. Potestas

igitur

igitur approbandi religionem penes Summum Pontificem ſemper fuit, fuitque adeo ſemper penes eum de iure diuino: quin potius penes eum ſolum eſt cum perſonali priuilegio, errare illum in alicuius religionis approbatione non patiente: id quod modo cum Catholicis pro certo, atque indubitatio ponimus.

Tertia concluſio: A conſilio Lateranenſi ſub Innocẽtio III. agitato ſolus Summus Pontifex poteſt religionem de nouo inſtitutam approbare, & confirmare.

Definita ſententia eſt in eodem Concilio cap. 13. refertur in cap. vlt. Extra de religioſis domibus, ibi: *Prohibemus ne quis de cætero nouam religionem inueniat.* Quæ prohibitio repetitur in Concilio Lugdunenſi ſub Gregorio X. anno Domini 1271. relato in cap. vnico de relig. domibus in 6. Ex quo plane colliges verba Lateranenſis Concilij quamuis vniuerſe enunciata, tamen eſſe cum moderatione intelligenda ſine Sedis inquam Apoſtolicæ approbatione Concluſio eſt communi omnium conſenſione recepta.

Quarta concluſio: Ante prohibitionẽ Concilij Lateranenſis proximè citatam ad religionis perfectam inſtitutionem, firmitatemque haud erat neceſſaria Summi Pontificis approbatio: poterant Epiſcopi in ſua quiſque diœceſi nouos religionum ordines in eadem diœceſi inſtitutos approbare.

Pro.

Probata fuit hæc conclusio Bellarmino in d. libro secundo de Monachis capit. quarto. Eandem probauit Bellarmino antiquior Frater Ambrosius Coriolanus in defensorio Ordinis; & late Hieronymus Romanus lib. 2. historiæ S. Augustini; & in suo ordinis defensorio multis in locis: expresse scripsit eandē Doctor Alfonsus de Villegas in vita S. Augustin. & Thomas Trugillus 1. tomo thesauri concionatorum in vita S. Aug. ante quos omnes idem docuerat B. Iordanus de Saxonia lib. 1. de vitis fratrum cap. 19. vbi etiam id annotauit doctissimus Magister Antonius Salernitanus in annotationibus ad idem caput. Postremo videtur hanc sententiam probasse glos. ad verbum (Ordines) in Clemētina 1. de regularibus dum ait ordines approbatos, scilicet per sedē Apostolicam: tamē post Concilium generale, quasi diceret ante illud non fuisse hoc necessarium. Omissis tamen testibus, est à nobis eadem cōclusio hoc loco rationum vi diligentissime demonstranda.

Atque in primis effatum illud produco apud Theologos, & Iurisperitos quam receptissimum. In sua diœcesi Episcopum habere iurisdictionem omnem, quam Papa habet in toto orbe præterquam in ijs, quæ speciatim Summus Pontifex sibi reseruauerit. Ex Theologis enim id expresse docent Episcopus Abulensis in cap. 16 Matthæi qu. 87. Dominicus à

Soto

Soto lib.10.de Iustitia,& iure.q.1.art.3.& iure q.1.art.3.concl.1.pag.801.columna 1.& 2. Nicolaus de Cusa lib.2.de Concordia Catholica cap.3.Thesaurus Christianæ religionis ca.17. Alphonsus à vera cruce in suo speculo coniugatorum.2.p.artic.28.concl.3.ad finem quo in loco citat & seipsum in Commentarijs Epistolæ ad Rom.& doctissimum Victoriam. Adde Petrum à Soto de Institutione Sacerdotis lect.4.de valore indulgentiarum,& Henricũ Enriquez(nobis alioquin aduersarium) lib.3. de Pœnit.cap.5.& lib.10. de Sacramento Ordinis capit.35.§.2.in text.& lit.D. & lib.12.de Matrimonio cap.7.§.2.in glossa ad literam X. vbi pro eadem sentẽtia citat ex iureperitis Panormitanum,Felin.Alciatum.Beroum, & ceteros communiter in Cap. At si Clerici §. de Adulterijs, de indicijs Gambaram de Officio legati lib.10.à num.466. Maiolum de Irregularitate lib.3.cap.22.& lib.5.cap.1. Perez lib.5. Ordinationum Castellæ tit.15.cum alijs.

Quæ tam cõmuni doctrina ex eo vel maxime cõfirmatur quoniam Episcopi suis in diœcesibus successerunt Apostolis, eorumq; vim, & prope dicam, numen tenẽt, vt patet ex tex. in cap.In nouo 21.dist.& ex ca.Ecclesiæ principes.35.dist.& ex Aug.relato in cap.Quorum vices 58.dist.& est communis sententia omnium,veraque præcipuè in rebus ijs,quæ sunt muneris,& officij pastoralis. Vnde quæcunq;

res

res pertinent ad munus Pastoris, eæ sunt omnes ex diuino iure cōmissæ Episcopis; tametsi cum debita submissione, & (vt Scholæ vocāt) dependentia à Summo Pontifice, vt patet ex illis verbis Pauli Actorum cap. 2. Attendite vniuerso gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.

At nequaquā dubitari potest ad Apostolicum munus, officiumq; pastorale directo spectare, non solum administrationem Sacramētorū prædicationemq; sanæ doctrinæ, sed etiā gubernationem populi sibi commissi, vt præclare docent D. Th. ad illa verba Pauli 1. Cor. 12. *Quosdam posuit Deus in Ecclesia 1. Apostolos &c.* Et pluribus verbis Sotus lib. 10. de iustitia, & iure q. 1. art. 3. concl. 1. & communiter cæteri.

Ex quibus iam efficitur tres illas Apostolicas, pastoralesq; functiones, quæ Summo Pontifici in vniuersum orbē independenter à quoquā conueniunt, plenissimè & cōuenire Episcopis in suas diœceses, nisi speciatim eis à Sūmo Pōtifice in euētis, aut rebus aliquib. limitētur.

At approbationem Religionum quis inficiabitur ad fidelis populi gubernationē, morumq; doctrinam pertinere? inde certe Summus Pontifex id priuilegij habet, vt in approbandis Religionibus errare non possit.

Hæc cum ita sint Religionum approbatio Episcopis plenissimè ex iure cōueniet, nisi illa speciatim à Summo Pōtifice reseruata reperiatur.

tur.

tur. Id quod, si aduersarij forte dictitent, iure meo inquiram: vbinā hæc reseruatio ante Cō-cilium Lateranense facta legatur? si vspiam; exhibeant: si nusquam, potuerunt ergo Episcopi iure suo vti, & nouas religiones in suis diœcesibus ortas approbare.

2. Loco idem institutum ostenditur ex verbis dicti Concilij Lateranensis relatis in c. vlt. de relig. domibus: *Prohibemus (inquit) ne quis de cætero nouam religionem inueniat.* Quæ verba iuxta communē, & verissimam interpretationem nō continent ius antiquum, sed statuunt nouum, hoc est ius eius generis, quod futura respiciat, non præterita. Verborum autem talis est sententia: Nullus deinceps, & post hanc prohibitionem nostram sine Romani Pōtificis auctoritate nouam religionē instituat. Quæ verborum vis apertissimè ostēdit ante prohibitionē illam potuisse religiones nouas institui absq; Sedis Apostolicæ peculiari auctoritate; sola nimirum Episcoporū auctoritate intersita, & approbationem adhibita. Quam sententiam præsensit gl. in dict. c. vnico. §. sane, ad verbum (præcessit) de relig. domibus in 6. & tex. ibidē in §. Cæterum dum apertè docuit Eremitarū, & Carmelitarū Ordines decreto Lateranensis Concilij (quippe quod antecesserunt) minimè cōtineri: quasi omnino docere glossa velit decretū Lateranense non cōprehendere ordines iam institutos sed, in posterum instituendos.

Eadem

Eadem etiam fuit mens glossæ in Clem. 1. de Regularibus ad verbum (Ordines) quam nos mentem iam initio huius conclusionis expendimus. Cum igitur ante præcitatum Conciliũ quælibet instituta religio indiguerit approbatione Ecclesiæ, si non erat tunc ætatis sedis Apostolicæ necessaria approbatio, satis vtique erat ab Episcopis diœcesanis profecta.

Accedat loco 3. textus erutus ex Concilij Agathensis, quod anno Domini 506. tempore Symachi peractum est, capite 58 & refertur in cap. Cellulas 18. q. 2. *Cellulas nouas, aut congregantium Ecclesias Monachorum.* (vel secundum aliam literam) *congregatiunculas monachorum absque notitia Episcopi prohibemus institui.* Vbi gl. per Ecclesias nouas congregantium monachorum accipit, intelligitque nouarum Religionum collegia sub noua regula, & noua forma viuendi. Glossæ subscribunt communiter Doctores ibidem, colliguntque ex præcitato textu nouam Religionem institui sine Episcopi consensu, & auctoritate non posse; quæ collectio, & (vt illi appellant) summarium; nostram conclusionem apertè confirmat.

Ad eandem sententiam debet accipi aliud eiusdem Concilij decretum in cap. 27. consignatum, relatumque de Monachis 18. q. 2. *De Monachis* (inquit) *monasterium nouum, nisi Episcopo permittente, aut probante nullus aut incipere, aut fundare præsumat.* Etenim illis temporibus

bus quisquis nouum monasterium instituebat, idem nouam religionem condebat: erant enim monasteria inuicem non cohærentia, neque nexu obedientiæ mutuo plura cum vno capite, prælatoque colligata.

Denique modo eodem intelligendus est tex. in cap. Quidam Monachorum 18. *q.* 2. desumptus ex Concilio Chalcedonensi anno Domini 440. celebrati sess. 15. cap. 4. *Placuit (inquit) neminem aut ædificare, aut construere monasteria sine conscientia Episcopi.* Quem textum de institutione Religionis plerunque intelligunt doctores ibidem. Quo fit, vt nostra conclusio perspicuis, & expressis iuribus videatur corroborata.

Confirmatur tamen adhuc exemplorum numero non paucorum: etenim S. Benedicti Ordo longè clarissimus centum circiter annos in Ecclesia Dei sine Sedis Apostolicę confirmatione stetit, & mansit; si namque primitiuæ eius institutionis memoriam vltimam replicare velimus, eum comperiemus institutum fuisse circa annum partus virginei 500. confirmatus est autem primum à Gregorio Papa huius nominis primo, qui creatur Pontifex anno Domini 590. testimonio sunt in primis ipsamet Apostolica eiusdem ordinis per Beatum Gregorium confirmatio posita ad initium regulæ Sancti Benedicti. Deinde etiam Gondisaluus Illescos lib. 4. Historiæ

Pontificalis cap. primo in vita Gregorij primi, quo tamen toto interiecti temporis interuallo complures viri literis, & sanctitate præstantes eundem ordinem professi sunt; & vt vnum aliquem nominē, professus est eundem solenni ritu, ipsemet Papa Gregorius adhuc in minoribus constitutus. Verū enimuerò professionem solennem, nisi in ordine per Ecclesiam approbato non posse emitti, quis ignorat? age verò; auctorem cedo à quo fuerit ordo S. Benedicti illo tempore approbatus, & cum ostentare nullum possis omnino: alterum tibi est è duobus necessario confitendum: vel non fuisse illum ordinem approbatum (quod nisi cum grandi periculo dici non potest) vel ordinaria Episcoporum auctoritate fuisse approbatum, quod optamus.

Illustris Carthusiensium ordo ab insigni Patriarcha Brunone institutus anno domini 1084. initium sumpsit ab approbatione Hugonis Episcopi, cuius solius consensu, & auctoritate apud Carthusianam eremum Bruno cum socijs habitauit, atque ibi illustri ordini principium attulit: & in hac firmitate, antequam Vrbani II. auctoritas, & apostolica confirmatio accederet, aliquot annos stetit, ac mãsit, viris doctissimis eundem ordinem tota hac tēporū inter capedine solēniter profitētibus. Quę omnia apertè colliges ex Surio in vita Brunonis à c. 12. mense Oct. ex quo prōpsit, & affir-

affirmauit idem Alphonſus Villegas in tomo Sanctorum extrauagantium, quibus eſt addendus Hieronymus Platus l.2. de bono ſtatu Religioſi c.22.pag.414.

Carmelitarum antiquiſſimo, & nobiliſſimo ordini nonne viuendi regulã præſcripſit Ioannes Patriarcha Ieroſolymitanus anno ſalutis 412.? quẽ Sarracenorũ incurſione diſperſũ, ac diſſipatũ rurſ⁹ inſtaurat Albert⁹ Patriarcha Ieroſolymit.an.dñi 1200. qua forma ac firmitate vſq; ad Honoriũ III. perdurauit, à quo primũ Põtifice eſt Apoſtolicã approbationẽ adeptus:

De ordine S.Baſilij quid porro dicam? Baſilius teſte Nazianzeno in oratione in laudem eiuſdem, antiquum Monachorũ ritum in Gręcia adhuc agreſtem, & incultum; ad formã religioni viciniorem redegit. Nunquid in ſuis illis incunabulis alicuius ſummi Pontificis auctoritate firmatur? cum tamen tota Græcia, & omnino orbis ad Orientis ſolis plagam ſitus, Baſilici inſtituti, monaſterijs eiuſdem etiam Baſilij ætate factis, redundauerit.

Ante Baſilium D. Antonius in Ægypto, D. Hilarion in Palæſtina infinita propemodum monachorum cœnobia inſtituerunt.

In Africa nonne Auguſtinus innumera tam virorum, quam mulierum monaſteria; (Poſſidonio teſte) fundauit? numquid religiones ab his Patribus in locis ab hominum conſuetudine ſemotiſſimis cõſtitutæ habuêre, cũ naſce-

bantur, Apostolicam approbationem vllam.

Denique si percurramus ea , quæ iam ipso Apostolorum æuo fundata , & instituta sunt Monasteria (quæ satis luculenter refert Hieronymus Plato lib. 2. de bono statu religiosi cap. 20.21.& 22.) proculdubio inueniemus Monasticum institutum; illiusque secundum diuersos ritus varietatem semper Dei Ecclesiæ perplacuisse: nec ad eius tamen firmitatē fuisse summorum Pontificum consensum, auctoritatemve requisita, sed satis fuisse Episcoporū consensionem, imò verò etiam permissionem, qua sola assistente omnia illis seculis emissa vota verè solemnia , ac valida fuisse omnes Catholici contra hæreticam nostrorum temporū perfidiam non solum defendunt, sed etiā communi Patrum documento, & ijsdem ipsis, quæ attulimus Patrum exemplis communiunt, atque confirmant.

5. Conclusio: Ante prohibitionem Concilij Chalcedonensis an. 440. celebrati confirmata in Concilio Agathensi circa ann: 506. liberè quisq; poterat instituere religionem nouam, nec erat ad id necessaria expressa approbatio episcoporum, sed eo ipso quod ab Episcopo nouæ religionis cōscio illa nō reprobabatur, illico cēsebatur legitimè per Ecclesiā approbata.

Conclusio ad hunc modum proposita , & explicata exponit mentem Bellarmini, auctorumq; aliorum, quos pro 2. sententia nō multo

ante

ante citauimus : & valde cunctis probabitur, si quę de institutione piorum collegiorum iure docent, ea diligentius expendantur.

Aduertendum est igitur collegia pia, piasq; congregationes iure communi antiquo, tam Cęsareo, quam Canonico simpliciter esse permissas, ita vt libere quispiam, ac auctoritate propria nullius extrinsecò quæsito consensu, nullius approbatione petita potuerit olim extruere, de integroque instituere collegia pia. Id quòd expresè occurrunt Bart. in l.1. & vl. ff. de Collegijs illicitis. Idem Bart. in l. Non solum §. si libera ff. de libert. legata Hyppolitus in repetitione Rubr. ff. de fideiussoribus, Romantes in Repetitione rub ff. de Arbitrijs, Paulus de Castro consilio 181. Innoc. in cap. dilecta de excess. prælatorum cum c. Inter dilectos de donationibus, vbi etiam Hostien. & Ioannes Andreas, Franciscus Platea in tractatu de excōmunicatione tt. de declaratione excōmunicationis §. 10. not. 1. vol. ib. trac. Lupus de Castellione tractatu de Canonibus Pōtificum, q. 14 n. 4. & 5. vol 11. Tractatuum. Nam licet plerunq; collegia censeantur prohibita, nisi probentur permissa, vt probat l. C. in L. Collegia §. In summa ff. de Collegijs illicitis. Hæc tamē regula deficit in Collegijs, ac societatibus institutis causa religionis : hæc. n. ipso iure sunt permissa, vt satis probat tex. in dicta l. 1. ff. de Collegijs illicitis, & in l. 1. ff. Quod cu-

iusque vniuersitatis nomine,& notarunt omnes citati,& cum illis Cotta in suis Memorabilibus verb. Collegia,atq; Bald.consilio 162, lib.5.at si quid ipso iure permittitur,id nullius consensu indiget,sed ipsa iuris assistentia validum redditur.

Quæ doctrina vtroque iure receptissima maxime est probanda in institutione religionũ monachalium, iure Euangelij considerato. Nam cum monasticum institutum à Christo domino sit inuentum, & approbatum, vt latè probat Hieronymus Platus li.2. de bono statu Religiosi cap.20.&ante eum Thō. Vualdensis de Sacramentalibus tt. 9.c. 83. & Clictouæus l.3.de votis Monasticis c.9.vt alios silens prætercam,qui id tum ex sacris literis,tum ex communi Patrum doctrina tanquam verè Catholica deducunt: cum etiam religiosum hoc institutum cum solenni votorum obligatione ex Christi Domini auctoritate in ipsis Apostolis exordiũ sumpserit,vt docet D.Tho. 2.2.*q.*88.*art.*4.*ad* 3. & multis probat Aluarus Pelagius *l.*2.*de Planctu Ecclesiæ c.* 56. Denique cũ Apostoli institutum religiosum,ac monasticũ tanquam rem de cœlo delapsam, & à Christo domino proximè acceptam,statim in ipsis primitiuæ Ecclesiæ initijs,non leui conatu hominibus suaserint, vt latè deducit Hieronymus Platus vbi supra *c.*2.necessariò infertur à principio nascentis Ecclesiæ statim affuisse assistētiam

riam iuris, tam diuini, quam canonici, vel pro arbitratu quisque suo posset hoc viuendi genus, non solũ eligere, sed etiã instituere, fundareq; sub diuersis viuendi formulis, regulis, ac ritib. ad eũdẽ tamẽ finẽ primariũ retenta triũ votorum essentia, atq; solennitate tendentib.

Id quod ipsa Monachorum origo, primæuaque institutio facile persuadet: etenim à principio exurgentis Ecclesiæ permulti homines inflammatione quadam mentis, terrena omnia despicientis incensi, & afflatu diuino concitati, sese ab hominum consortio, & vrbium colluuione segregabant, abdebantque in solitudines desertissimas, vitam vt ibi solitariam, soli colerent: Monachi ob eam viuendi rationem Græco vocabulo nuncupati. Deinde in eisdem solitudinibus ad meliorẽ formã sese multi redigentes cænobia instituerunt, vt in eis sub vno capite, sub vno inquam Abbate subiecti vitã suã illius arbitrio tẽperarẽt; quam viuendi normam suo quisq; ductu deligebat, vt legitur in vita Antonij Abbatis, Hilarionis, Basilij, Aug. Hieron. & aliorum; qui cœnobia in eremo primi inuenerunt, & erexerunt: inde cæpit non solum Monachorũ sub diuersis regulis, & ritibus dispar institutio, sed & eorum per totam Ecclesiam in eremis amplificatio, atq; latissima propagatio. ¶ Hęc fuerũt monasticæ institutionis initia siue ad Anachoretas singulatim, siue ad Cęnobitas cõmuniter viuẽtes respicias. liberè quisq; secedebat

in eremum solitariam anachoritarum vitam amplectens. liberè etiam ipsi anachoretæ ac proprio impetu in cœnobia sese contrahebãt cænobiticam vitam vno sibi præfixo capite deligentes. Nulla tamen vnquam ad hanc viuendi formam, aut arripiendam, aut profitendam vel summorum Pontificum, vel Episcoporum siue facultate, siue approbatione quæsita, vt ex antiquis illorum temporum annalibus satis superque constat.

Non est tamen negandum hasce omnes, quas meminimus, tam anachoretarum dispersas, quã cœnobitarum congregatas turmas ex iure communi, & ordinario Episcopis semper fuisse subiectas, quia totius diœcesis iurisdictio de iure communi ad Episcopum pertinet iuxta *tex. in c. 1. de officio Ordinarij.* suberant igitur omnes iure cõmuni sic statuente suis Episcopis, vt perspicuum sit ex Concilio Nicæno primo, Chalcedonensi, Agathensi, alijsq; quãplurimis relatis in *cap. In Ecclesia, cap. Qui vere, cap. Quidam Monachi* 16. *q.* 1. *Cap. Monasteria in.* 1. *Cap. Cognouimus, cap. Cellulas, c. Quidam Monachorum* 18. *q.* 2. *cum alijs.* Notarunt *gloß. vlt. per tex. ibi in c. de persona?* §. *Qui contra* 33. *q.* 1. vbi Hugo Cardinalis & Præpos. *n.* 9. Innocen. *nu.* 20. Hostien. Ioan. Andr. & Abbas *nu.* 4. Cardinalis *nu.* 2. *in cap. Quanto de offic. ord.* Paulus Fuscus *de visitatione cap.* 17. *n.* 10. Latè Marsil. *de redditibus Ecclesiasticis.* §. *p. cap.* 17.

Quare

Quare si attendere animum ad ius antiquum commune velimus, ad Episcopos pertinuisse inueniemus hasce monachorum congregationes approbare, vel improbare, imo dum non improbabant permittere censebantur, vt probat optimus tex *in C.d.monachis 18.q.2.ibi:Episcopo permittente, vel approbante.*

Ex quibus omnibus dilucida redditur nostræ quintæ conclusionis confirmatio. Quæ profecto, si quæ hactenus diximus, diligentius expendantur, non debet displicere alicui.

6. Et vltima conclusio: In hac materia, nisi errare velimus tria debent distingui tempora, vt diuersorum iurium circa religionum approbationem pateat conciliatio. Primum, tempus fuit ab initio nascentis Ecclesiæ vsque ad Concilium Chalcedonense celebratum *sub Leone I. ad annum domini* 440.

2. à Concilio Chalcedonensi ad Lateranense vsq; sub Innocentio III. congregatum *anno salutis* 1214. *&* 1215. 3. denique ex eo Concilio ad nostra tempora.

Prima illa portione temporis fas cuique erat nouam instituere religionem, nec erat necessaria Summi Pontificis, aut Episcopi expressa, formalisve (vt aiunt(approbatio: Episcoporum permissio siue institutæ religionis non reprobatio penitus sufficiebat, id quod satis ostendit quinta conclusio.

2. Temporis interuallo vt religio de integro

instituta verã religionis essentiam adipisceretur: necessaria erat expressa diœcesanorũ cõfirmatio, vt 4. conclusione commonstratum est.

Tertij deniq; temporis curriculo omnino necessaria est expressa Sedis Apostolicę auctoritas, ad stabilitatẽ religionis de integro institutæ, ita vt sine ea nulla professio sit solennis, aut valida, vt in 3. Conclusione ostendimus.

Nec vero mirum cuipiã videri debet, quod Ecclesia iuxta temporum, morumque varietatem varias approbationis formas instituat: nã cum prisca illa tẽpestate animis nimirum hominum Christianorũ ad Charitatem ardentissimè inflãmatis, & studio diuini cultus acrius efferuescente, vnum vbiq; esset religionũ cor, vnaque in Deum volũtatis inclinatio, religiosis ipsis non quærentibus, quæ sua erant, sed quæ Iesu Christi, vtique religionum varietas nullam inuehebat in Ecclesiam confusionem; quippe cum discrepantibus inter se ritibus animi non discreparent: imò in ipsa rituum discrepantia mira animorum harmonia conseruaretur: satisque propterea illo tempore fuit, institutã de nouo religionẽ ab Ecclesia nõ reprobari, vt eo ipso diceretur approbata ab ea.

Exinde remittente se iam paulatim ardore charitatis, & illa mirabili conspiratione animorum, vel in ipsis religiosis hominibus iam prope dissipata, irrepsêre plures & in religiones, & in ipsos religiosos excessus: specie religionis

gionis instituendæ, ac reformandæ vagari per diuersa loca multi, sed silere præstat. Cæpit igitur religionum varietas noxia magis, quam salubris esse, & parere non exiguam in Dei Ecclesia confusionem. Atq; id scilicet causæ fuit, cur Calchedonense, & Agathēse Concilia cauerint ne quis Monachorum nouum Ordinem institueret sine expressa facultate Episcopi, vt colligere est ex *cap Cellulas, cap de Monachis, cap. Quidam Monachorum* 18. *q.* 2. Atque hoc iure vsa est Ecclesia vsque ad Concilium Lateranense sub Innocentio III.

Verùm quia huic non leui malô ex nimia religionum varietate oborto, soli per se Episcopi occurrere non omnino valebant, maximè cùm iam religiosi desertas eremos desererent & ad plenas vrbes, cætusque hominum transuolarent; iccirco graui cum ratione prohibitum fuit in Concilio Magno Lateranensi, nequis in posterum nouam religionem institueret sine Apostolicæ sedis approbatione.

Multi fortasse fuimus, sed fortassis etiam non infructuosi: siquidem totius quæstionis vera, & perlucida ex hactenus dictis sententia enîtet.

§ 3.

Diluuntur argumenta in oppositum adducta.

QVę initio quęstionis pro priori, eaq; aduersaria opinione adduximus facilē solutionē argumēta habent Nā ad 1. respōdetur cōmunē illam

illá opinionem explicare ius nouú à Concilio Lateranensi in Ecclesiam inductum, quo iure nunc vtimur, idque in causa est, ob quam simpliciter doceri soleat approbationem nouæ religionis ad solam Sedem Apostolicam pertinere. Non negant tamen eius communis opinionis defensores aliter dicendum esse de iure antiquo, quin potius id sine vlla obscuritate asserunt, dum dicunt Concilium Lateranense continere ius nouum.

Ad 2. eodem modo respondemus nam Bonifacius VIII. auctor illius capitis octoginta ferme post Lateranense Concilium annis sedit. fuit enim creatus *anno Domini* 1295. Quare votum solenne definiuit ad normam iuris noui per Lateranense Concilium instituti non vero ad normam antiqui, quo Ecclesia sæculis Lateranense Concilium antecedentibus vtebatur.

Ad 3. inprimis dicimus Collegiorum approbationes plerunq; spectare ad Principem, vt iura ab argumento citata probant: verum Episcopos in sua diœcesi censeri Principes cōgruenter cum ijs, quæ supra diximus *concl. 4. & patet ex cap. Ecclesiæ principes 35. dist.* & ex cap. *Quorum vices 58. dist.* iuxta illud *psal.* 44. *Pro patribus tuis natis sunt sibi filij constitues eos Principes super omnem terram.* Quem locum de Apostolis, atque Episcopis interpretatur Vrbanus Papa in dicto cap. Quorum vices & communis sententia Theologorum. Dici-

Dicimus deinde illam regulam deficere in Collegijs ad pias causas institutis: hæc enim sine principis auctoritate possunt institui, approbanturque sola iuris communis assistentia, & approbatione tacita ex eo inquam quia princeps illa collegia non reprobat, sed permittit, quamuis nunc temporis alio iure vtamur in religionibus approbandis post definitionem Concilij Lateranensi.

Et de hac quidem quæstione quorsum plura?

Cap. IV.

Quodnam modis queat religio approbari?

COnstituimus quancunque religionem, vt religionis nomen, & essentiam ritè tueatur, esse necessariò auctoritate Ecclesiæ legitimè approbandam: siue nomine Ecclesiæ solum Papam intelligas iuxta ius nouum Cōcilij Lateranensis; siue Episcopum in sua diæcesi iuxta ius antiquum.

Nunc est Ordine inquirendum: hæc Ecclesiæ approbatiò quot possit, ac soleat modis fieri? nam & hoc ad futuram disputationem nec lucis, nec vtilitatis afferet parum: quanquam quæstio ipsa non est vsq; adeo tetris tenebris obscurata: est enim apud omnes plane receptum posse Summum Pontificem religionem de nouo institutam non vno tantum confirmare modo.

Vnus, atque vsitatissimus modus est, si eam confirmet suum expressum consensum, auctoritatem

ritatemque Apostolicam actu (vt scholæ phrasis est) & formaliter interponens, siue id accidat viuæ vocis oraculo, siue literarum expeditione bullatarum.

Et quidem si fiat ea confirmatio expeditione breuis Apostolici, res in tuto est, & omnis dubij expers relinquitur.

Cæterum quod huiusmodi bullæ expeditio ad eam, de qua agimus, religionis approbationem non sit necessaria, sed sufficiat Summi Pontificis oraculum, seu viua voce expressa definitio, id possumus multis ostendere.

Primum, quia nullus excitabitur textus, qui hanc literarum expeditionem tanquam necessariam approbationi requirat. Nam *tex. in cap. vlt. Extra de relig. domibus, & in cap. vnico eodem tt. in 6.* solum exigunt Summi Pontificis auctoritatem nihilque definiunt de expeditione literarum. Scriptura porro non est de substantia actus, nisi id lege decernatur, vt latè probat Felin. in *cap. Cum causam de testibus,* & latius Ripa *in cap. decernimus n. 4. de Iudicijs* : refert & sequitur Mascardus 1. *tomo concl. 305 n. 8.*

Deinde id perquam euidenter colligitur ex *cap. Cellulas,* ibi. *Absque notitia Episcopi*, & ex *cap. de monachis: ibi, Nisi Episcopo permittente, aut probante,* Et ex cap. *Quidam monachorum* : ibi: *sine conscientia episcopi 18. q. 2.* In quibus iuribus noua religio absque ordinarij approbatione prohibeatur, vt superiori *cap.* diximus *conclusione 4. & 5.* &

tamen

tamen solius, ac simplicis consensus fit duntaxat mentio.

Deinde quia Seraphicus Ordo Minorum fuit ante expeditionem bullæ per Ecclesiam legitimè confirmatus: confirmationis namq; bulla expedita fuit 3. *Kalen. Decemb. octauo anno* Pontificatus Honorij: dicam clarius fuit expedita *die* 29. *Nouembris anno Domini* 1224. sicut elucet ex bulla cõfirmationis adscripta in Cõpendio priuilegiorum, cui vulgo nomen est Mare magnum *fol.* 253. Et nihilominus idem Honorius in eâdem bulla testatur Minoritarũ Ordinẽ ab Innocentio Tertio prædecessore iã fuisse approbatũ anno scilicet 1206. teste illius Cõpendij auctore in principio, imo iã fuerat idẽ ordo approbatus ab eodẽ Honorio *anno* 1. sui Põtificatus, idest *anno Domini* 1217. idque viuę vocis oraculo teste rursus auctore prę. *citati* cõpẽdij. Quę tamẽ approbatio satis fuit, vt ordo Minorũ diceretur per Ecclesiã legitimè approbatus, vt patet ex verbis eiusdẽ Honorij III. in bulla expedita *anno* 3. sui Põtificatus, hoc est *an. Do.* 1219. ibi *A Rom. Eccl. meritò approbatã*. Quæ bulla habetur in eodẽ Cõpẽdio *f.* 22.

Adhæc quoniam perinde se res habere debet in approbatione religionis, atque in canonizatione alicuius viri sancti, cum Sũmus Põtifex in neutra re possit à veritatis linea aberrare, vt tanquam assertũm verissimum esse positum modo volumus, at cũ aliquis vir sanctus

inter

inter Ecclesiæ Sanctos est referendus, eiusmodi relatio, seu canonizatio essentialiter posita est in sola definitione, ea qua scilicet Summus Pontifex iudicat illum sanctum in Dei Ecclesia esse colendum: cætera enim omnia, quæ definitionem eam antecedunt, aut consequũtur, ad solennitatem spectant accidentalem positiuo iure excogitatam, & inuentam. De quibus omnibus diffusè præter alios agit Mascardus *vol.1. concl.*262. ad verbum Canonizatio *àn.*58. Vnde expeditio Breuis ad solennitatem canonizationi extrinsecam spectat, & extet (inquam) & maneat canonizationis instrumentum ad perpetuam memoriam consignatum: ergo eadem ratione approbatio alicuius religionis essentialiter posita non erit in alio, quam in Summi Pontificis definitione, consensu, atque iudicio eo, quo iudicat illam religionem cum vita Apostolica consentientem, & sanctam. Cætera quæ hoc iudicium consequuntur: cuius generis sunt adscriptio eius religionis in album religionum, & expeditio Breuis accidentaria sunt.

Præterea confirmandæ religionis de nouo institutæ modus alter est per confirmationem quandam tacitam, atq; (vt Scholastici loquũtur) virtualem; quæ tum demum fit cum Summus Pontifex institutæ de nouo religioni literas mittit, indulgentias elargitur, vel denique immunitates concedit: hæc enim omnia siue

coniun-

coniunctiui, siue singillatim accepta sunt satis vt censeatur religionem illam, quisquis eorum aliquid præstiterit Pontifex, approbare, quod expresse docet Bart. in *l. vlt. de Collegijs illicitis: Innocen. in cap. cum Ecclesiarum de offic. ordin.* vbi Hostien *Ioannes Andr. & Immola.* Idem docet *Felin. in proœmio Gregoriano numero 6. vbi etiam Antonius de Butrio* ab eo relatus. Probat Cardinalis *in Clem. si sumus. § 1. de sententia excommunicationis: Anchar. in cap. statutum. §. Ne audiatur de rescriptis in 6* Mascardus *vol. 1. cõcl. 376. n. 8. & concl. 554. n.* 72. Estque sententia hæc communis; & omnis tergiuersationis expers docent enim concordissimè citati auctores principem; quoties aliquem appellat nomine seu titulo dignitatis; quam non habet; eo ipso videri hisce titulis illum donare saltem in ijs, quæ ad ipsum principem libere pertinent; videtur enim præsumptione iuris id concessisse ex certa scientia. Vide Mascard. *dicta concl.* 376.

Diximus [In ijs; quæ ad principem libere spectant] quoniam rebus in alijs id non videtur habere locum, vt probare satis videtur *Clementina si summus de sentẽtia excommunicationis.* etenim Episcopatum (vt exempli loco aliquid subijciamus) libere conferre non potest: cum igitur religionis approbatio ad Summum Pontificem libere pertineat, vtiq; cum ad religionem de nouo institutam scribit, aut illi gratias aliquas, priuilegiaue concedit, ex consequen-

ronymus Romanus in suo ordinis defensorio: vterque quidem optimè, & iuris principijs conuenienter: etenim quicquid humana lege introduci potest, potest etiam consuetudine, quemadmodum probat tex. *in l. de quibus ff de legibus, & in cap. vlt. de Consuetudine*: at humana lege potest introduci, vt quæ religio certo aliquo tempore se habet pro approbata, ea verè maneat approbata, ergo &c.

Præterea quidquid principis priuilegio, atque indulgentia concedi potest, potest etiam præscriptione, & consuetudine obtineri per tex. *in l. Hoc iure § ductus aquæ ff. de aqua quotidiana & æstiua l. super quibusdam §. Præterea ff. de verborum signific.* Quo iurium firmamento nixus generatim docuit id Nauarrus *li. 3. Consiliorum consil. 11. n. 4 sub titulo de regularibus.* Ecquis autem dubitabit posse Summum Pontificem priuilegio concedere, vt quæ se religio pro approbata habet, verè, ac legitimè permaneat approbata?

Itaque conclusio est absque vlla dubitatione verissima, si consuetudo, & possessio tanta vetustate sit fulta; vt de illius initio viuentium mortalium memoria taceat: etenim consuetudinem, possessionemue immemorialem (sic enim iura loquuntur) habere vim tituli: atque priuilegij consensu consono docent omnes: ita vt quia probet quis habere se immemorialem alicuius rei possessionem, consequenter probet habere se titulum; seu

bus, & in cap. *Requisisti de testamentis*. Docent latè Iason in *l. sciendum n.* 17. *ff. de verborum oblig*. & in *l. Qui in aliena n.* 11. *n.* 36. *ff. de acquirenda hared.* Et in *l.* 1. *n.* 11. vbi doctores *C. qui admitti*. Felin. *in cap. sicut col.* 14. *de re iudicata*. Alex. consil. 79. *vol.* 1. Roland. *cons.* 99. *n.* 26 *vol.* 2. *Afflictis decis.* 107. Socinus iunior *consil.* 56. *n.* 25. *vol.* 2. videndus in hac materia Abbas *in cap Peruenit. n.* 10. *de emptione, & venditione*, vbi etiam glossa. *Aymon consilio* 204. *n.* 10. *late Afflictis tt. si de inuestitura fuerit controuersia* §. *Sin autem controuersia n.* 43. Multos alios eiusdem sententiæ asseclas congerit Mascardus *vol.* 1. *concl.* 154. ad verbum *auctoritas*, & *concl.* 417. ad verbum *Consensum*, quos adire potest, qui volet.

Omnes autem docent ex diuturnitate temporis longissimi quamuis non sit immemoriale, in testamento Cardinalis præsumi interuenisse auctoritatem Summi Pontificis, sine qua testamentum non valeret. dedit Aretinus id Consilij *consilio* 36. Ex eadem diuturnitate præsumitur vnio auctoritate Summi Pontificis facta in beneficijs (vt iura vocant) incompatibilibus; id quod sensit, & consultus respondit Ancharranus *consil.* 262. Cardinalis, & alij in *cap. Requisisti de testamentis*, quos refert, & sequitur Mascardus 2. *vol.* 1329. *n.* 7. 8. 9 & 14.

Ex quibus omnibus concludendum est esse quam verissimam Ambrosij Coriolani,

quam paulo ante retulimus, opinionem: quemuis inquam ordinem institutum ipsa temporis diuturnitate, qua fuit in opinione, & possessione pacifica ordinis approbati, satis censeri legitimè approbatum, Ecclesiæque, ac Sedis Apostolicæ auctoritate confirmatum: non inde quidem quod possit sine Ecclesiæ auctoritate ordo aliquis approbari, sed quia ipsa longissimi temporis possessio auctoritatem legitimam ad illummet approbandum interuenisse cōcludat, maximè si talis possessio centenariam excedat, & sit eiusmodi, cuius memoria sit superstes nulla: hæc namque non solum interponit superioris auctoritatem, sed etiam concedit titulum ex auctoritate, superiorisque approbatione enascentem, ita vt ipsa possessio ducatur pro titulo, & pro literis bullatis approbationem legitimam continentibus, vt in simili euentu consultus respondit Nauar. *libro tertio consili. vndecimo sub titulo de regularibus. numero quarto.* hæc enim immemorialis possessio inducit iustitiam à principio permanentem ex Mascardo 2. *vol. concl.* 1377. *num.* 10.

CAP.

Cap. V.

Quanam probatio in iure sufficiat ad res antiquissimas plenè probandas?

Cum Eremitarũ ordo iuxta calculũ cõmuniorem fuerit *anno salutis*, 391. certe quidem *anno* 400. institutus ab Augustino, quemadmodum in suo loco abunde, nemo dubitauerit quin res eremitanæ sint hominum memoria multis sæculis antiquiores; proindeque & inuentu difficillimæ, & probatu, siue propter hominum priscorum in scribendis rebus suis indiligentiam, siue propter magnas temporum vicissitudines, inclinationes regnorum, commutationes rerum, incendia tabulariorum; mundique adeo totius perturbationes, quibus effectum est, vt quæ olim antiqui homines literarum beneficio posteritati prodere sunt conati, ea ad posteriorum memoriam peruadere non potuerint: pergratum igitur erit, imo potius pernecessarium antequam ad res nostri ordinis explicandas cominùs accedamus, de plena, ac iuridica vetustissimarum rerum ratione probandarum nonnihil dicere,

Qua in re sententia est omnium probata suffragijs, in concilianda fide factis

 anti-

antiquis non esse plenam, & exactam probatinē vsquequaq; requirendam sufficere probationes aliquãto leuiores per indicia inquã coniecturas; ac suspiciones, seu (vt Iuristarum sermo habet) præsumptiones. Ita docuit nos Mascard. 1. *vol. Cõcl.* 103. *n.* 12 *per tex. in l. census, & monumenta*, & l. Pen. *ff. de probationibus, cap. Cum olim de censibus, cap. causam de probationibus, cap. veniens, & cap. licet ex quadam de testibus.* docet Aymon. *de Antiquit. temporum* 1. *p. principali par. vlt. n.* 30. *iuncto consilio* 266. *n.* 31. *vol.* 1, & alij complures ab eodem Mascardo citati.

Ob hanc rationem licet auriti testes, siue (vt vulgo dicitur) testes de auditu plerumque non valeant, vt optimè probat tex. *in cap. licet ex c. quodam* (47.) *extra de testibus*, *ibi: Contra communem formam olim fuerit institutum: res* tamen antiquas valde iuridice probari testibus, qui se illa à maioribus audiuisse testificentur, optimè etiam probat idem tex. *in dictum cap. licet ex quadam*, cui adde tex. *in l. si arbiter ff. de probationibus*, & in *l.* 2. §. *Labeo ff. de aqua pluuia. arcenda.* Probat Panor. cum alijs communiter in *dicto cap. licet ex quadam*, vbi Aretinus dicit hanc sententiam esse communem. Idem Aretinus *in cap. tam literis eodem tt. de testibus* plures refert Mascard. 1. *vol. concl.* 104. *numero* 1. & 2. ad verbum *Antiquum*, & *concl.* 151. ad verbum *Audita*,

& an-

& ante eum Gabriel *communium tt. de testibus concl.* 1. 2. & 3.

Eadem de causa licet fama plerumq; non sit apta probatio, vt docet Iureconsultus in *l.* 3. §. *Eiusdem quo ff de testibus*, vbi gloss. ad verbum *Confirmet*, Bart. & alij: *tex. alius in cap. Si testis* §. *sæpe etiam* 4. *q*. 3. vbi glossa ad verbum *fama*: in antiquis tamen rebus confirmandis plenam probationem à fama peti disertè probat tex. *in l. si arbiter ff. de probat. in l. In summa* §. *item Labeo ff. de aqua pluuia arcenda. Cap. Cum causam de prob*: Communem esse sententiam auctor est Decius *in c.* 1. *n.* 46. *de appellat.* & ante eum Iason in *l. Prætor ait* §. *prætor ait ff. de edendo.* vbi gloss. & est vnanimi doctorum consensu firmum. Subscripsit etiam huic opinioni gloss. *in l. Atqui natura* §. *Qui me absente ff. de negoc. gestis*, & Innocen. in *cap. veniens de verborum significat. in* 6. plures accumulat. Mascard. *vol.* 1. *concl.* 105. ad verbum *Antiquum*, & *concl.* 755. *n.* 7. & 8. ad verbum *fama*. Quibus in locis hanc conclusionem tam latè fundit, vt etiam habere momentum velit in rebus grauibus, & in quibus agitur de alterius detrimento.

Eadem quoque ex causa licet priuata scriptura alias non inducat probationem, inducit eam tamen ad antiquas res comprobãdas. Ita Anton. de Butrio *in cap.* 2. *de fide Instrument.* Decius *in cap. Cum causam vers.* 2. *lim. de probation.* Capicius cum alijs, quos citat Mascard. in di-

cta *concl.* 105 *numero quinto & sexto.*

Deniq; antiqua facta probari per antiquos libros etiam priuatos & per enunciantia, siue narrantia verba instrumenti, tam publici quã priuati: per coniecturales denique probationes, atque præsumptiones docent communiter Doctores, quos opera data prętereo, ne videar in re non dubia vti testibus non necessarijs. Eos fusè refert Mascar. 1 *vol. concl.* 105. 106. 107. vbi *concl.* 106. *n.* 9. affirmat antiqua gesta per historias plane probari: Latius tamen hac de re in sequenti capite.

Cap. VI.

Historiæ quousque habenda sit fides.

QVamuis probandi res olim gestas, easque confirmandi gratia non sit inuenta historia sed tantum narrandi, & ad posteritatem fundendi, vt locuples auctor est. Fabius Quintil. non est tamen diffitendum ex ipsa narratione historica desumi per quam efficax argumentum ad probanda ea, quæ sunt ob antiquitatem suam hominum memoria multum, longeque superiora. Etenim cum veritatem historia habeat comitem indiuiduam iuxta illam Ciceronis vocem *in lib. de Oratore, prima est historiæ lex ne quid falsi dicere audeat: deinde ne quid veri non audeat, ne qua suspicio gratiæ sit in scribendo neque simultatis.* Quid ni promatur ex ipsa testimonium verum, & tota fide dignum, id quod credere animum suum facilius inducet quisquis

quis ipſius hiſtoriæ inueniendæ neceſſitatem: iamque inuentæ vtilitatem, voluerit attenta mente perpendere: ſicut enim ſublata è medio Scriptura nullus eſſe poſſet inter abſentes conuictus politicus, animorum communicatio nullà, nulla ſocietas familiaris: ita extincta hiſtoria nullum poſſent anteacta ſecula cum futuris habere commercium: at (deus immortalis!) hoc detracto commercio, quod vitæ genus poſſet politicum, æconomicum, aut etiam monaſticum niſi diris errorum monſtris fœdatum inſtitui? Quocirca ſicut ſcriptura fuit hominibus ob eam rem neceſſaria, vt eius interuentu præſentia cuiuſque hominis (quam certi loci cancellis natura inuida circumſcripſerat) ad loca alia, & alios homines longiſſimis regionū intervallis diſſitos effundi poſſet: ſic prorſus in eum fuit vſum inuentio hiſtoriæ neceſſaria, vt memoria hominum, quam ad vnum temporis ſeculum naturæ imbecillitas diffinierat, hiſtoriæ interuentu ad omnes conſequentium ſeculorum ætates protraheret, fieretque præſentis ætatis coniunctio cum preteritis; ſine qua coniunctione vt nullus eſſet prudentiæ locus, ita nullus poſſet eſſe perfectus vſus virtutum, nulla artium, ac diſciplinarum abſolutio conſummata; nullus deniq; hominum ſine erroribus multis ac fœdis familiaris, politicuſque conuictus. Hinc illud eſt laudis præconium à Cicerone *in lib. de oratore* inſcriptis, in hiſtoriam præclare coniectum:

Hi-

Historia testis est temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuncia vetustatis.

Cum igitur in ciuili hominum politia multa excitentur, & emergant quotidie necessaria dubia, quorũ explicatio, atq; dissolutio ex rerum præteritis seculis gestarum veritate pendet, necessarium fuit ad lites etiam diluendas adesse reipublicæ aliquod certum rerum gestarum testimonium, at quod velut ad lydium lapidem excitata dubia probarentur, probataque determinarentur: hoc autem nisi historiæ testimonium non est vllum aliud ijs in euentis, dico in quibus cadunt in probationem ea, quæ nostrorum oculorum, imo etiam aurium testimonium antiquitate sua longissimè superant. Atque hoc historiæ testimonium eo erit acrius ad probandum, quò magis, vt ait Fabius & odij fuerit, & gratiæ criminibus vacuum.

Cuius insuper testimonij tanta est auctoritas, vt non dico autores Ethnici, atque Christiani in suis contra aduersarios de rebus secularibus concertationibus historiæ testimonia proferant: sed etiam Sancti Patres in disputationibus aduersus fidei Christianæ hostes in mediũ adducant historicos non modo Ecclesiasticos, sed etiam Ethnicos: etenim Tertul. in suo apologetico contra impiam nonnullorum hominum in Christianos sæuitiam ex ipsis Romanorum historijs argumentatur. Et in *lib. scopulæ nuncupato* cum plurium gestarum rerum

rum exemplis vtitur ; vt persuadeat multos gentilium pręsides quod in Christianos sęuierint infelici exitu vitam finijsse. Cyprian. *in lib: Quod idola non sint dij*, idolorum vanitatem ex ipsis Ethnicorum monumentis coarguit; & retinuit. Hieronymus *l.1. aduersus Iouinianum* quā multas, & varias aduersus hæręticum ex omnium penè gentium annalibus in commendationem virginitatis, & castitatis historias adducit. Lucianus presbyter *l* 1. *Ecclesiasticæ historiæ cap.6. &* 11. ipsos Gentium annales testes excitat, vt nostrum fidei dogma illorum testimonijs asserat. Eusebius *lib.2. cap.2. & lib.3. cap.7.* ex humanis historijs reputat Paganos, & infringit Iudæos, vt interim omittam Aug. in libris omni prædicatione maioribus, quos inscripsit de Ciuitate Dei; vbi, quia cum Gentibus in arenam descendit. Gentium historias in gentes excitat tanquam testes charissimos veritatis.

Quare cum Sanctissimi Patres historias vel etiam Ethnicorum tanto loco posuerint, vt eas ad Catholicæ veritatis confirmationem fidenter adduxerint, earumque cognitionem ad sacrarum rerum intelligentiam pu• arint maximè necessariam, dubitandum non est in probatis historijs vim inesse magnam ad rerum gestarum fidem testatam, & exploratam reddendam. Non immerito igitur iura decreuerunt annales antiquarum rerum memoriā

com-

complectentes in re quantũuis graui plenam efficere probationẽ, vt iureperiti loquuntur. Probat id tex. ex Bal. ibidem in l. 1. ibi: Iunius Trebatius, & fenestrella scribunt ff. de offic. Quaestoris. Tex. optimus in l. 1. ibi: A quibusdam scriptoribus traditum est. ff. de offic. praefec. praet. Adde textum in l. 2. §. Eodem tempore ff. de Origine iuris, & in l. Quaestionibus ff. ad l. Iuliam maiestatis, vbi historiae Sallustij fit honorifica mentio. Iuuant cap. vlt. 9. dist. & cap. final. 20. dist. Resoluunt gloss. ad verbũ Magis in cap. Inter dilectos de fide instrument. Glos. in Cap. venerabilem ver. Transtulit de electione, Glos. in cap. Nisi cum pridem de renunciat. glos. in cap. consuluit de Iudaeis, gloss. ad verbum Trapezita in cap. In nomine domini 23. dist. & in Cap. veterum ad verbum Graeci 9 dist. alia glos. in Clementina prima ad verbum Vrbano de reliquijs, & veneratione Sanctorum & in Clemen. prima ad verbum Bononia de Magistris, & in cap. Quamuis 21. dist. docet Bart nu. 22. Iason. n. 25 & alij communiter in l. 1. ff. si certum petatur, doctores in c. Cum causam de probat. Soarius allegat. 8. n. 21. Roland. consil. 2. n. 6. lib. 2. Valascus Lusitanus l. 1. de iure Emphyteutico q. 9. n. 26. Lusitanus Antonius à Guma decis. 335. n. 7. Dominicus, & Praepositus in c. Cum in nomine Domini 23. dist, Aueles Hispanus in proemio pretorũ verbo Reyna n. 9. Archidiacon. in proaemio 6. libri decretalium. Plures alios refert Mascard. primo vol. concl. 287. n. 1.

Quae quidem regula ita generatim proposita

ſita expoſitionibus nonnullis indiget, quatum adminiculis fiat eius veritas & firmior, & dilucidior.

Prima ſit: regulam eſſe veriſſimam in chronicis ijs, quæ publica, atque probata fide fuêre conſcripta, id quod confirmat Ioan. Annius teſtimonio Mateſthenis in prima earum; quas circa chronicorum fidem ſtatuit regula. Annium vero in hac prima regula non impugnat Canus *de locis Theologicis lib. 11. cap. 6.* & iure optimo non impugnat, ſiquidem, chronica quæ publica ſunt fide, & auctoritate probata, Notarij perſonam agunt: iam verò notario habetur fides pleniſſima, vt affirmat Bald. in l. *Ea quidem col. 4 in fine C. de accuſ.* Iam verò chronicorum huius generis conſcriptiones fieri ſolitas in pluribus monarchijs, imperijs, rebuſque publicis præter Annium docet Ioſephus *libro primo contra Apionem*, verum de conſuetudine hac nihil ad nos.

Secundam explicationem *ex* 2. & 3. Annij regula apud Canum dicto *cap* 6. poſt principium adducere quis fortaſſe poſſet. Ego tamẽ minimè adduco quia eſſe illam arbitror tanquam inutilem, imo tanquam noxiam, reijciendam, atque refutandam: ait. n. nullos tẽporum annales priuata auctoritate cõſcriptos eſſe ſuſcipiẽdos ad fidẽ alicui rei faciẽdã, niſi forte illos, q in ſua narratione cũ publicis annalibus concordes fuerint: quaſi velit Annius in ſolis

publi-

publicis annalibus, hoc eſt auctoritate publica exaratis fidem meritam reſidere; in alijs verò nullam ratione ſui: quod ſi quæ reſideat, eam pendere à publicis.

Hanc explicationem, & regulam licet Maſthenis teſtimonio probatam; nō ſolū, nos comprobamus, ſed multis, ijſque vehementiſſimis argumentis confutat Melchior Canus in *dicto lib. 11. cap. 6. de locis Theologicis.*

Illa ratio, quod ad pręſens attinet inſtitutū; Annium cum victoria vrget quoniam ex illius regula infertur, vbi nulla reipub. auctoritate conſcripti fuerint annales, nullam annalibus fidem ineſſe; quod tamen nulla ratione eſſe probandum inde oſtendi quàm facillimè poteſt: quoniam etſi quam plurimis monarchijs, ac rebus publicis curæ olim fuit rerum geſtarū conſcriptores publicos, & publicos annales habere, aliæ tamen Reſpub. & fortaſſe plures ad habendos eos nullam diligentiam contulerunt. Itaque publicis eas & ſcriptoribus, & annalibus caruiſſe certiſſimum eſt, vt latè oſtendit Canus in dicto *cap. 6. fol. 628. pag. 2.* cum ſequentibus. Quinimo multis ab hinc ſeculis adeo exoleuit ea conſuetudo, vt in nulla, quātumuis bene conſtituta republica, huiuſmodi ſcriptorum, aut annaliū vſus (quod ſciamus) reperiatur: Nulli etiam extent annales publici ad quorum certam formulam priuati hiſtorici hiſtorias ſuas component. Iam verò omnes

pror-

protſus, tam antiquos, quam recentiores viros, cum grauiſſimos; tum Sanctiſſimos; qui rerum geſtarum hiſtorias literis proditas reliquerunt, velle reijcere, & idcirco explodere, quòd nullos habeant annales publicos, quibus in ſuis contexendis hiſtorijs adhæreſcant hominum eſt, aut effusè quidlibet audentiũ; aut imperitè omnia ignorantium. Maximè cum hiſtoriæ, quibus & Sancti Patres paulo ante à nobis citati, & citata iura vtantur; nuſquam ad publicos annales (cum nulli extent) appellent; neque ſuam ex illorum fide fidem velint eſſe corrogatam, atque pendentem.

Reiecta igitur tanquam inutili, imo verò tanquam bono communi noxia regula Annij, ſit ſecunda propoſitæ noſtræ concluſionis explicatio, vt intelligatur inquam illa de Chronicis, quæ per Eccleſiam, publicamuè aliam auctoritatem reprobata non fuerint: etenim cui hiſtorico reſpub. præſertim verò Eccleſia fidem derogauit; ei & nos ſimiliter derogabimus. Probata fuit hæc explicatio doctiſſimo Cano *lib.* 11. *de locis cap.* 6. *in tertia reg.* quam præfigit *folio* 659. *pag. prima.* deprompta ex Purpurato in *l.* 1. *num.* 158. *ff. ſi certum petatur.* Eandem probat Maſcard. in dicta *concl.* 287. *num.* 8. vbi pro ea citat text. *in l. prima.* §. *ſed an ſine ff. de contrahen. emption,* & in l. *In tantum* §. *finali* vbi *gloſ. cum l. ſequenti ff. de rerum*

E diui-

diuisione. Citari etiam poteſt tex. Gelaſij *in cap. Romana decima quinta diſt.* Ad eundem modum iuuat circa teſtes ea, quæ in vſu eſt, regula iuris, qua quiuis ad ferendum teſtimonium eſt idoneus, niſi à iure reprobetur. Cum igitur ſcriptor hiſtoriæ in rerum olim geſtarum enarratione teſtis locum ſubeat, quia ſuum de illarum rerum veritate teſtimonium profert: vtique niſi illud à lege, publicàue auctoritate reprobetur, ille idoneus in eis rebus teſtis erit, legitimumque teſtimonium feret, ac proinde dignum fide, & legitimam probationem inducens: maximè ſi probandæ antiquæ res occurrant, iuxta ea, quæ iam diximus cap. præcedenti.

Ex dictis inferes, ſi quando hiſtoriæ narrationes inter ſe diſſentiant (quod ſæpe contingit) in eam partem eſſe eundum, quæ auctorum ab ipſa ſtantium numero, & multitudine, vel certè ſi multitudo non ſuppetat, auctoritate vicerit, vt docuit Alex. *conſ. decimo tertio in fine numero decimo quinto. lib.* 1. & poſt eum Ange. *in l. Si idem §. finali ff. de iuriſd. omnium iudicum, & purpurat. in l.* 1. *num.* 156. *ff. Si certum petatur,* quos refert, & ſequitur Maſcard. vbi *ſupra per text. in l. ob carmen §. vltimo ff de teſtibus, l.* 1. *ff. de officio quæſt. & in l. Nouimus ff. de verb. ſignific.* Et ſanè merito quandoquidem diſcrepantibus inter ſe teſtibus, ab ea parte ſtandum eſſe

cer-

certum est, quæ plures, aut certè locupletiores testes habuerit. Vnde Canus in dicto *lib. 11. cap 6. de locis prima & secunda reg. pag. 649. & 656.* optimè docet in perlegendis historijs diligenter esse expendendam probitatem, & integritatem scribentium: in eligendo autem, aut iudicando requiri prudentiam, iudiciumq; desiderari. Quocirca illos historicos magnoperè reliquis anteferemus, qui ingenij acumine in scribendo perspectam; in eligendo, ac iudicando prudentiam adiunxerunt.

CAP. VII.

Chronicis alicuius religionis res eiusdem enarrantibus quanta sit mandanda fides?

SEd quoniam in futura disputatione ad res antiquas Eremitani Ordinis confirmandas propria Ordinis Chronica, aliosque eiusdem Ordinis historiographos in testimonium excitabimus: non erit abs re inquirere hisce Chronicis in rebus ordinis explanandis quantum fidei de iure debeatur: Erit enim fortasè quispiam, cui hoc testimoniorum genus ad res eiusdem ordinis comprobandas non satis idoneum videatur, quippe quod

proficiſcatur à teſtibus, quorum teſtimonium propter innatam animi propenſionem aduerſus familiares, & domeſticos ſuos in iure tanquam minus idonea non recipiantur; iuxta tex. *in C. In literis de teſtibus, & in libro 2. C. eodem tit. & in cap. 1. & 2. & cap. accuſationis 3. qu. 5. cap. 1. §. 1. 14. qu. 2. cum vulgaribus.*

Eadem etiam ratione conſanguineus, aut affinis non eſt teſtis integer in teſtimonio pro ſuo conſanguineo, aut affini dicendo iuxta tex. *in cap 2. & in cap. Accuſatores 3 qu. 5. C. videtur, qui matrim. accuſ. poſſ. notatur in l. Parentes C. de teſtibus.*

Collegiatus in rebus ſui Collegij teſtis eſſe nequit ob eandem, quam aſſignauimus cauſam, iuxta doctrinam Bart. in *l. In tantum §. Vniuerſitatis ff. de rerum diuiſione.* Multis exornat Maſcardus 1. *vol. concl.* 318.

Quare cùm Eremitani ordinis profeſſores, ac alumni ſint teſtes, non modo familiares, ſed etiam domeſtici, eiuſdem vniuerſitatis, atque Collegij conuictores, imo ſpirituali inter ſe affinitate, ſeu potius veluti quadam conſanguinitate deuincti, videri poterunt in rebus Ordinis aſſerendis teſtes non integri, ſed eiuſmodi potius, quos ingenita ad res ſui Ordinis exaggerandas inclinatio ſuſpectos reddat.

Verum

Verum si ex vulgaris iuris principijs deducenda res sit, atque ex eorum regulis metienda, illos absq; dubio comperiemus in ijs, quę Religionis sunt propria, confirmandis (maxime quando sunt antiquissima) censeri testes idoneos, imo testes cæteris quibusuis testibus anteferendos, eorumq; testimonia tanquam certiora, & ad probandum magis legitima, esse præ cæteris admittenda.

Et quidem quoad domesticos, familiaresque testes attinet, licet plerunque illi non admittantur iuxta citata iura; quibus addere possumus *l. vltimam §. vlt. C. ijs, qui ad Eccl. confugiunt, & l. pen. C. qui accusare non possunt* : hæc tamen regula (vt iureconsultorum verba vsurpem) in primis fallit in ijs, quæ aliter, quàm per domesticos regulariter probari nequeunt, qualia sunt ea, quæ domi contigêre, quæue maiori ex parte, nisi inter domesticos non fiunt, vt probat optimus tex. in *l. Quoties C. de Naufragijs lib.* 11. vbi hoc ipsum annotauit Bart. Facit etiam tex. in *l. Lex, quæ tutores Cod. de administratione tutorum*, vbi Bart. id aduertit. Adde tex. *in l. Consensu C. de repudijs*, ex quo id deduxêre Bald. ibi, & Salicetus & in dicta *l. Lex quæ C. de administrat. tutorum*, *vbi* Bald. & in cap. veniens ordine *trigesimo octauo* in fine, ibi: *Quia vero*, quæ in capitulo aguntur non facile possunt nisi per Canonicos ipsos probari, *ext. de testibus*, vbi gloss. ad verb. Canonicos

tex. optimus in cap. Etsi Christus *Cod. vigesima sexto ext. de iureiuran.* tex. in *cap.* Quanquam *decimo quarto, quaest. secundo.* Tradunt Doctores in cap. Peruenit *primo & secundo ext. de testibus cogen.* Docet Bart. in l. tantum §. vniuersitatis. ff. de rerum diuisione, Alex. *consil.* 63. *numero vigesimoquinto & consil.* 59. *numero* 12. Afflictis *decisione* 304. *numero* 10. & plures alij, quos citat Mascard. latè conclusionem exornans *primo volum. conclu.* 535. *à nu. decimo quinto.* Adde Gabr. inter communes *lib.* 1. *de testibus concl.* 10.

Deinde prædicta regula non habet locum in illis domesticis, qui personæ sunt valde graues, honestæ conditionis, & præclaræ famæ, vt responsum fuit à Romano in *consil.* 420. *col. secunda, numero quinto.* Latè probat Hippolytus *in l. prima* §. *Ad quæstionem numero* 7. *ff. de Quæst. & singul. quinto.* docent Anton. de Butrio, Baldus Innocen. & Felin. in cap. *In literis ext. de testibus.* Probat Mascard. in dicta *concl.* 535. *numero vigesimo octauo.*

Ob hanc enim causam familiares Episcopi, & Abbatis, imo & eorum famuli admittuntur ad testimonium ferendum pro dominis, eo quod præsumantur, & plerunque putentur esse vitæ, conscientiæque laudabilis. Communis sententia est ex pluribus citatis per Mascard. 1. *vol. concl.* 357. *&* 758. ex Baldo in *li.* 2.

col. 1.

*vol.1.& Felin.col.2.*in dicto cap. In literis. Adde eundem Baldum *consil.444.n.4.vol.1.* & Aegidium Bossium in tract de testibus *n.116.*

Tertio loco præcitatæ regulæ locus nullus patet in prodendis rebus antiquis : ad illas enim probandas admittuntur testimonia domesticorum, id quod literis prodidit Bald. in cap.1.§.*Vassal.tt.*Si de feudo fuerit controuersia inter dominam,& agnatum Postilla ad decision.4.Tolosanam verb,*In factis antiquis.* Probat Mascard.*vol.1.concl.104.numero 7.* etenim antiquæ res , quæ domi seu in familia gestæ sunt,per alios non possunt facile probari , vt latè deducit Aymon de antiquitat. tempor, *1.p.vers,viso fama nu.13.* Quid plura? commemorata domesticorum regula ita intelligitur,vt domestici,licet non plenam faciant fidem testimonijs suis,faciant tamen indicium, maximè cum in suis dicendis testimonijs plures domestici contestes adsunt, vt docuit Bal. *in sua Margarita verb.* Testis familiaris, & Marsil.in *lib. primo, §. Ad quaestion.* ff. de quæst. vide Mascard.*concl. 68. numero decimo quinto. vol. primo.*

Altera porrò regula , quæ de consanguinitate est,& affinibus , suas etiam explicationes habet , quas iureperiti fallentias appellant: nam in primis explicatur,vt procedat in causa consanguinitatis , atque in probandis gradibus illius.Demum in probandis ijs,quę iure san-

ſanguinis,aut affinitatis ad conſanguineos: & affines pertinent: hæc enim omnia cenſentur conſanguineis, & affinibus magis nota , magiſque explorata eſſe , vt expreſsè annotauit Ioan.Andr.in tract.*de Conſanguin.& affinit.n.92.* & exornat Maſcard.*concl.99.nu 2.& concl. 410. numero 33.* Adde Antonium de Butrio , Abbatem & Felin.in cap. *Quoties de teſtibus.* Pro qua opinione facit tex.in cap. *videtur , qui matrim. accuſ.poſſum.*& in cap. *Cum in ſua de ſponſalibus.* Optimus eſt tex. in *l. Conſenſu* C. de repudijs, Adde tex.in *l.lex, quæ tutores* C. de adminiſtratione tutorum. Videndus eſt Bar. in *l.Si qua C. iur.vi.*

Præterea regulæ illi non eſt locus; quando conſanguinei , & affines ſunt viri probatæ vitæ,teſtatæ ſanctitatis, magnæque auctoritatis,quæ (vt ea nunc ſileam , quæ ſupra diximus de domeſticis) probat Iaſon *conſ.* 175. *col.5.vol.2.*& Felin.in cap.*Super his* , & in cap. *Cum oporteat de accuſat.* Vide Maſcard. *primo vol.concluſ.*408.*numero 3.& ib.* vbi citat gloſſam in *ſumma 3.q.5.*Felin. in cap. *Literas de præſumpt.* Iaſonem *in l. Admonendi num.* 180.*ff. de iureiurando.*

Ex his , quæ hucuſque diximus ,iam plana eſt diſſolutio propoſitæ quæſtionis : nam cum hiſtoriographi in ijs,quæ ante actis ſæculis accidêre loco ſint teſtium, atq; eorũ teſtimonia in an-

in antiquissimis rebus probandis in iure sint quam legitima, quibus fruuntur testes priuilegijs ijsdem sane fruentur. Cum vero testes domestici, & familiares possint in antiquissimis rebus proferre testimonium pro suis domesticis, maxime verò in ijs, quæ domi inter domesticos contigêre: quandoquidem hasce res creduntur illi nosse vel soli, vel certius, magisque adeo quando sunt viri probatæ *Sanctitatis*, inuiolatæ famæ, & auctoritate graues.

Quod idem de consanguineis, & affinibus Doctores supracitati admittunt: profecto in probandis rebus Eremitani Ordinis priuilegijs dico, concessionibus, institutione, approbatione, & id genus cæteris, quæ ad solos ordinis professores spectant, testimonia chronicorum ordinis, quæ in nostris archiuijs diligentius asseruantur: & eorum hominum: qui temporum, atq; ordinis annales accuratissimè conscripsêre: eorum omni exceptione maiora, omnibusque modis legitima, vt vbique ad fidem faciendam recipi debeant. Maximè quãdo testes sunt, & sanctitate conspicui, & doctrina illustres, & antiquitate suspiciendi. Adde etiam quod eo tempore ordinis monumenta literis mandauêre, quo nullæ dum erant cum cæteris ordinibus de præcedentijs & antiquitate nostri ordinis controuersiæ excitatæ, iuxta communem, conspirantemque

consensum eorum omnium; quos citauimus: qui planè docent domesticos, & consanguineos in ferendo testimonio suo eo esse magis idoneos, quo longius ante litem motam testimonia protulêre, iuxta tex. in cap. *licet ex quadam de testibus*. Ibi: Nisi forte personæ graues extiterint, quibus fides sit merito adhibenda, & ante litem motam testificata didicerint ab antiquioribus suis, De qua re consulendus est Decius *cons*. 82. *n*. 7. vt Doctores alios in re notissima non necessarios omittamus.

Deniq; eorum testimonium eo magis corroborabitur, quo plures in enarranda ac posteritati tradenda re eadem domestici viri cõsenserint: externos etiam historiographos syncerae viros famæ secum habuerint in eadem probanda re contestes, & concinentes.

Non pigebit igitur in Eremitanis rebus confirmãdis domesticos nostri Ordinis historicos, tam antiquos, quàm recentiores sæpe referre, cum sint omnes vitæ sanctitate celebres, doctrinæ luce præclari, dignitate illustres, auctoritate graues, & complures ex illis annos multos, imo multa sæcula ante litẽ motam suos libros exararint. Quorum nomina cum singulorum notis, titulis, & encomijs hoc loco perscribemus.

Primus igitur, & facilè princeps est Aegidius Romanus: fuit is primum totius ordinis Generalis: deinde Archiepiscopus Bituricensis San-

Sancti Thomæ Aquinatis auditor: vir in diuinis scripturis eruditissimus: in philosophia Aristotelica nulli suo tempore secũdus, vt de eo scribit Trithemius: floruit *anno domini* 1280. vitę integritate, & sanctitate clarus; quem ob edita plura miracula inter ordinis Beatos tota Eremitana familia veneratur Scripsit breue quoddam generalium nostri ordinis compendium in archiuio ordinis conserratum.

Secundus est Fr Henricus de Vrimaria; de quo Trithemius in hæc verba: *Henricus de Vrimaria Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, natione (vt ferunt) Theutonicus, vir in scripturis sacris à pueritia studiosissimus, & multum eruditus in Philosophia Aristotelica, nulli suo tempore secundus, qui multis annis in Gymnasio Parisiensi Doctor egregius extitit, & celebri doctrina insignis effulsit: scripsit multa, & præclara volumina (quæ recenset): claruit anno domini* 1340. Hæc ex Trithemio, de cuius etiam sanctitate, atque insigni præsertim submissione animi, plura scribit Beatus Iordanus *lib. secundo de vitis fratrum cap. 4. pag. 66. & cap. 22. pag.* 271. vixit ante nostra tempora annis ducentis quinquaginta quatuor. Inter alia opera edidit librum *de origine ordinis.*

Tertio accedit loco B. Iordanus de Saxonia, de quo Trithemius ita scribit: *Iordanus, Ordinis Fratrum Sancti Augustini de eremo, natione Theutonicus vir deuotus, & scripturarum explanator, & interpres egregius,*

gius: in declamandis sermonibus excellentißimi ingenij: scripsit plures, elegantes, & deuotis fratribus vtiles tractatus, quibus nominis sui memoriam posteris reliquit: floruit circa annum 1410. Hęc ex Trithemio. Inter beatos ordinis is etiam recensetur, & colitur, ex quo sunt à nobis frequẽtia testimonia excitãda. Quãuis autẽ dicatur à Trithemio floruisse *anno Dom.* 1410. attamen multis ante annis claruit: fuit enim Henrico de Vrimaria fere æqualis: imo aliquot annis synchronus, vt ipse testatur *lib.* 2. *de vitis fratrum cap.* 22. *pag.* 271.

Quarto sese loco offert Frater Ambrosius Coriolanus, de quo Trithemius hæc affirmat: *Ambrosius Coriolanus ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Aug. generalis prior, patria Romanus, vir in diuinis literis eruditus, scientia sæcularium literarum insignis, exc llens ingenio, & eloquio disertus, doctus, & eloquens scripsit quædam præclara opuscula, quibus nomen suum posteritati commendauit. Claruit tempore Pauli II. anno domini* 1470. Hæc Trithemius. Fuit antiquitatum ordinis diligentissimus indagator: scripsit inter cætera breuem ordinis Chronologiam & eiusdem Ordinis defensorium contra nonnullos ex Canonicis regularibus, qui in eam prolapsi hæresim fuerant, vt affirmarent Eremitarum ordinem non fuisse à Beato Patre Aug. institutum, sed ordinem duntaxat canonicorum regularium. Hũc ille errorem multis insectatus est, & perspicuè tandem conuincit. Erat id temporis adhuc

cum

cum alijs ordinibus nulla excitata contentio.

Quinto loco collocandus est Iacobus Philippi Bergomensis, de quo Trithemius ad hũc modum scribit: *Iacobus Bergomensis fratrum Eremitarum Sancti Aug. vir in diuinis scripturis studiosus, & eruditus & in secularium literarum disciplinis nobiliter doctus, ingenio præstans, eloquio disertus, vita & conuersatione praclarus: historiographus celeberrimus scripsit quædam luculentissima opuscula, quibus posteritatem memoriæ suæ fecit obnoxiam: è quibus extat opus historiarum ab initio mundi vsque ad annos domini mille quadringentos octoginta sex, volumen grande, & insigne, quod multo, & diuturno labore ex diuersis comportans prænotauit: viuit adhuc anno Domini* 1494 *prope sexagenarius.* Hæc Trithemius. Porro opus illud, quod supplementum Chronicorum appellatur, tertia imposita manu absoluit *anno Domini* 148[?] *idibus octob.* ante nos annis plusquam centum.

Eodem tempore floruit Fr. Baptista Alouisian. cuius meminit Antonius Sabellius *Enneadis* 7. *lib* [?]. qui quosdam ordinis commentarios composuit: breues illos quidem; at eruditione singulares.

Adnumerentur præcitatis Iosephus Pamphilus, & Hieronymus Romanus duo nostri temporis lumina Eremitana; quorum prior & literarum gloria, & Episcopali dignitate illustris, Ordinis Chronica summa cũ laude edidit: posterior vero omnium nostræ tempesta-

tis

tis Doctorum hominum consensu, & applausu in explicandis singulorum temporum, singularumque rerum publicarum annalibus inter omnes palmam habet.

Et de fide quidem, quæ nostri Ordinis Chronicis, atque scriptoribus habenda est, scripta sufficiant.

Cap. VIII.

Sermonibus ad fratres in Eremo inter Augustini opera positis Augm. esse parentem, & auctorem.

PRogressu futuræ disputationis argumenta sæpe petemus ad nostras conclusiones confirmandas ex sermonibus ad fratres in Eremo; qui plerunque tribui solent August. Quoniam tamen, an illi sint veri partus Augustini, an vero suppositi, inter viros doctos nostris hisce temporibus addubitatum esse video; hoc etiam ante disputationis progressum diligentius expendemus, & ad viuum (vt aiunt) resecabimus.

Quo autem fundamento viri auctoritate graues illos tanquam adulterinos, & suppositios reijciant? prorsus non video; cum à grauissimis auctoribus, tum antiquissimis; tum etiam recentissimis Augustino tanquam vero, ac legitimo parenti consensu vnanimi adscribantur. Vt id tamen fiat euidentius, per annorum centurias excurremus, citabimusque au-

ctores varios, qui eos veram Augustini prolẽ semper agnouerunt.

Et quidem ante annos circiter quingentos centuria scilicet vndecima historia Carthusiani Ordinis, vt statutum de non edendis carnibus à nonnullis illius impugnatoribus vendicaret, argumentum sumpsit ex *serm.* 5. huius libri, & sanctum Ordinis edictum, grauissima Augustini auctoritate à reprehensionum calumnia integrum, & incolume conseruauit.

Centuria 12. sub *annum* 1230. tempore B. Francisci, & Sancti Dominici D. Antonius de Padua Lusitanus, ac Lusitaniæ singulare decus, in suis sermonibus mille prorsus locis Aug. citat in his sermonibus, nihil de auctore dubitans.

Centuria 13. ad *annum* 1330. Ludolphus Carthusianus in libro, qui inscribitur vita Christi; & eiusdem temporis Henricus de Vrimaria vir (vt diximus) sanctitate, sapientiaque clarissimus id sæpius repetiuit. Et eadem Centuria ad *annum* 1360. insignis Franciscus Petrarcha *lib. secundo de vita solitaria*, eosdem tanquam Augustini legitimos fætus admittit.

Centuria 14. plures, & sanctissimi, & clarissimi viri, sermones hos ab Augustino editos agnouerunt. In his Iordanus de Saxonia circa *annum* 1400. in libris *de vitis fratrum.*

Et

Et *anno* 1490. Nicolaus Papa V. in tractatu *de laudibus Augustini.*

Eiusdem temporis Maphæus Vegius Laudensis in quamplutimis suorum operum locis.

Addimus Beatum Vincentium circa *annum* 1450. & coæuum Bernardinum de Senis, vtrumque in suis sermonibus.

Post eos *anno* 1460. D. Antoninus 3. *p. historiali ti.* 24. *cap.* 14. §. 2. & pluribus alijs in locis.

Vltimus sit ad *annum* 1470. Ambrosius Coriolanus in *suo Ordinis defensorio.*

Centuria decimaquinta communis, & concors toto illo sæculo doctorum hominum opinio hoc ipsum sine dubitatione admisit. Fuit ex hoc numero Rupertus de Lisio Episcopus Aquinensis in sermone *de obedientia*, quem scripsit ad *feriam tertiam Dominica in Sexagesima:* Vasinus Episcopus Astensis in *suis consilijs.* Benedictus Capra Perusinus *consilio* 30. *de potestate prioris localis.* Ioannes de Macarella in varijs concionibus: Andræas de Tripherno Canonicus S. Petri in suis opusculis: Pepinus: Raulin. Cistelensis, & Martinus Gracia Episcopus Barchinonensis in suis sermonibus. M. Ferdinandus Episcopus Hispalensis in 5. *sermone de S. Augustino* coram summo Pontifice *habito:* Antonius Monchiacenus de *celebratione Missæ:* Bartholomæus de Vrbino *in Indice librorum Aug.* Bernardinus Luceburgensis in *Catalogo*

logo hæreticorum. latè Hieronymus Romanus in Indice *librorum eiusdem Augustini*, & nouissimè eos per magni facit Reuerendissimus Ferdinandus Vellosilus Ailionensis Episcopus in *suis aduertentijs ad quatuor Doctores Ecclesiæ ad primũ tomum Aug. Quæsito primo ad finem, fol.233. col. 3.* quo in loco *ex serm. 25. ad fratres in eremo* Augustinum eximit à quadam, quam illi plures imponunt, sententia, gloriaturque quod in eum locum ipse inciderit. Vide etiam eundem in *aduertentijs ad decimum tomum August. Quæsito* 31. *&* 32. ad sermonem 2. *&* 49. *eiusdem operis.*

Et vt cæteros omittam, non est omittendus magnæ vir eruditionis Petrus Maturus presbyter societatis Iesu in *annotationibus ad partes historiales Sancti Antonini tt.24.cap.14.§.2.* quo in loco appellat peruersos censores, qui hos sermones suppositios; & Augustino afflictos existimant: post quem etiam vide auctorem libri, cui inscriptio est *de Cardinalatu D.Hieronymi*, qui pro his sermonibus propugnat acerrimè.

Hoc ego igitur loco beneuolum lectorem appello, atque interrogo; tot ne ac tantorum virorum grauissima, antiquissimâque auctoritas anteponenda sit auctoritati Erasmi; qui lapidem mouit & rem prioribus sæculis minimè dubitatam, nouæ antesignanus audaciæ (quid enim censor iniquus non tentauit?) ausus est in dubium reuocare, atque illorũ aucto-

rem grauissimis expetere contumelijs auget admirationem quod Erasmi censuræ Theologi Louanienses quasi in solido fundamento cæcutientes subscripserint. Nec enim decuit, vt tot, ac tam graues Theologi in hac opinatione sua ducis talis vexilla sequerentur, Erasmi inquio Iudicis iniquissimi, & in vniuersam fere Sanctorum Patrum Bibliothecam tam temerarij cauendi censoris.

Illustrissimus etiam Cæsar Baronius raræ vir eruditionis, & antiquitatis Ecclesiæ scientissimus *tomo 4. suorum annalium ad annum* 382. Suis etiam in notis ad Romanum Martyrologium, nec Aug. tribuit hos Sermones, nec honoris multum auctori. Equidem illum Cæsarem ego suspicio; rationibus : tamen eius cur manum non cedam, ipsemet veritatis amantissimus, facultatem dabit vt prodam. Subnotat ille in primis in *sermone 24.* Illud initij verbum *legimus enim fratres sanctum Patrem Hieronymum &c.* vbi inquit detegit se recentiorem esse.

Illud deinde quod ait Sanctum Hieronymum recessisse ab vrbe vna cum Paula, & Eustochio rogatu patris illarum. Vnde existimasse videtur Paulam & Eustochiũ fuisse sorores eodẽ parẽte genitas: ꝙ (vt ait) lõgè distat à vero. Tertio in auctorem Sermonis insurgit, quod dicat Sãctum Hieronymum veste muliebri indutũ ab vrbe fuisse expulsũ; quod esse falsũ, & auctoris commentum asserit. Quar-

Quarto loco ideo etiam ſuccenſet auctori quod aſſerat D. Hieronymum fuiſſe presbyterum Cardinalem, quod eſſe falſiſſimum multis confirmare aggreditur.

Quinto loco in auctorem ſermonis 25. grauiter inuehit: quod aſſerat à S. Ambroſio vigilias eſſe ſublatas, quas tamen conſtat per Ambroſium in Mediolanenſi Eccleſia hymnis eſſe auctas; id quod ex Paulino in vita eiuſdem Ambroſii confirmat: ita dicente *hoc in tempore primum Antiphonæ, hymni ac vigiliæ in Eccleſia Mediolanenſi celebrari cœperunt.*

Alii rationibus aliis innituntur, vt præcitatos ſermones fucatos, & adulterinos cenſeant; tum quia ſtylum Auguſtini haud præ ſe ferant acutum, & politiorem ſed humile quippiam, & abiectum ſonent: tum quia non ſit illorum vlla mētio in libris Retractationum, nec in Indiculo Poſſidonii: tum denique, quia nec D. Thom. nec Scotus, nec aliquis Theologorum bonæ claſſis ex illis vnquam aliquid retulit.

Porro rationes hæ non ſunt tanti ponderis, vt contra communem ſententiam tot annorum centuriis comprobatam Sermones illos ab Auguſtini parentis nido ceu nothos, & ſuppoſititios repellamus.

Nam quod auctor *ſermonis* 24. in principio ſe recētiorem eſſe D. Hieron. detegat, nihil ſuſpicionis iniicit: quoniā licet Auguſt. in eadē cū Hieronymo tempora inciderit; Hier. tamē fuit natu, & ætate maior, atq; ante Auguſtinū diem

suum obijt. Vnde de vita, & morte D. Hieronymi potuit aliquid scriptum legere Augustinus, vt interim omittam Hieronymo adhuc viuente aliqua de eo scribi potuisse: cum fuerit vir in tota Ecclesia celeberrimus, de cuius laudibus multa eo adhuc superstite scribi potuerunt. Quin potius Augustini tempore etiam dum viuo Hieronymo, Hieronymi complura opuscula fuêre transcripta, ac deuulgata, vt abundè declarat Augustinus in *epistola* 78. dum Esychiũ ad D. Hieronymi opuscula, expositionesq; prophetarum remittit. Complures etiam epistolas ab ipso Hieronymo missas habuit Aug. Cur igitur quod in illo sermone refertur, id tunc legere non potuit Augustinus?

Quod vero in eodem *sermone* 24. auctor asserit D. Hieronymum, Paulam, & Eustochium earum patre rogante in Christo nutriuisse; nõ necessario infert eas eodem parente carnaliter (vt sic claritatis causa loquar) fuisse progenitas: nam & is, qui alterius curam gerit, dici illius pater aliquando solet, nimirum quia illi pro patre est. Quid deinde si Augustinum ita existimasse dicamus? nunquid de Augustini laudibus aliquid idcirco minuitur? Cum enim sorores communiter Paula, & Eustochium dici solerent, non ea solum ratione qua primitus omnes Christianæ fœminæ sorores nuncupabantur, sed quadam alia magis peculiari, & arcta.

cta. Quid si Augustinus eas eodem fuisse parente genitas existimarit?

Porro quod D. Hieronymus ab inimicis iniuria illa affectus non fuerit; deberet certius. & luculentius ab id affirmante probari, quod tamen haud præstatur.

Quod si Cardinalis illis succenset, qui putant sui ipsius hoc est Cardinalium collegio debere ascribi B. Hieronymum, in eo irascitur in quo congaudere, & congratulari debebat: si tamen succenset eum profecto oportet quamplurimis, illisque grauissimis viris, qui eam sententiam autumant esse tam verá, quá quæ potest esse verissima, Baronium succensere; imo & ipsi Ecclesiæ consuetudini, quæ in Cardinalis specie Hieronymum fingit, & pingit; idque adeo non paucis ab hinc annis, sed ab antiquissimo tempore, & quod hominum memoriam vetustate vincat.

Neque vero rationes, quibus vtitur in 4. *parte suorum Annalium ad annum* 378. *pag.* 405. & circa *annum* 382. *pag.* 465. *&* 466. tanti sunt vt oppositam opinionem omnino confirment: dissoluuntur. n. leui brachio ab auctore libri de *Cardinalatu* D. Hieronymi. Nos non dissoluimus, quia fusior hac de re disputatio non est instituti præsentis: hoc tamen adijcimus ex memorato sermone (cuiuscunque ille demũ auctoris sit, Illustrissimum Baronium potius impugnari quod Diuum Hieronymum Cardina-

dinalem neget, quàm sermonem falsitatis argui, quod D. Hieronymi Cardinalatũ affirmet.

Quod verò contra *sermonem* 25. à Reuerendissimo Vellosillo Alionensi Episcopo probatum obijcit, id nihil prorsus officit: in illo namque sermone solum asserit Beatum Ambrosium vigilias nocturnas, ad quas fideles cum lusitationibus, & choreis conueniebant, extirpasse in Ecclesia Mediolanensi, vt peccandi materia fidelibus subtraheretur; cum quo asserto, factoq; pugnat id minimè, quod Paulinus in eiusdem Ambrosij vita refert; tempore inquam Ambrosij hymnos, & vigilias in Ecclesia primum Mediolanensi celebrari cæpisse, exactis enim per aliquod tempus nocturnis dierum festorum vigilijs, easdem rursus cum hymnis, & canticis spiritualibus introduxit Ambrosius propter ingruentem Iustinæ in eum persecutionem quando populus fidelis cum Episcopo suo mori paratus, diu, noctuq; ieiunijs, & orationibus insistens in templo excubabat: tunc autem temporis institutum est, teste etiam Augustino *lib. 9. Confessionum cap.* 7. vt loco ludorum, & chorearum, hymni, & psalmi secundum morem Ecclesiarum Orientalium canerentur, ne populus mæroris tædio contabesceret. Non ergo sic Paulinus, aut Augustinus asserit, quasi antea Cantus Ecclesiastici in Ecclesia Occidentali inauditi essent: sed quoniam vel

non

non omnibus adhuc Ecclesijs recepti erant, verbi gratia, Mediolanensi, aliisque confinibus: vel non omnis populus concinebat in templo, sed duntaxat aliqui. In quam sententiam docet Bellarminus 3. *tomo lib. 1. de bonis operibus in particulari cap.* 16. intelligendum esse Augustinum loco citato dum asserit ab Ambrosio tempore illius insectationis primum institutum fuisse, vt psalmi, & hymni in Ecclesia Mediolanensi modulatè concinerentur. Iam verò cum sic omnia conciliari possint, & debeant, non est quod illius sermonis auctorem mendacij arguere audeamus.

Ad alias insuper rationes adductas ab alijs facilis est responsio Primæ dicimus esse satis leue, & quadam futili alacritate gestiens fūdamentum ex dissimili scribendi Stylo diuersum auctorem inferre. Idem namque auctor iuxta materiam ad dicendum obiectam, auditorumq; captum, & loquendi, & Scribendi Stylum mutat, ac variè format. Vnde nihil mirum si Augustinus ad rudes, & ingenio fortasse pingues eremitas (sæpe enim rudes, & grossi in illis sermonibus appellantur) cum verba faceret, Stylum depresserit, & sublimi relicto fuerit humilē amplexatus. Quid? nōne aliā adhibuit scriptionis Stylū quando cū hæreticis manus cōseruit? aliū quādo literas dedit duas: deniq;

alium quando ad populum conciones habuit? quis est eius dissimilitudinis nescius, nisi qui Augustinum vel non peruolutauit, vel à solo primo limine consalutauit? Quæ diximus de vario Augustini scribendi Stylo facile intelliges, si perlegeris eundem Augustinum *l.1. de Genesi* contra Manichæos *cap.1.& psal.36.* Styli certè dissimilitudo, si sufficeret ad asserendam diuersitatem auctoris, non haberet auctorem Paulum *epistola ad Hebræos*, dissimili admodum ab alijs charactere conscripta. Vt id tamen argumenti, quamquam afferebatur à multis, enerve, & nullum Ecclesia iudicauit. Sic iudicamus eiusmodi, quod ex simili dissimilitudine contra prefatos sermones affertur.

Nec vero secunda ratio potest abesse: quoniam nec Possidonius in suo Indice quotquot Augustinus opera edidit, numerãdo recensuit; nec Augustinus in suis Retractationibus, omnium quos composuit, fecit mentionem librorum, teste ipsomet Aug. *in lib.2. Retractationum cap.41.& cap. vltimo.* Quare nec epistolas omnes, nec sermones Augustini omnes, vllus vnquam numerauit, aut enumerare valuit. Augustinum vero, qui ad vulgarem populum toties, ac tam variè declamauit, quis dicat esse probabile ad suos fratres eremitas, cum quibus per triennium antequam consalutaretur Episcopus, in eodem commoratus est monasterio; & ad quos Episcopus sæpissimè diuer-

tebat;

tebat; nullas vnquam habuisse exhortandi gratia declamationes?

At nec D. Thomas aliquando, nec vllus ex Scholasticis hisce sermonibus testimonia citant, vt hæc aduersarijs concedamus: non proinde sermones illi non sunt Augustini: etenim cum agant de vita Eremitica, solitaria, atque contemplatrice, vix quidquam Augustinus in illis docet, quod opis aliquid afferat ad Philosophicas, atque Theologicas controuersias dirimendas.

Hæc pro defensione, & auctoritate sermonum Augustini ad fratres in eremo, dicta sint satis. Quibus tamen nostra defensio non omnino arriserit; illud à doctissimo Hieronymo Torrensi in præfatione Confessionis Augustinianæ belle dictum in memoriam reuoco: Estò, libri omnes, quibus Augustini nomen inscribitur, non sint Augustini, plerosque tamen ac fere omnes virorum esse doctorum; etenim non minus quam piorum; adde etiam antiquissimorum; id quod sermonibus ad Eremitas inscriptis magna animorum concordia Canonici etiam regulares perpetuo tribuerunt. Quo fit vt istorum testimonia sermonum grauissima censeri debeant.

Primi libri finis.



LIBER II.

Quod Augustinus verè fuerit monachus antequam Episcopus.

Præfatio.

QVod bonum, faustumque sit vniuersæ Reipublicæ Eremitanæ, iactis in qualemcunque altitudinem fundamentis, & primis veluti principijs, quorum est futurus nobis in sequenti disputatione frequens vsus, mediocriter explanatis, ipsam iam disputationem diuinis auspicijs alacres aggrediamur. Augustini etiam freti præsidio, pro cuius dignitate (*in multitudine enim populi dignitas Regis, ait Salomon*) & gloria propugnamus.

Et quoniam gaudent quotquot iter aliquod longum, & nouum sunt ingressuri, antequam in viam primum pedem ponant, totius itineris descriptionem breui compendio notatam agnoscere: visum mihi non abs re fuit disputationem nostram legere adorientibus summatim primum obijcere, tum quibus de rebus in omnibus libris; tum de singulis earum, quo ordine in libris singulis simus acturi.

Igitur

Igitur in tribus libris proximè sequentibus
cundo, tertio, & quarto, ad hunc scopum tri-
cem collimabimus: ostendere nitemur, &
tendemus (vt reor) in hoc secundo lib. Au-
stinum verè fuisse monachum. At in lib. 3.
onasticum & Eremitarum ordinem longè
tum à religione Regularium Canonicorum
ericorumue, in Africa instituisse. Libro de-
de quarto demonstrabimus illum eundem
dinem Eremitanum in Africa institutum
uente adhuc Augustino, fuisse verè per Ec-
esiam autoritate legitima approbatum. Tri-
ıs deinde consequentibus libris à quæstio-
e veluti infinita ad finitam delapsi, tem vrge-
mus propius & non iam generatim de or-
ine in Africa instituto, quisquis ille demum
t, sed de hoc ipso ordine sermonem institue-
nus, qui nunc temporis dicitur Eremitarum
. Augustini, & vnus est è quatuor mendican-
ibus. Quinto verò libro docebimus hunc ip-
ssimum ordinem, esse illum, quē Augustinus
ı Africa monasticum, eremiticumq; instituit,
c cui approbationem obtinuit. Sexto libro, &
non is fuerit, quem affirmamus, neq; viuen-
em Augustinū parentem habuerit; habere ta-
nen suæ institutionis originē immemorialem.
n 7. deniq; libro de huiusmet ipsius, qui nūc
loret, Eremitici ordinis approbatione discep-
abimus. Restat 8. liber, atq; postremus, in quo
ęrminata primarià lite, quę de Ordinum
prę-

præcedentijs erat feliciter (ſic enim ſp
iubet octauus numerus)perorabimus,

CAPVT I.

*Auguſtinus vere fuit monachus longo ante tem
quam eſſet Epiſcopus, affertur que ad eam
rem probatio ex epiſtola* 89.

AVguſtinum nec fuiſſe monachum, ne
vnquam emiſiſſe religionis vota ſol
aſſeruit Eraſmus ille (quis enim eius i
impietatem, in cenſuris ignorat iniquitat
in cenſura, quam vomuit ad tertiam eiu
Aug. *regulam*.

Illum tamen verè fuiſſe religioſum, a
religioni intima, ſeu ſubſtantialia vota
cupaſſe. Cæterum non fuiſſe monachum
duntaxat Canonicum regularem intra
religionis Canonicorum, quam Epiſcop
ſtituit, hoc probauêre plures ex Canonic
gularibus Coryphæo, & principe Dom
Friſionario. Quorum quidem ſententian
ſtri competitores in ſuis contra Eremit
allegationibus libenter ſequuntur. Ren
men parum liquido tradi aſſerit Antoniu
bellius *Enneadis* 7. *lib*. 9. quamuis in oppoſ
opinionem magis inclinet.

Et quidem quoad impiam Eraſmi ſen
tiam attinet, merito illa omnium ſibilis; &

ſione eijcitur, vt quę impium fundamentū
iſcat: monaſticaque ac religioſa vota con-
aſſet quæ Catholica Eccleſia tanquam
è euangelica probat, amplectitur, & exoſ-
atur. Contra alios igitur præcipuè agendū
atque oſtendendum tam certum eſſe Au-
tinum fuiſſe monachum, egiſſeque vitam
e cælibem, ac monachalem, qualem nunc,
religioſi, ac monachi vocantur, agunt; quā
m fuiſſe Auguſtinum & certum; & con-
s eſt; vt vtar verbis iiſdem, quibus vtitur
tiſſimus Petrus Maturus *in annotat. ad D.*
ninum 3.p. hiſtoriali tt.24.cap.14.§.2. Id autem
tiſſimis Auguſtini teſtimonijs, & commu-
iſtoricorum traditione reddemus apertū:
men interim aduertamus hanc fuiſſe ſum-
Pontificis Sixti IV. aſſertionem & doctri-
veriſſimam, in quadam indulgentiarum
a, cuius verba referemus infra *li.5. art.1. te-*
nio 3.
timum igitur Auguſtini teſtimonium vo-
ſe erutum ex *epiſtola* 89 ad Hilariū *ad finem*
a quæſtionis tomo 2. De cuius epiſtolæ aucto-
e dubitare nemo poteſt, cum Poſſidonius
o Indice eius faciat mentionem. Scribit
uguſtinus verba ſequentia: *Ego, qui hæc ſcri-*
fectionem, de qua dominus locutus eſt, quando ait
adoleſcenti: Vade vende omnia, quæ habes, & da
ribus, & veni, ſequere me, vehementer adamaui:
n meis viribus; ſed gratia eius adiuuante ſic fe-
ci. Nec

ci: Nec enim, quia diues non fui, ideo minus mihi ... tabitur. Nam nec ipsi Apostoli, qui priores hoc fec... diuites fuerunt; sed totum mundum dimittit, qu... lud, quod habet, & quod optat habere: dimittit. ... tum autem in hac perfectionis via profecerim? ... quidem noui ego, quam quisquam alius homo: s... gis Deus, quam ego, & ad hoc propositum quan... sum viribus alios exhortor, & in nomine Domi... beo consortes, quibus hoc per meum ministerium ... sum est &c. Hæc Augustinus. Ex quibus ... liquidò constat Augustinum illam vit... mam fuisse secutum, & amplexatũ, de qu... minus agit Matth. 19. *Vade vende omnia, qu... & da pauperibus, veni, & sequere me.* Quam ... Apostoli secuti sunt: hanc autem viuend... fectionem, fuisse illam monasticam, & r... sam, quam hodiè religiosi, & monachi ... Ecclesia profitentur, quæ tribus veræ r... nis substantialibus votis totum homine... consecrat, atque mancipat; docent con... conspiratione Sancti Patres, quos refer... larmin. *lib. 2. de Monachis cap. 2. testimonio* ... vbi citat Augustinum *psal*, 103. *concione te*... D. Bernardum *sermone tertio* in eadem ... Matthæi, estque communis hæc, & vn... Catholicorum sententia contra hæ... nostræ tempestatis, quam aduersarij (v... nequaquam inficiabuntur, vnde etia... poterunt inficiari, Augustinũ cœlibem... atque religiosam vitam, non solùm ...

adamaſſe, ſed etiam arripuiſſe, & amplexatum fuiſſe: in eâque cum conſocijs, quos ad eam ſimiliter arripiendam fuerat exhortatus, plurimum profeciſſe.

Reſponderint aduerſarij, fuiſſe quidẽ Auguſtinum religioſum, cœlibemque vitam, atque profeſſionem tenuiſſe, non tamen in religione aliqua monachali (ſiquidem huius generis nullam inſtituit,) ſed in Religione Canonicorum, ſiue clericorum regularium: quã ab eo iam Epiſcopo fuiſſe inſtitutam, nullus poterit diffiteri. Reſponſioni tamen (vt interim quæ inferius dicenda ſunt multa alia omittamus) locum occludunt illa verba Auguſtini: *Nec enim quia diues non fui, ideo mihi minus imputabitur: nam nec ipſi Apoſtoli, qui priores hoc fecerunt, diuites fuerunt, ſed totum mundum dimittit, qui & illud, quod habet, & optat habere dimittit.* Ex quibus verbis conſtat Auguſtinum tunc ſtatim illam Apoſtolicam, & cælibem vitam viuere incæpiſſe, cum venditis omnibus, quæ habebat, & pauperibus erogatis mundum reliquit: hoc autem præſtitit Auguſtinus (vt ex eodem mox oſtendemus) diuturno ante tẽpore, quã creatus eſſet Epiſcopus, & prius quã canonicos in domum Epiſcopi, id eſt ſuam, collegerit iam Epiſcopus. Cum igitur antequam ſalutatus eſſet Epiſcopus, vitam illam cælibem legitimè profeſſus fuerit, nec vero in Religione Canonicorum, (quæ nulla tunc erat) in

al[i]a

alia profecto religione, antequam Episcopus fieret, instituta, eam vitam solenniter est professus id quod ex sequentibus testimonijs fiet apertius.

Cap. II.

Monachatus Augustini II. deducitur ex sermone I. de communi vita Clericorum

SEcundum Augustini testimonium pro confirmando Augustini monachatu, desumere libet ex *serm. primo de Communi vita clericorum*; quem sermonem, vt & sequentem esse Augustini, vel ipsi aduersarij omnes agnoscunt, imo adeò est perspicuum, vt ne impius quidem Erasmus id fuerit ausus negare. Quidni? cum inter Augustini opera numeretur à Possidonio in illo suo Indiculo operum Augustini, cuius ipsemet Augustinus mentionem facit 2. *lib. Retractationum c.* 41. Citantur præterea illi duo sermones ex Augustino in Concilio Aquisgranensi *c.* 112. *&* 113. celebrato sub Ludouico 10. *Gall. Rege* tempore Gregorij IV. *anno Salutis* 816. Eosdem Augustino tribuit Gratianus in cap. *volo* 12. *q* 1. *& in cap. Si quis* 13. *q* 2. & in ca. *Quicunque* 27 *q*. 9. Referuntur ex Augustino ab Iuone *in suo decreto*. Et nouissimè contra fraudulentam ab Erasmo inductam illorum sermonum collocationem idem con-

confirmat doctissimus Hieronymus Torrensis in præfatione ad Confessionem Augustinianam paulò ante finem, vt interim communem Theologorum sententiam taceam.

In *primo* igitur *sermone de communi vita Clericorum* Augustinus hæc asserit: *Vsq; adeo timebam episcopatum, vt quoniam cœperat esse alicuius iam momenti inter seruos Dei fama mea: in quo loco sciebam non esse Episcopum, non illò accederem cauebam hoc, & agebam quantum poteram, vt in loco humili saluarer, non in alto periclitarer, veni ad istam ciuitatem propter videndum amicum, quem putabam me lucrari posse Deo, vt nobiscum esset in monasterio. Quasi securus perueni, quia locus habebat Episcopum. Apprehensus, & presbyter factus per hunc gradum perueni ad episcopatum. Et quia hic disponebam esse in monasterio cum fratribus, cognito instituto, & voluntate mea Beatæ memoriæ senex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo nunc est monasterium. Cœpi boni propositi fratres colligere compares meos nihil habentes, sicut nihil habebam, & imitantes me, vt quomodo ego tenuem paupertatem meam vendidi: & pauperibus erogaui, sic facerent & illi, qui mecum esse voluissent, vt de communi viueremus Commune autem nobis erat magnum, & vberrimum prædium ipse Deus. Perueni ad Episcopatum, & vidi necesse habere episcopum exhibere humanitatem assiduam quibuscunque venientibus, siue transeuntibus: quod si non fecissem Episcopus inhumanus dicerer: si autem consuetudo ista in monasterio permissa esset, indecens*

esset, & ideo volui habere in ista domo Episcopi mecum monasterium clericorum &c. Hæc Augustinus. Quæ nos verba quamquam inferius in *lib. tertio* pro institutione Eremitani ordinis diligentius expendemus: nunc tamen quantum spectat ad Augustini monachatum, atque cælibatum expendere non omittemus. *Quoniam* (inquit Augustinus) *cæperat esse alicuius iam momenti inter seruos Dei fama mea.* Enumerat se Augustinus inter seruos Dei ab illo credo tempore antequam Hipponem amici visendi causa veniret. At ostendemus inferius hanc esse Augustini vsitatam phrasim, vt religiosos viros, ac cœlibes, monachosque, qui sæculo nuncium remiserunt, nomine seruorum Dei significet. Quo posito ipsa Augustini phrasis monachatum eiusdem Augustini verissimè confirmat illo iam tempore inchoatum, & susceptum, quo Augustinus nondum erat Episcopus, quippe qui nondum ad amicum lucrandum venisset Hipponem.

Addit & illa verba Augustinus: *Veni ad istam ciuitatem propter videndum amicum, quem putabam me lucrari posse Deo, vt nobiscum esset in monasterio.* Venit ergo Augustinus Hipponem, & securus peruenit, quia locus habebat Episcopum; venit autem vt amicum Deo, & suo monasterio lucraretur, nimirum vt in eodem cum ipso Augustino monasterio permaneret. In quo nam (cedo) monasterio? num nam in

monasterio clericorum? At antequam Augustinus Episcopus crearetur? fuit hoc planè nullum: primum enim clericorum monasterium in domo Episcopi, iam Episcopus ipse instituit. Agit igitur Augustinus de monasterio Eremitarum, atque Monachorum, in quo cum suis, antequam fieret Episcopus, viuebat communiter: *Vt nobiscum amicus ille esset in monasterio (inquit Augustinus)* Quid est nobiscum? Mecum scilicet, & cum alijs socijs meis. Quod rursus illa verba testantur: *Et quia hic disponebam esse in monasterio cum fratribus &c.* An verò in monasterio monachorum degebat non Monachus Augustinus? minimè reor Equidem, sed audi cætera: *Capi boni propositi fratres colligere compares meos nihil habentes, sicut nihil habebam, & imitantes me, vt quomodo ego tenuem paupertatem meam vendidi, & pauperibus erogaui, sic facerent & illi, qui mecum esse voluissent, vt de communi viueremus: commune autem nobis erat magnum, & vberrimum pradium ipse Deus.* Clariora verba cædo quibus vti queat Augustinus ad explicandum atq; testificandum monachatum suum? Collegit cõpares eiusdẽ præpositi fratres, qui veri erant monachi, nihil habebant sicut nec ille: collegit fratres, qui ipsum imitarentur Augustinus diuendito suo patrimonio, & pauperibus erogato, sicut, & Augustinus diuendiderat suum, & pauperibus erogauerat, vitã Apostolicã hac solenni vitæ professione cõplexus;

eam autem viuendi rationem multo tempore antequam Episcopus crearetur, instituit, & probauit: quis igitur de Augustini monachatu ante Canonicorum regularium institutionem in posterum addubitauerit?

Cap. III.

Monachatus Augustini tertio deducitur ex libro octauo & nono Confessionum.

SEd iam tertio loco eandem veritatem deducamus ex eodem Augustino *lib.* 8 *&* 9. *Confessionum*: libros enim Confessionum legitimos esse testis est vel ipse Augustinus *l.* 2. *Retractationum, c* 6.

Ex ijs igitur, quæ Augustinus de Augustino scribit *lib.* 8. *&* 9. *Confessionum*, facile quiuis intelliget eum celibem, ac religiosam elegisse vitam, illamque solenni facta professione religiosius obseruasse antequam Episcopus nuncuparetur, id quod cum Petro Maturo in citatis annotationibus ad D. Antoninum 3 *p. tt.* 24. *cap.* 14 §. 2. deducimus.

Nam ex ijs, quæ Augustinus scribit *lib. octauo cap.* 1. apertissimè colliget quisquis, si ad eum locum diligentius animaduerterit, Augustinum cum iam diuino lumine collustratus, & cælestium rerum amore incensus baptismum suscipere persuasum haberet, diu multumq; fuisse vexatum cogitatione illa, vtrum lustrali bap-

baptiſmi aqua perlutus ducere vxorem debe-ret: in omnibus voluptatibus abire iuſſis mũ-do nuncium mittere? Nam de vita æterna (in-quit ille *lib 8. cap. primo) certus eram: dulces natos vinea: nec præmia noſce, vt ait Poeta; nec certior de te, ſed ſtabilior in te eſſe cupiebam, de mea vita temporali nutabant omnia, & mundandum erat cor à fermento veteri, & placebat via ipſe Saluator, & ire per eius Anguſtias adhuc pigebat. Nutabant (inquit) omnia* de mea vita temporali, quia ſcilicet pendebat animi quodnam vitæ inſtitutum ſibi eligendum foret: Non erat hæc hæſitatio, an deberet Chriſtianæ militiæ nomen dare: nam de vitæ æternæ veritate iam certus erat. Sed his hærebat quemnam viuendi modum deberet eligere, quemue vitę ſtatum amplexari: coniux ne fieri an celebs viuere: *Placebat* (inquit) *via ipſe Saluator*, qui ad cœlibem, & religioſam vitam homines tunc adhortabatur cum ait apud Matt *Non omnes capiunt verbum iſtud qui poteſt capere capiat, & tamen per huius vitæ anguſtias ire adhuc pigebat.*

Idipſum expreſſius declarant, quæ inferius ſubijcit: poſtquam enim ſcripſit placuiſſe ſibi pergere ad Simplicianum, vt collatis animi nutantis æſtibus diſceret quænã vitæ ratio ad ambulandum in via Dei ſibi foret accommodatior: ſtatim explicat quinam fuerint illi animi æſtus, quibus in hanc agitabatur, & in illam partem: *Mihi* (inquit) *diſplicebat quod agebam in ſæculo,*

culo, & oneri mihi erat valde non iam inflammantibus cupiditatibus, vt solebat spe honoris, & pecuniæ ad tolerandam illam seruitutem tam grauem: iam enim me illa non delectabant præ dulcedine tua, & decore domus tuæ, quam dilexi sed adhuc tenaciter colligebar ex fœmina.

Quasi ita diceret: vita sæcularis, & eorum instar qui in sæculo manent, iam iucunda erat: abieceram enim iam spem pecuniæ & honoris, arridebat vita religiosa eorum hominum, qui sæculo valere iubent: sed tamen ne cælibatum istum amplecteretur fœminæ amor ad coniugium pelliciens impediebat.

At, vt intelligas de vita cælibe, & apostolica (qualis religiosa est, & monastica) in illis locis agere Augustinum, audi quid dicat: *Nec me prohibebat* Apostolus *coniugari, quātis adhortaretur ad melius, maximè volēs omnes homines esse, vt ille erat.* Hæc melioris vitæ ratio, ad quam Apostolus eam secutus homines adhortabatur, nonne est vita monastica, ac religiosa, quæ perpetuū nuncium sęculo dat, & vxori? vtrq; de illa ad literam loquitur Apostolus: de illa item Augustinus, cum explicat se quidem nō iam propter paupertatis votum ab ea deterreri, sed propter votum perpetuæ continentiæ, quod religiosorum hominū vitæ, intime est annexū.

Vt hos animi secum altercantes æstus cum Simpliciano tempestatem sedaturo conferret, ad ipsum profectionem suscepit. Is referente Au-

Augustino dicto *lib.8.c.2.3.& 4.* multa de conuersione Victorini illustrissimi rhetoris enarrauit, quibus auditis aliquanto plus inclinauit ad vitam cælibem, sed tamen adhuc animi nō sibi omnino constantis fluctibus agitabatur, vt copiose refert eiusdem octaui libri *cap. 5* hisce verbis: *& non erat iam vlla excusatio, qua videre mihi solebam, propterea nondum me contempto seculo seruire tibi, quia incerta mihi esset perceptio veritatis, iam enim, & ipsa certa erat: ego autem adhuc terra obligatus militare tibi recusabam, &c.* quæ addit in hanc sententiam.

Ab hac tamen animi hæsitatione de religiosa amplexanda vita quonam pacto fuerit liberatus: ita explicat in dicto lib. 8. *cap. 7. & de vinculo quidem desiderij concubitus, quo arctißime tenebar, & secularium negociorum seruitute quemadmodum me exemeris narrabo.* Etenim (vt ait:) Pontitiano amico narrante cognouit de cęlesti vita, quam Antonius egit in terris, deque mirabili duorum hominum aulicorum inter se amantium conuersione; de qua in dicto *c. 6.* multa perscribit. His auditis & sibi ipsi displicuit, vt *c. 7. sequenti* affirmat & quas in horto cum Alipio lachrymas fuderit. explicat *cap. 8.* Causam vero tantæ mutationis, atque conflictationis exponit *cap. nono & decimo.* Tandem qua ratione cælestis moniti vocis omnino fuerit ad Deum conuersus enarrat *cap. duodecimum.* quod hac oratione concludit: *Inde ad maiorem* in-

ingredimur, indicamus, gaudet; narramus quemadmodum gestum sit; exultat, & triumphat, & benedicit tibi, qui potens es vltra quam petimus, aut intelligimus facere, quia tanto amplius sibi à te concessum de me videbat, quā petere solebat miserabilibus eius fletibus, gemitibusq́; : conuertisti enim me ita ad te, vt nec vxorem quærerem, nec aliquam spem sæculi huius. Hęc capitis conclusio ex antecedentibus explicatur, & vicissim explicat antecedentia, etenim de cœlibe, atque religiosa eligenda vita, ad quam Christus cū Apostolo fideles inuitat, tota fuit præcedens vacillantis animi dubitatio, atque altercatio. In hac igitur conclusione ita se fuisse ad dominum conuersum, vt sæculo perpetuum nuncium remitteret apertis verbis fatetur, atque hic deuota mater in filij sui conuersione, quam solam à Domino postulabat, diuinam experta est magnificentiam, quę dū Christianismum filio peteret monachatum profusis lachrymis impetrauit. Nam quod mater filio, si à Deo conuerteretur, vxorem desiderauerit: testis est ipse Augustinus *lib. 6. Confeßionum c.* 13.

Hoc sensu dixit eadem pia mater *l. 9. cap* 10. in fine: *Vnum erat, propter quod in hac vita aliquantulum immorari cupiebam, vt te Christianum catholicum viderem priusquam morerer, cumulatius hoc mihi Deus meus præstitit, vt te etiam contempta felicitate terrena seruum eius videam: quia nimirum relicto sæcularis vitæ statu excellentiorem religio-*

ligiosæ vitæ statum elegerat, in quo diuinæ ad scitus militia Deo soli militabat. De quo statu egit idem Augustinus eodem *lib. nono Confessionum cap. 30.*

Et vt horum, quæ ex 8. *&* 9 *lib. Confessionum* ex Augustino retulimus, sententia à nobis hactenus exposita euidentius confirmetur, obseruandus est diligentissimè modus loquendi, quo perpetuo in suis operibus vtitur Aug. cum de religiosorum monachorum statu, atq; de ipsis etiam Monachis verba facit: Monachos enim nomine seruorum Dei perpetuò explicat, & intelligit, monachalemque vitam, & monasticum statum non alia verborum circuitione explicat, quàm per contemptum nuptiarum, & sæculi. Ita videas per seruos Dei intelligi ab Aug. Monachos. *Epistola 76. ad Aureolum*, vbi de Monachis agens ait: *Non esse istam viam dandam Seruis Dei.* Similiter *epistola* 70. Monachatum non alio expressit nomine, quam seruitute Dei: Monachos autem appellatione Seruorum Dei. Et in lib. *de opere Monachorum cap.* 8. Monachos, contrà quos tunc disputat, his alloquitur verbis; *O serui Dei milites Christi.* Et expressis ibidem *cap.* 16. hæc scribit verba. *Vt nihil deesset necessitatibus Seruorum Dei* (monachos intelligit), *qui celsiorem sanctitatis gradum in Ecclesia tenere voluerunt, vt spei sæcularis vincula cuncta præciderent, & animum liberum diuinæ militiæ dedicarent.* Qui locus videtur apertus ad

phrasim Aug. dignoscendam. Eâdem phrasi vtitur in sermonibus ad fratres Eremitas *sermone* 4.5.21.87. & alibi sæpe.

Porro Monachatum ipsum quibus scribat verbis: audiamus ex ipso in *epist.* 70. data ad Bonifacium Comitem, qui post suscepti Monachi votum duxit vxorem: *recole* (inquit) *quomodo tibi vanitas sæculi huius horruerit, & quomodo concupieris seruitutem dei: Nos nouimus: nos testes sumus, quid nobiscum apud Tuburas de animo, & voluntate tua fuerimus collocuti; non enim existimo tantum valuisse terrenas curas, quibus impletus es, vt hoc de memoria tua penitus delere potuerint, nempe omnes actus publicos, quibus occupatus eras, relinquere cupiebas, & te in otium sanctum conferre, atque in ea vita viuere, in qua serui Dei Monachi viuunt.* Et in fine epistolæ hæc verba subijcit: *Si coniugem non haberes, dicerem tibi, quod & tribuno diximus, vt in sanctitate continentiæ viueres. Adderem quod tunc fieri prohibuimus, vt iam te à rebus bellicis abstraheres, & ei vita vacares in societate sanctorum, cui tunc vacare cupiebas.*

Epistola 89. *ad Hilar.* 9.4. distinguit statum eorum, qui manent in sæculo cum suis diuitijs, quas quando oportuerit pro Christo dimittere parati sunt; ab eo perfectionis gradu, quem Christus discipulis, cæterisque comendauit, vt venditis in quā omnibus Christum sequerentur; atq; hunc statum se fuisse professum ibidē affirmat, vt iam supra latè ostendimus ex Aug.

in

in eâdem epiſtola in lib. *de vera religione c.* 3. hac eâdem phraſi Monachalem explicat vitam: *Si tot* (inquit) *iuuenum & virginum millia contemnentium nuptias, caſteque viuentium iam nemo miratur, ſi tam innumerabiles aggrediantur, vt deſertis diuitijs, & honoribus mundi, ex hominum genere vni Deo totam vitam dicare volentium deſertæ quondam inſulæ, ac multarum terrarum* ſolitudo compleatur &c.

Deniq; lib. 1. *de moribus Eccleſiæ Catholicæ cap.* 31 anachoretas, & cænobitas non aliter indicat, quàm dum vocat viros, qui huius mundi illecebras contempſerunt in communem vitam ſanctiſſimè congregati: quiq; in orationum lectionum, & diſputationum ſtudium totum vitæ tempus inſumerent. Quos diſtinguit à clericis, qui diuinis præſunt Sacramentis: & ab illis, qui in ciuitatibus ſub vno presbytero, liberè tamen degunt, vt videre poteris eodem lib. *cap.* 32. *&* 33 Ex his igitur, & plurimis aliis Auguſtini locis, quæ facile poſſemus adducere, ſatis patet eorum, quæ Auguſtinus de ſe ſcribit in libris Confeſſionum intelligentia. Ex quibus eiuſdem Auguſtini Monachatus euidentiſſimè colligitur.

Cap. IV.

Monachatus Auguſtini 4. loco deducitur ex alijs Sancti Auguſtini operibus.

Ex alijs adhuc Auguſtini locis Monachatus perſpicue cõcluditur, & vt ad duos Auguſt.

de communi vita Clericorum Sermones reperemus; ex vtroque constat Augustinum religiosam, atque Apostolicam vitam fuisse professum: *sermone* namque primo, paulò post initium ita habetur: *Nostis omnes, aut penè omnes sic nos viuere in ea domo, quæ dicitur domus Episcopi, vt quantum possumus imitemur eos sanctos de quibus loquitur liber Actuum Apostolorum, nemo dicebat aliquid proprium, sed erant illis omnia communia.* Imitatur igitur Augustinus & postquam est episcopatum adeptus vitam Apostolicam in domo Episcopi, in qua canonicos congregauit. Vitam autem Apostolicam (de qua *Actor.* 2. *&* 4.) fuisse cælibem, ac religiosam, qualem hodie in Dei Ecclesia religiosi, ac Monachi profitentur, iam supra ostendimus ex eodem Augustino, D. Bernardo, & alijs idem communiter sentientibus Patribus. Quibus adhuc addendus est Augustini locus *lib.* 17. de *Ciuit. cap.* 4. Igitur Augustinus etiam Episcopus in Monasterio clericorum eandem vitæ rationem obseruat. Id quod etiam declarant verba statim posita, in quibus de eodem clericorum Monasterio adhunc modum agit: *Ecce quomodo viuimus: nulli licet in Societate nostra habere aliquid proprium: noui omnes, qui mecum viuerent nosse legem vitæ nostræ.* Et *serm.* 2. sequenti in principio ita habet: *Quomodo autē viuere velimus, & quomodo deo propitio iam viuamus, quamuis de Scriptura Sancta multa noueritis, tamen ad commonendos vos, ipsa vobis de acti-*

bus

bus Apostolorum lectio recitabitur, vt videatis vbi scripta sit forma, quam desideramus implere. Quamuis autem, quæ hactenus ex vtroque illo sermone adduximus agant de Augustino vitam Apostolicam in Canonicorum monasterio obseruante, solumque Erasmum coarguant falsitatis, dum negat Augustinum Monachum imò religiosum fuisse: in omnes tamen eum fuisse Monachum pernegantes retorqueri possunt: quia ex eodem *Aug. ser.* 1. Iam ostendimus non eam primum vitā Augustinum in Monasterio clericorum, sed iam dudum obseruare cæpisse in Monasterijs Monachorum, antequam ad Episcopatus fastigium eueheretur; quæ omnia eò adduximus, vt probemus Augustinum ab Episcopatu statum quidem mutasse, sed neutiquam professionem.

Ex eodem *serm.* 2. de communi vita Clericorum illa adhuc verba cōfirmandæ nostræ sententiæ plerumque solent afferri: *fateor vobis de pretiosa veste erubesco, quia non decet hanc professionem.* Quam cedò professionem. Episcopi ne? At contradicit Augustinus in verbis paulò antè scriptis: *Offeratur, inquit, mihi birrum pratiosum, fortè decet Episcopum; non decet Augustinum*, id est hominem pauperem Quam igitur professionē vestis prætiosa nō decet? vtiq; professionem religiosam, ac Monachalem, quam Augustinus ante Episcopatum tenuerat, quamq; adhuc Episcopus obseruabat: perinde igitur loquitur

quitur, ac si verbis magis copiosis & apertis dicat professionem hanc esse religiosam, & Monachalem, quam pretiosa vestis nõ decet.

Beatus Iordanus *lib. 1. de vitis fratrum c. 17.* adducit in eiusdem rei confirmationem locum *ex l. quinq. homiliarum homil. 9.* quem librum esse Augustini, index Possidonij disertè confirmat. Ita locus habet: *Vbi tunc præsens erat Fr. Augustinus nondum Episcopus.* Codices noui non habent illud verbum [frater] : at codex antiquus Beati Iordanis ita habebat. Ex quo non infirmum colligitur argumentum in nostram conclusionem: quia ex Iurisperitorum doctrina libris antiquis habenda fides.

Verùm non sunt prætermittenda verba, quæ in suo Manuali scribit Augustinus: *Concede Domine mihi fragilissimo beatorum Monachorum Patrum meorum imitari vestigia.*

Nec etiam silebimus verba Augustini 22. *de Ciuit. Dei cap. 8. Venientes*, inquit, *de transmaritimis me, & fratrem meum Alipium, nondum quidem clericos, sed iam Deo seruientes vt erat cum tota domo religiosissimus, ipse susceperat.* Agit de quodam Innocentio amico suo, & Alipium fratrem appellat non quidem carne, vel sola Christianæ fidei communione, vt in exordio nascentis Ecclesiæ vocare mos erat: sed professione vitæ religiosæ, quã cõuiuebant, & in qua seruiebãt.

Porrò ex toto lib. sermonum ad fratres in Eremo nostra hæc veritas apertissimè demon-

stratur

ſtatur. Quæ cauſa fuit vt eos Eraſmus de medio ſublatos eſſe voluerit, certè quidem Aug. tam pertinaciter denegarit. Verum de eorum legitimo parente Auguſtino iam ſuperioris libri *c. vltimo* copioſa verba fecimus: tempus autem mihi deficeret ſi quæ ex omnibus offerri teſtimonia poſſent, huc vocare vellem: perlegatur in primis *ſerm.* 4. 5. 14. 21. 39. & 40. præter quos etiam ſermo 60. vbi de ſe Auguſtinus teſtimonium reddit ampliſſimū. Ego (inquit) *hodie videor Monachus. Si rupero propoſitum meum, Chriſtum negaui.* Et ſtatim: Ego quidem ſum Monachus, qui deſij ſæcularis eſſe: ſi voluero dimittere vitam Monachi, & ſequi ſæcularem, nō ſic habebit me Dominus quaſi ſæcularem, ſed quaſi præuaricatorem. His addimus *ſermonem* 24. verba talia continentem. *Etiam nos fratres, vt vidiſtis, mundum deſerere voluimus & ad nemora cum Hieronymo fugere concupiuimus, & perſeuerare ſecundum Apoſtolicam vitam* deſideramus, denique in *ſermone* 27. ad Eremitas cænobitas adnumerat, vt ibi videre licet.

Quæ hactenus adduximus ex Aug. ſatis profecto videri poſſent, ac ſuper, niſi aduerſariorum perſiſtentia tanta foret, vt aliorum etiam teſtimonia ad eam conuincendam neceſſaria duceremus.

Cap. V.

Quinta probatio Monachatus Augustini sumitur ex ijs, quæ D. Ambrosius, & alii complures tradunt de cuculla quàm S. Ambrosius Aug. in baptismo induit.

EAndem ergo assertionem verissimam ex ijs quæ de Baptismo Augustini grauissimè conscripta sunt , amplissimè confirmabimus.

Ex ijs, quæ paulò ante ex 8. & 9. *Confessionum libro* adduximus apertissimè, constat Augustinum post suam ad Dominum conuersionem firmissimè apud se statuisse, vt contempto sæculo, abiectisque negotijs secularibus soli Deo militaret. Vnde statim atq; Christianæ militiæ nomen dedit: factusque fuit in Ecclesia cathecumenus in agrum sibi à Verecundo amico oblatum, cum Alipio, & amicis aliis se recepit, eo quod exundaret iam cor militia Christi; quam, qui sæculo nuncium dabant, profitebantur: ibidem diuinis intenti meditationibus tandiu permanserunt donec designatus baptismi dies affuit, vt docet idem ipse Augustinus *lib. 9. Confessionum cap. 3. 4. 5. & 6* Suscepto autem baptismo procul fugisse ab homine totam vitæ præteritæ solicitudinem testatur idem eiusdem libri *capite 6. Baptizati (inquit) sumus, & fugit à nobis solicitudo vitæ præteritæ.* fugisse autem

autem non alio sensu nisi quia profugit solicitudo vitæ sæcularis ob electam religiosam vitam atq; monasticam, ea enucleatè explicant, quæ in ipso Augustini baptismate contigere. Etenim, vt omittamus communem sensum, lætitiæ qua tota Mediolanensis Ecclesia triumphauit, diuinumq; mẽtis impulsum, quo hymnum (te Deum laudamus) ab Ecclesia cum generali plausu receptum Ambrosius, & Augustinus alternis instituerunt, & i. omnium decantarũt; illud ad nostrum spectat institutum: quod D. Ambrosius Augustinum, & nouum fecit hominem Christi baptismo, & nouum Ecclesiæ militẽ nouo monachatus paludamẽto, cucullo, in quã nigro, & cingulo coriaceo.

Luculentissimum huius rei testimoniũ reddit sanctissimus P. Ambrosius in sermone, quẽ Augustini baptismo peracto ad populum publicè habuit, & inter Ambrosij sermones hodie legimus: *Nouum hominem* (inquit) *nouum in fide Christi militem habemus: acerrimum cõtra Gentiles hostem: contra hæreticos inuictissimum imperatorem: nouum Christianum nouis vestimentis cucullo nigro induimus, cingulo ex corio nos ipsi præcinximus, quod Simplicianus noster ingenti lætitia donauit.* Verè igitur ab Augustino iam baptizato fugit præteritæ, hoc est sæcularis vitæ solicitudo, cuius amore mirum in modũ antea tenebatur, fugit autem non aliter, quàm nouę, hoc est religiosæ, & Monachalis vitæ, cuius insignia de-

dit Ambrosius professione : iure vt optime possimus hunc accersere pulchrum versiculum: Alterius vires subtrahit alter amor. Habemus autem huius professionis testem Ambrosium vnum pro millè.

Non me latet aduersarios in eum Diui Ambrosij sermonem tanquam in adulterinum, supposititiumq; insurgere, & illum falsò tribui Ambrosio affirmare. Cui quidem tuendæ sententiæ, suam, id est, magnam auctoritatem adiungit Illustrissimus Cæsar Baronius *quarto tomo Annalium Ecclesiasticorum ad annum* 388. *pag.* 574. in fine, *&* 575. *in principio litera A.* Sunt illius rationes numero tres. Prima aduersus illa verba, (Nouum Christianum nouis vestimentis cuculla nigra induimus,) quæ vocat purum mendacium; quia tunc temporis inuiolati moris erat baptizatum quemlibet albis induere vestimentis. Secunda aduersus alia, quæ Augustinum dicunt fuisse ciuem Carthaginensem, atque ex Gentilium cultu factum esse Christianum, cum tamen Augustinus patria Tagastensis fuerit, nec vnquam idola coluerit, licet sectator fuerit Manichæorum. Tertia aduersus ea, quæ narrant Augustinum cum D. Ambrosio de pluribus quæstionibus prolixè sæpius disseruisse, cum tamen Augustinus id neget *lib. 6. Confessionum cap. 3. atq;* 11.

Ne nostram tamen causam auctoritas etiam grauis deficiat, viros ego doctissimos, & grauissi-

uissimos in campum adduco, qui sermonem illum D. Ambrosio plane adscribunt, illumq; tãquam verum eius patris filium, amplectuntur, & colunt. In primis enim eodemq; quo nos animo, & eiusdẽ, quã nos tueri nitimur, veritatis tuẽdæ gratia citat hũc sermonẽ doctissimus Hieronymus Torrensis in Confessione Augustiniana *l.4.c.8.§.6.* Post eum refert eundem Gregorius de Valentia vir non contemnendæ eruditionis *in lib. de statu, & votis religiosorum c.2.arg.2. Augustinus* (inquit) *& monachus fuit, & cuculla nigra indutus, vt de illo D. Ambrosius testatur sermone 92.*

Ante eos eundem sermonem pro eadem asserenda veritate D. Antoninus allegauit 3.p. historiali *tit.24.c.14.§.2.* sic scribens. *Nam post conuersionem suam, & baptismum dicit Ambrosius in serm. de baptismo, & conuersione Augustini &c.*

Ante D. Antoninum Beatus Iordanus de Saxonia *l.2. de vitis fratrum c.15.* De *Beato* (*inquit*) *Aug. fertur quod baptizatus indutus fuerit à D. Ambrosio cuculla nigra, & desuper zona quadam ad differentiam Monachorum* vt ipsemet Ambr. dicit in libro, quem fecit de baptismo Augustini. Addimus & supplementum Chronicorum *l.9. ad annum* 390. Eundem sermonem profert Ambrosius Coriolanus in defensorio ordinis in 2. ratione principali pro prima veritate; quo in loco affirmat, illum D. Ambrosij sermonem inter viros doctos esse celebratissimum.

Ad hæc ratione Quinta principali memorat Sũmũ Pontificem Clementem VI. in quodam Sermone S. Augustini, cuius initium est, *Nephtalim seruus emissus*, pro corroboranda nostra historia hunc ipsum Ambrosij sermonem citasse: creatur autem Clemens VI. anno Domini 1342. vt inde intelligamus venerabilem antiquitatem eundem semper sermonem Ambrosio tribuisse. Vnde in correctissima operum Ambrosij editione, quæ vltima iussu Xisti Quinti peracta est, sine vlla nota, sine censura præcitatus sermo inter alios, qui verè sunt Ambrosij, connumeratur.

Quod si nostram causam non deserit grauis auctoritas, vtique nec firmissimæ, quibus contrarijs oppugnationibus occurramus, responsiones deserunt. 1. dicimus non debere forsitan vocari mẽdacium eam historiam, quæ inde vsq; ab antiquissimo, & immemoriabili tẽpore peruulgata recipitur in Ecclesia, virisq; doctissimis communi consensu ex continuata traditione probatur: eam namq; probarũt, & ante ducẽtos annos publicæ literarum memoriæ consecrarunt Henricus de Vrimaria *in libro de Origine ordinis*, Beatus Iordanus de Saxonia *lib. 1. de vitis fratrum cap.* 15. Ambros. Coriolanus *in defensorio Ordinis*, & in principio suorum Chronicorum *lib. 9. ad annum* 390. Iosephus Pamphilus episcopus Signinus *in sua Chronica.* Hieronymus Romanus *libro primo historiæ San-*

cti Augustini cap. decimo. Quibus omnibus tanquam testibus domesticis maxima in hoc domestico negotio habenda est fides, iuxta ea, quæ de testimonio domesticorum præmisimus *lib.* 1. *cap. penultimo.*

Verùm vt huic veritati plenissimam fidem conciliemus externorum etiam testium testimonia producamus. Clemens Papa VI. in sermone Sancti Augustini quem paulò antè citauimus, affirmat idipsum: post eum Thomas Trugillo illo in suo Concionatorum thesauro in sermone S. Augustini in vita eiusdem, vbi sic scribit: *Cæterùm olim recenter baptizatos solebant induere alba quadã tunica: Beatus verò Augustinus præter hãc vestẽ albam fuit etiam indutus tunica quadam nigra, & ipse se cinxit cingulo quodam coriaceo, ad differentiam illorum Monachorum, qui viuebant in solitudine, qui non vtebantur huiusmodi cingulo: hoc ergo indumenti genus fuit postea habitus filiorum suorum, qui eius ordinem sunt professi.*

Verbis eisdem idem asserit Alphonsus de Villegas in suo sanctorali, tomo 1. in vita S. Augustini *fol.* 300. *colum* 2. ita scribens hispano sermone de baptismo Augustini: super tunica alba, Augustinus nigra indutus fuit, cingulo coriaceo, seipsum cinxit: quo cingendi modo se ab aliis Monachis in solitudine viuentibus distinguebat. Eandem veritatem rursus repetit 3. p. sui sanctoralis *in*

vita 81. *sanctorum extrauagantium*, quæ est Sancti Simpliciani, quam ex Hilarione Monacho, & Bonino Monbricio collegit in hæc verba, postea baptizauit Ambrosius Augustinus dein veste nigra mox induit: quem corrigia coriacea subcinxit: quod indumenti genus Eremitis Augustinianis remansit.

Idipsum affirmat Hieronymus Torrensis in Confessione Augustiniana *lib.* 4. *cap.* 8. *&* 6. & Gregorius de Valentia in *lib. de statu, & votis religiosorum cap.* 2. *arg.* 2. & ante eos D. Antoninus 3. p. historiali *titulo* 24. *ca.* 14. § 2. vt omittamus Hilarionem Monachum, & Boninum Monbricium, quos citat Alphonsus Villegas in vita Sancti Simpliciani.

Sed præclarioribus adhuc, & certioribus testimonijs eiusdem historiæ veritatem testatam reddamus: præsertim vero testimonio Augustini *serm.* 27. *ad Fratres in Eremo. Pensate (inquit) fratres, quid vestis nigra, quid zona pellicea, quid corona capitis persuadeant: nigra enim vestis, quia vilis est, mundi contemptum nobis denunciat, & memoriam mortis. Zona pellicea lumborum refrenationem declarat. Capilli rasi de vertice superfluitatem crinium, id est cogitationum terrestrium significant ablatam de mente: sic enim Pater Sanctus Ambrosius quando me regenerauit in Christo, mihi petenti respondit.* At quorsum baptizandus Augustinus harum rerum significationem ex Ambrosio sciscitaret, nisi

si easdem tunc reciperet ab Ambrosio?

Sed adulterini (mihi dicat aliquis) sunt sermones ad Fratres in Eremo, figmenta sunt alicuius impostoris, qui complura delira, ac vana imposuit Augustino? verbis tempero: ratione pugno, sermonum auctoritatem istorũ legitimam, atq; Augustinianam iam superioris libri capite nono reddidimus exploratam. Quin etiam, vt illos demus non esse Augustini (quod tamen falsum est) nihilominus eos non negabimus habere auctoritatem sua antiquitate grauissimam, & pietate colendissimã. Cui rebus in antiquissimis confirmandis danda potius fides sit, quam impostoris nomen, & conuitium ingerendum.

Sed aliud quæso adhuc Sanctissimi Valerij Episcopi Africani testimonium audire non grauemur: est enim illustrissimum in epistola quam ad Augustinum etiam tunc in Italia manentem, de fide Christiana, quam baptismo professus fuerat gratulabundus conscripsit: *Valerius* (sic habet epistola) *Hipponensis Episcopus Aureolo Augustino in Domino salutem litteris tuis & Androma Chocyrini filio, & Mediolanensi ciue referente conuersionem tuam opera Ambrosij eiusdem vrbis Archiepiscopi, & pientissimi Simpliciani, qui te prædicationibus, disputationibus, & exemplis à Manichæorum errore conuerterint, factam didicimus. Cumque te catechumenum audisset Simplicianus, mox ex Monasterii pecunijs empto*

 panno

panno tunicas, vnam pro filio suo Adeodato, vnam pro te, vnam pro Eneo, vel Alipio Hipponensi matri suæ Monicæ transmisit suendas. Super quibus plus lachrymarum præ gaudio fudit, quàm puncta consuerit. Et ad Adeodatum inquiens: Deus misericors te cum patre tuo Augustino seruum suum efficiet: tu acceptis à Simpliciano tunicis à matre transmissis in suo monasterii templo affirmasti nisi paschalis die baptisma nolle suscipere. Et triduo panem, & aquam tantum degustans aduentante paschalis die ante lucanum surrexisti. His verbis Adeodatum alloquens dixisti. Aderit nevnquam illa dies? at tu fili voca tyrones tuos, vt antistitem Ambrosium adeamus. Deinde profectus in Phanum aduersus nonnullos manichæorum disputantem Ambrosium inuenisti, qui mox celebratis sacrosanctis mysterijs te exutum habitu sæculari sacro baptismatis lauacro perfudit, & [Te Deum laudamus] non sine lachrymis te respondente [Te Dominum confitemur] præ gaudio cecinit, statimque talarem nigram tunicam te induit, ità vt omnes te Monachum existimarent, nisi zona pellicea præcinctus fuisses ob tunicæ longitudinem, vt scribis. Præsul cum populo, cleroque, & matre tua gaudiis flentes, pariterque exultantes. Hæc & multa insuper & alia retulerunt Andromacus, & Eneus, qui ibidem interfuerunt. Quibus peractis accepta benedictione apud Ambrosium Antistitem conuiuio acceptus es iucundissimo & ante literas tuas accipias multi istinc profecti de rebus à se gestis literas ostenderunt, & gratia sibi cælitus

colla-

collata quā Deus cōfirmet. Vale, & pro me ora. Hāc Epistolā Valerius natione Græcus scripsit græcè: donauit eam tamen latinitate, teste Coriolano, Iulianus Pomerius Episcopus Toletanus. Deinde eandem adhuc Græcè scriptam in archiuo ducum Mediolanensium Papię inuenit Illustrissimus, & Reuerendissimus Archiepiscopus Mediolanensis Gabriel Sfortia Germanus frater Francisci Sfortia ducis Mediolanensis, & Eremitarum familiā alumnus, ac per Franciscum Philephum in latinū verti curauit. Quarum omnium rerum grauissimum testimonium tulit Ambrosius Coriolanus in suo ordinis defensorio *decimotertio argumento* pro prima veritate confirmanda, & Hieronymus Romanus *lib. primo historiæ* Sancti Augustini *Cap. vndecimo* Ex qua epistola in officijs Ordinis antiquis tota Augustiniensis Ecclesia auctoritate Summi Pontificis tres lectiones primi nocturni tertia die infra octauā Sancti Augustini publicè legendas desumpsit. Quæ publica in Ecclesia celebritas (licet particularis) multum auctoritatis aggregat eidem Epistolæ, maximè cum accedit Sedis Apostolicæ auctoritas, siue consensio.

Quo eodem fundamento grauissimum erit argumentum illud, quod desumi potest ex hymnis, qui in commemoratione menstrua Sancti Augustini in vespertino officio, simul, & matutino, atq; in laudibus publicè decan-

tantur: è quibus vnus quidem habet: *Augustinus baptizatur, exultat Ecclesia, te Deum hic ordinatur: ô mira solertia: Pia mater delectatur, ouat cæli curia, veste nigra hic* (in hoc scilicet baptismo) *indutus, præcinctus corrigia, gestus cuius est secutus Thesbyte cum Elia.* Huic hymno alter in laudibus recitari solitus ita accinit: *Baptizat hunc Ambrosius, Deum laudamus intonat: Simplicianus Monachus habitum dat, & cingulum.*

Quid ad hæc aduersarij? epistolam ne citatam Sanctissimi Valerij esse negabunt? Asserent totam Augustinianam Ecclesiam Eremitanam mendacia ex mendacibus libris eruta Romanæ Sedis auctoritate publicè celebrare? si asseruerint, ad lectorem appello, oroque vt suo animo iudicet quibusnam danda sit fides, paucis ne hominibus sine solido fundamento epistolam improbantibus, an toti familiæ Augustinianæ Sedis Apostolicæ consensu, & auctoritate publicè eandem epistolam in solennibus officijs decantanti?

Porro, si iure agimus in rebus antiquissimis asserendis quanta sit tribuenda fides libris, instrumentisque vetustissimis, etiam priuatis, iam latè ostendimus in præcedentis libri *capite sexto & septimo.* Stat enim ab illis iuris præsumptio, vt ex Decio, Capicio, Mascardo, & alijs copiosè patefecimus *l. primo cap. 5.* Iuris autẽ præsumptio in his rebus plus habet roboris quam

quam cuiuslibet hominis infirmo fundamento connixa auctoritas. De antiquitate verò epistolæ, quam ex Valerio adduximus, dubitare minimè licet, cum tam multis ab hinc annis sit in archiuio Papiensi inuenta, & Eremitanæ Ecclesiæ publicè, auctoritate Summi Pōtificis probata, & recepta, & à Coriolano verbum de verbo exprimente, transcripta, qui plus annis ante nos centum floruit.

Satis hæc (ni fallor) erant, sed id tamen nō præteribo, quod ijs, quæ hactenus diximus maximum quiddam firmamenti adiungit, esse scil. inter vetustissimos, & sapientissimos homines conuenientem consensum quod Augustinus statim à baptismo tunicam nigram cingulo constrictam pelliceo semper gestarit, & eandem habitus formam suis Eremitis ferendā reliquerit; id quod nos inferius diffusius confirmabimus. Interim autem petimus hoc nobis dari tanquam verissimum; aut si non est dandum nobis, dari interim volumus Francisco Petrarchæ viro omni fide dignissimo affirmanti, statim à suscepto baptismo Augustinū habitu nigro indutum, cinguloque accinctum pelliceo ad Simplicianum, cæterosque Eremitas in monte Pisano, atque in centum cellis commorantes se contulisse. Id si verum est, quid quæso improbabilitatis habet testari, & dicere Augustinum illum habitum, cum baptizatur, ab Ambrosio suscepisse?

Sed

Sed rationes in contrarium iam expendamus. *Moris* (inquit ille) *erat inuiolabilis baptizatũ quemlibet albis induere vestibus.* Morem agnoscimus: hæc enim præter alias erat adiuncta tunc baptismati cæremonia, cuius meminit D. Dionysius de Ecclesiastica Hierarc *cap. de Baptismo*, & D. Ambros. *lib.* de ijs, qui mysterijs initiantur *cap. septimo*, Augustinus *serm.* 157. *de tempore*, & D. Tho. 3. *p. q* 66. *art.* 10. *ad tertium & q.* 71. *art.* 3. *ad* 4. vt omittam alios. At illam ne vestem peracto baptismo semper, in perpetuumque gestabant? non gestabant sanè vt ex D. Tho. colliges in *dicta q.* 66. *art.* 10. *Ad Tertium.* Quamuis (fateor) Dominica in albis adire templum induti eisdem albis vestibus iubebantur vt docet Sotus *in* 4. *dist.* 3. *q. vnica art.* 10. Ad primum argumentum in fine.

Potuit igitur peractis omnibus baptismi cæremonijs detrahere vestem albam Diuus Ambrosius, & in symbolum monasticę professionis Augustinum vestire habitu monachali, hoc est cuculla nigra, & iam cucullatum pellicea corrigia circumcingere. Potuit & veniente Dominica in albis Augustinus morem gerere præcepto, vel consuetudini Ecclesiæ, & cucullæ nigræ, corrigiæque addere vestes candidas, & ita candidatus cum cætero candidatorum choro in templum ingredi, vt omnibus Ecclesiæ cæremonijs dicto audiens esset.

Quod

Quod si demus id, quod nonnulli volunt, & quod probatur Bellarmino *lib* 1. de Baptismo *c.* 27. neophytos recens baptizatos à sabbatho Sancto ad dominicam vsque in Albis fuisse solitos manere in albis; potuit sane D. Ambrosius antequam albam vestem inijceret, Augustinum exuere sæcularibus indumentis, mox induere cuculla nigra, & cingulo pelliceo succingere: demum vestem albam imponere, quam vsitato more ferret extrinsecus apparentem, vsque ad Dominicam in Albis: nulla enim Ecclesiastica lege impediebatur id ne faceret D. Ambrosius. Cui Augustini inuestituræ plurimum fauet ea pingendi ratio, quæ visitur hodie apud D. Augustini templum in eiusdem Patris baptismate exprimendo, depingitur enim in vna tabella catechumenus Augustinus, & baptismum, & monasticum, quem diximus habitum, recipiens ab Ambrosio: in altera rursus depingitur ad habitum nigrum monasticum adijciens albam & vestem, quam dat Ambrosius. Libuit autem huius picturæ facere mentionem, quoniam est antiquissima vitæ scilicet annos habens.

Quocirca vetustate sua, præsenti etiam instituto non vulgariter suffragatur.

Quod si mauis Thomæ Trugillo, & Alfonso Villegas, paulo ante citatis, credere, atque ex Hilarione, & Bonino Mombricio id historiæ referentibus; supra vestem candidam Ambrosius

brosius cucullam nigrã imposuit Augustino, vt peracto baptismo aquæ, cum veluti secundo baptismo professionis ablueret, non quo Augustinus tota hebdomade vestem neophytorum candidam sub cuculla latentem deferret: sed vt statim mutaret ordinẽ, & cuculla nigra tanquam veste perpetua sese ipse priuatim indueret, vestem autem candidã temporariæ consuetudini seruiens super imponeret.

Cum igitur iuxta vtramque de gestanda veste candida sententiam vestiri cuculla nigra, & præcingi zona pellicea potuerit Augustinus nihil virium, ne ad speciem quidem habet aduersariorum argumentum. Quo fit vt historia celebris apud quamplurimos & antiquitate sua suspicienda, Sedis etiam Apostolicæ auctoritate, publicaque in Ecclesia celebratione veneranda, non videatur arguenda mendacij.

Nihil ferè aliud hactenus fecimus; quam primæ Baronij rationi responsum dedimus. Secundæ iam tandem damus, & dicimus Augustinum etsi pueritiam Tagaste trãsegit: adolescentiam tamen, & benè magnam partem iuuentutis Carthagine consumpsisse; quippe qui & in eam ciuitatem studij causa à parentibus missus fuit, & multis ibidem annis Rhetoricen postea docuit, vt ex *lib. 2. Confess. cap. 3.* & *lib. 4. cap. etiam* 3. quiuis intelliget. Carthagine Romam profectus, & inde Mediolanum vo-

catus: vtrobique fuit Rhetorici ludimagister, vt ex *lib. 5. confessionum cap. 8. constat.* Augustinus igitur, vel quia Rhetoricen Carthagine publicè professus fuerat, & inde Romam venerat, vel qua homines, qui in regionibus à patria semotis agunt, solent non à proprio natali solo, si ignobile, & ignotum est, sed à proxima vrbe nobili patriæ nomen asciscere, à Carthagine totius Africæ celeberrima ciuitate, Carthaginensis ciuis in Europa viuens, voluit appellari; quam nomenclationem; etsi non iure ortus, diuturnitate tamen habitationis Romanorum iure, peregrinorum consuetudine sibi potuit vendicare.

Nullius igitur mendacij reus est habendus illius sermonis auctor, si Augustinum, qui id temporis gloriosus, & mundani fumi venditor Carthaginensem se iactabat; Carthaginensem similiter vocarit, non Tagastensem.

Porro Augustinus verissimè contemptu Gentilium cultu, ad veram Christi domini religionem appulit; quandoquidem illis temporibus quisquis Christianus non erat, quamuis diuinum cultum idolis non deferret, gentilis, & paganus erat; nimirum nondum excitata ab inferis, nec grassante per orbem pestilentissimi Mahometis secta teterrima. Quamuis igitur Augustinus idola coluisse nus-

nusquam legatur; quia tamen erat gentilis parentis satu editus & se Christianæ religioni nondum addixerat, gentilis vtique & in ipsis gentilium ritibus educatus poterat dici. Vnde etiam viros doctissimos asserere videas Augustinum ex gentilium errore in hæreses Manichæorum primum fuisse: deinde ad Christi Domini castra animosè transfugisse, vt patet *ex Theatro mundi* dum agit de Augustino.

Postremò rationi Tertiæ respondemus, tũ Augustinus *lib. 6. Confess. cap. 3. & 11.* negat se cũ Ambrosio de quæstionibus disseruisse referendam ad id tempus esse, quo tempore idem Augustinus animi fluctuantis agitationibus impetitus, de conuersione deliberabat: nam tunc ob excitatam à principe Iustina persecutionem, & commotas ab Arrianis Tragædias D. Ambrosium molestissima negotia tunc occupatum tenebant: vt Augustinus temporis, & otij tantulum, in quo de animi sui æstibus cum eo conferret, non inueniret. Ante illas tamen Arrianorum insidias, & tumultus aduersus Ambrosium concitatos, sæpè fuit Augustinus ab Ambrosio benignè exceptus, vt testatur *libri quinti Confessionum cap. 13.*

Huc accedit quod D. Ambrosius aduersus hæreticos non solùm in templo, & pro concione verba publica faciebat, sed priuatim sæpe disputabat: tacitos congressus: & priuata cum eis colloquia habebat, vt illos ad Christi

Domi-

Domini fidem traduceret. Est autem verisimillimum eadem colloquia, ac disputationes easdem orante, & exorante sancta Monica D. Ambrosium cum Augustino priuatim sæpe contulisse, maximè si verum est illud, quod plurimi referunt, & ex allegato D. Ambrosij sermone non obscurè constat Ambrosium publicis Ecclesiæ suæ precibus hanc adiunxisse petitionem: A Logica Augustini libera nos Domine.

Atq; hæc pro defensione sermonis in baptismo D. Augustini à D. Ambrosio habiti, qui si est summisso, atq; humili stylo compositus, repentinam nimirum collocutionem continens ex illa animi lætitia erumpentem, quam celare populo auctor non potuit. Vnde nihil est mirum, si proprium, hoc est elaboratum, atq; præmeditatum D. Ambrosij stylum non redoleat.

CAPVT VI.

Vltima probatio monachatus Augustini ex Possidonio, Sigisberto, alijsq; tum antiquioribus, tum recentioribus historiographis.

VLtimam pro cõfirmando Augustini Monachatu, eãq; in proposita re acerrimã ꝓbationẽ desumimus ex cõmuni testificatione eorũ, q; de Augustino, deq; Augustinensiũ reb' posteritatem libris editis certiorem fecerunt.

Primus huius rei testis esto ille cuncta fidè

dignissimus Possidonius Augustini discipulus, & auditor in vita eiusdem Augustini *cap. 2.* vbi postquam scribit de Augustini baptismo, sic subijcit: *Mox ex intimis cordis medullis ad Deum conuersus spem omnem, quam habebat in sæculo dereliquit, iam non vxorem, non filios carnis, non diuitias, non honores sæculi quærens: sed soli Deo cum suis seruire statuit: in illo, & ex illo pusillo grege esse studens, quem Dominus alloquitur, dicens Luc. 12. Nolite timere pusillus grex, quoniam complacuit patri vestro dare vobis regnum: vendite, quæ possidetis, & date eleemosynam: facite vobis sacculos non veterascentes, thesauros non deficientes in cælis. Et illud, quòd iterum dicit Dominus Matth. 19. Idem vir sanctus face recupiens. Si vis esse perfectus, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis, & sequere me.* Quod Possidonij testimonium mirificè consentit cum eo, quod de se tulit Augustinus *epist.* 89. de quo egimus huius libri *cap. primo.* quando ex communi Patrum, & Theologorum sententia; loca illa *Luc.* 12. & *Matth.* 19. hic à Possidonio allata, de vita religiosa Monastica, qualem nunc in Ecclesia religiosi, ac Monachi obseruant; in sensu plano, & literali (vt vocant) intelligenda esse planissimum fecimus. Teste igitur Possidonio, quam vitam Apostoli professi fuerunt, eam professus est solenniter Augustinus.

Quod verò eam professus antea fuerit,

quàm Episcopus fieret: ex eodem Possidonio manifestissimè ostenditur hæc in cap. tertio verba perscribente: *Ac placuit ei percepta baptismi gratia cum aliis ciuibus, & amicis suis Deo pariter seruientibus ad Africam, & propriam domum, agrosque remeare: ad quos veniens, & in quibus constitutus ferme triennio, & à se iam alienatis curis sæcularibus, cum ijs, qui eidem adhærebant, Deo viuebat, ieiunijs, & orationibus, benisque operibus in lege Domini Meditans die, ac nocte.* Ecce tibi Augustinus abdicatis iam à se curis sæcularibus, & in eum statum adductus, quem Possidonius *cap. 2.* descripserat, in patria, agrisque paternis triennium manet, vt ibi solitarius Deo deseruiat.

Quod vero totum illud triennium religiosam vitam vixerit tribus solennibus votis obstrictus, satis explicat idem Possidonius, dum *ca. 5.* sic scribit: *Factus ergo presbyter monasterium intra Ecclesiam mox instituit, & cum Dei seruis viuere cœpit secundum modum, & regulam sub Sanctis Apostolis constitutam. Maximè vt nemo quidquam proprium in illa societate haberet, sed eis essent omnia communia, vt distribueretur vnicuique prout cuique opus erat.* Vide, vt Augustinus presbyter factus, Apostolicam, & religiosam vitam instituit, ac seruauit, idque adeò in Monasterio intra Ecclesiam ædificato, in quod Clericos canonicos cōgregauit, vt iuxta communiorem sententiã suo loco dicemus. Quod vitæ genus fuisse

Apostolicum aduersarij nobiscum consentiẽtes, & Erasmum exigentes libentissimè confitentur: Quid tamen Possidonius ex inde asserat beneuole quæso lector attende: *Quod genus (inquit) vitæ iam ipse fecerat dum de transmarinis ad sua remeasset.* Fatetur igitur Possidonius verbis disertis, & admodum perspicuis Augustinum antequam clericos in domum Episcopi sub Apostolica regula congregaret, eandem ipsam cum amicis ex Italia secum allatis obseruasse. Quod testimonium sicut est clarissimum, ita est fide dignissimum, cum sit Possidonii, qui omnium, quæ de Augustino scripserat, testis extitit oculatus.

Secundus nobis adsit testis etiam oculatus doctissimus Sigisbertus D. Augustini discipulus, in epistola ad Macedonium de ortu, & vita sancti August. quæ refertur inter opera Augustini *tomo.* 10. post sermones ad Eremitas. Quam ceudubij nihil habentem totius censuræ, & annotationis immunem cum Erasmus: tum Louanienses reliquerunt. Ex qua proinde epistola aliqua ordinis officia merito desumpsere lectiones primi nocturni in quartam diem infra octauam sancti Augustini: igitur in hac epistola sic Sigisbertus scribit: *Dum autem esset Augustinus cum amicis in Africa, meditabatur in lege Domini die, ac nocte scribens libros, & docebat indoctos. Hoc autem valerius Hipponensis audiens præ gaudio lachrymabatur, & statim eum ad*

so

se accersiri fecit, & hortum secretum, & remotum à ciuitate Aug. donauit: ibiq; pius Pater Augu/t. cum cæteris amicis, & fratribus in despecto habitu, & cum incredibili humilitate annis tribus mansit Deinde cum inquietudinem venientium ferre non posset, duobus fere milliaribus à prædicto loco secessit, & ad montem quendam altissimum abijt, ad quem per viam valde aridam, & pænosam adiri potest: ibiq; Augustinus habitationem ex lapidibus construi fecit, & sic homines fugiens habitabat: ibique composuit libros de medicinis animæ, & de vita monastica, & de innocentia Ioannis Baptistæ, & Eliæ Multi quidem ex fratribus infra saxa & fissuras montium receptacula sibi fecerant, & ibi prope patrem Aug. per iactum ballistæ in omni sanctitate habitabant. Erant autem ferè centum viginti duo, qui sub obedientia Augustini concorditer viuebant, omnia reputantes esse communia. Vinum nemo nouerat, nisi quando infirmitas cogeret, aut Valerius Episcopus sanctus ad eos visitandos venisset. Cum autem appropinquaret festum Pentecostes, sanctus Episcopus valerius misit pro Augustino, & in vitum presbyterum ordinauit; factus presbyter Monasterium clericorum instituit in domo Episcopi, & infra annum ibidem viuere cœpit secundum regulam Apostolicam, vt hactenus fecerat. Hæc ex epistola Sigisberti. Vnde liquido constat Augustinum in africa Monachum fuisse antequam ad Episcopatus culmen eueheretur; vnaque cum suis Monachis, & fratribus secundum regulam Apostolicam vixisse non solum in Monasterio, quod in

tantur: è quibus vnus quidem habet: *Augustinus baptizatur, exultat Ecclesia, te Deum hic ordinatur: ô mira solertia: Pia mater delectatur, ouat cali curia, veste nigra hic* (in hoc scilicet baptismo) *indutus, præcinctus corrigia, gestus cuius est secutus Thesbyte cum Elia.* Huic hymno alter in laudibus recitari solitus ita accinit: *Baptizat hunc Ambrosius, Deum laudamus intonat: Simplicianus Monachus habitum dat, & cingulum.*

Quid ad hæc aduersarij? epistolam ne citatam Sanctissimi Valerij esse negabunt? Asserent totam Augustinianam Ecclesiam Eremitanam mendacia ex mendacibus libris eruta Romanæ Sedis auctoritate publicè celebrare? si asseruerint, ad lectorem appello, oroque vt suo animo iudicet quibusnam danda sit fides, paucis ne hominibus sine solido fundamento epistolam improbantibus, an toti familiæ Augustinianæ Sedis Apostolicæ consensu, & auctoritate publicè eandem epistolam in solennibus officijs decantanti?

Porro, si iure agimus in rebus antiquissimis asserendis quanta sit tribuenda fides libris, instrumentisque vetustissimis, etiam priuatis, iam latè ostendimus in præcedentis libri *capite sexto & septimo.* Stat enim ab illis iuris præsumptio, vt ex Decio, Capicio, Mascardo, & alijs copiose patefecimus *l. primo cap. 5.* Iuris autē præsumptio in his rebus plus habet roboris, quam

quam cuiuslibet hominis infirmo fundamento connixa auctoritas. De antiquitate verò epistolæ, quam ex Valerio adduximus, dubitare minimè licet, cum tam multis ab hinc annis sit in archiuio Papiensi inuenta, & Eremitanæ Ecclesiæ publicè, auctoritate Summi Pótificis probata, & recepta, & à Coriolano verbum de verbo exprimente, transcripta, qui plus annis ante nos centum floruit.

Satis hæc (ni fallor) erant, sed id tamen nó præteribo, quod ijs, quæ hactenus diximus maximum quiddam firmamenti adiungit, esse scil. inter vetustissimos, & sapiétissimos homines conuenientem consensum quod Augustinus statim à baptismo tunicam nigram cingulo constrictam pelliceo semper gestarit, & eandem habitus formam suis Eremitis ferendā reliquerit; id quod nos inferius diffusius confirmabimus. Interim autem petimus hoc nobis dari tanquam verissimum; aut si non est dandum nobis, dari interim volumus Francisco Petrarchæ viro omni fide dignissimo affirmanti, statim à suscepto baptismo Augustinū habitu nigro indutum, cinguloque accinctum pelliceo ad Simplicianum, cæterosque Eremitas in monte Pisano, atque in centum cellis commorantes se contulisse. Id si verum est, quid quæso improbabilitatis habet testari, & dicere Augustinum illum habitum, cum baptizatur, ab Ambrosio suscepisse?

Sed

Sed rationes in contrarium iam expendamus. *Moris* (inquit ille) *erat inuiolabilis baptizatũ quemlibet albis induere vestibus.* Morem agnoscimus: hæc enim præter alias erat adiuncta tunc baptismati cæremonia, cuius meminit D. Dionysius de Ecclesiastica Hierarc. *cap. de Baptismo,* & D. Ambros. *lib.* de ijs, qui mysterijs initiantur *cap. septimo,* Augustinus *serm.* 157. *de tempore,* & D. Tho. 3 *p. q* 66. *art.* 10. *ad tertium & q.* 71. *art.* 3. *ad* 4. vt omittam alios. At illam ne vestem peracto baptismo semper, in perpetuumque gestabant? non gestabant sanè vt ex D. Tho. colliges in *dicta q.* 66. *art.* 10. *Ad Tertium.* Quamuis (fateor) Dominica in albis adire templum induti eisdem albis vestibus iubebantur vt docet Sotus *in* 4. *dist.* 3. *q. vnica art.* 10. Ad primum argumentum in fine.

Potuit igitur peractis omnibus baptismi cæremonijs detrahere vestem albam Diuus Ambrosius, & in symbolum monasticę professionis Augustinum vestire habitu monachali, hoc est cuculla nigra, & iam cucullatum pellicea corrigia circumcingere. Potuit & veniente Dominica in albis Augustinus morem gerere præcepto, vel consuetudini Ecclesiæ, & cucullæ nigræ, corrigiæque addere vestes candidas, & ita candidatus cum cætero candidatorum choro in templum ingredi, vt omnibus Ecclesiæ cæremonijs dicto audiens esset.

Quod

Quod si demus id, quod nonnulli volunt, & quod probatur Bellarmino *lib* 1. de Baptismo *c.* 27. neophytos recens baptizatos à sabbatho Sancto ad dominicam, vsque in Albis fuisse solitos manere in albis ; potuit sane D. Ambrosius antequam albam vestem iniiceret, Augustinum exuere sæcularibus indumentis, mox induere cuculla nigra, & cingulo pelliceo succingere: demum vestem albam imponere, quam vsitato more ferret extrinsecus apparentem, vsque ad Dominicam in Albis: nulla enim Ecclesiastica lege impediebatur id ne faceret D. Ambrosius. Cui Augustini inuestituræ plurimum fauet ea pingendi ratio, quæ visitur hodie apud D. Augustini templum in eiusdem Patris baptismate exprimendo, depingitur enim in vna tabella catechumenus Augustinus, & baptismum, & monasticum, quem diximus habitum, recipiens ab Ambrosio: in altera rursus depingitur ad habitum nigrum monasticum adijciens albam & vestem, quam dat Ambrosius. Libuit autem huius picturæ facere mentionem, quoniam est antiquissima vitæ scilicet annos habens.

Quocirca vetustate sua, præsenti etiam instituto non vulgariter suffragatur.

Quod si mauis Thomæ Trugillo, & Alfonso Villegas, paulo ante citatis, credere, atque ex Hilarione, & Bonino Mombricio id historiæ referentibus; supra vestem candidam Ambrosius

brosius cucullam nigrã imposuit Augustino, vt peracto baptismo aquæ, cum veluti secundo baptismo professionis ablueret, non quo Augustinus tota hebdomade vestem neophytorum candidam sub cuculla latentem deferret: sed vt statim mutaret ordinẽ, & cuculla nigra tanquam veste perpetua sese ipse priuatim indueret, vestem autem candidã temporariæ consuetudini seruiens super imponeret.

Cum igitur iuxta vtramque de gestanda veste candida sententiam vestiri cuculla nigra, & præcingi zona pellicea potuerit Augustinus nihil virium, ne ad speciem quidem habet aduersariorum argumentum. Quo fit vt historia celebris apud quamplurimos & antiquitate sua suspicienda, Sedis etiam Apostolicæ auctoritate, publicaque in Ecclesia celebratione veneranda, non videatur arguenda mendacij.

Nihil ferè aliud hactenus fecimus, quam primæ Baronij rationi responsum dedimus. Secundæ iam tandem damus, & dicimus Augustinum etsi pueritiam Tagaste trãsegit: adolescentiam tamen, & benè magnam partem iuuentutis Carthagine consumpsisse; quippe qui & in eam ciuitatem studij causa à parentibus missus fuit, & multis ibidem annis Rhetoricen postea docuit, vt ex *lib. 2. Confess. cap. 3.* & *lib. 4. cap. etiam* 3. quiuis intelliget. Carthagine Romam profectus, & inde Mediolanum vo-

ca-

catus: vtrobique fuit Rhetorici ludimagister, vt ex *lib. 5. confessionum cap 8 constat.* Augustinus igitur, vel quia Rhetoricen Carthagine publicè professus fuerat, & inde Romam venerat, vel qua homines, qui in regionibus à patria semotis agunt, solent non à proprio natali solo, si ignobile, & ignotum est, sed à proxima vrbe nobili patriæ nomen asciscere, à Carthagine totius Africæ celeberrima ciuitate, Carthaginensis ciuis in Europa viuens, voluit appellari; quam nomenclationem; etsi non iure ortus, diuturnitate tamen habitationis Romanorum iure, peregrinorum consuetudine sibi potuit vendicare.

Nullius igitur mendacij reus est habendus illius sermonis auctor, si Augustinum, qui id temporis gloriosus, & mundani fumi venditor Carthaginensem se iactabat; Carthaginensem similiter vocarit, non Tagastensem.

Porro Augustinus verissimè contemptu Gentilium cultu, ad veram Christi domini religionem appulit; quandoquidem illis temporibus quisquis Christianus non erat, quamuis diuinum cultum idolis non deferret, gentilis, & paganus erat; nimirum nondum excitata ab inferis, nec grassante per orbem pestilentissimi Mahometis secta teterrima. Quamuis igitur Augustinus idola coluisse nus-

nusquam legatur; quia tamen erat gentilis parentis satu editus & se Christianæ religioni nondum addixerat, gentilis vtique & in ipsis gentilium ritibus educatus poterat dici. Vnde etiam viros doctissimos asserere videas Augustinum ex gentilium errore in hæreses Manichæorum primum ruisse: deinde ad Christi Domini castra animosè transfugisse, vt patet ex *Theatro mundi* dum agit de Augustino.

Postremò rationi Tertiæ respondemus, tũ Augustinus *lib. 6. Confess. cap. 3. & 11.* negat se cũ Ambrosio de quæstionibus disseruisse referendam ad id tempus esse, quo tempore idem Augustinus animi fluctuantis agitationibus impetitus, de conuersione deliberabat: nam tunc ob excitatam à principe Iustina persecutionem, & commotas ab Arrianis Tragædias D. Ambrosium molestissima negotia tunc occupatum tenebant: vt Augustinus temporis, & otij tantulum, in quo de animi sui æstibus cum eo conferret, non inueniret. Ante illas tamen Arrianorum insidias, & tumultus aduersus Ambrosium concitatos, sæpè fuit Augustinus ab Ambrosio benignè exceptus, vt testatur *libri quinti Confessionum cap. 13.*

Huc accedit quod D. Ambrosius aduersus hæreticos non solùm in templo, & pro concione verba publica faciebat, sed priuatim sæpe disputabat: tacitos congressus: & priuata cum eis colloquia habebat, vt illos ad Christi

Domi-

Domini fidem traduceret. Est autem verisimillimum eadem colloquia, ac disputationes easdem orante, & exorante sancta Monica D. Ambrosium cum Augustino priuatim sæpe contulisse, maximè si verum est illud, quod plurimi referunt, & ex allegato D. Ambrosij sermone non obscurè constat Ambrosium publicis Ecclesiæ suæ precibus hanc adiunxisse petitionem : A Logica Augustini libera nos Domine.

Atq; hæc pro defensione sermonis in baptismo D. Augustini à D. Ambrosio habiti, qui si est summisso, atq; humili stylo compositus, repentinam nimirum collocutionem continens ex illa animi lætitia erumpentem, quam celare populo auctor non potuit. Vnde nihil est mirum, si proprium, hoc est elaboratum, atq; præmeditatum D. Ambrosij stylum non redoleat.

CAPVT VI.

Vltima probatio monachatus Augustini ex Posidonio, Sigisberto, alijsq; tum antiquioribus, tum recentioribus historiographis.

VLtimam pro cõfirmando Augustini Monachatu, eâq; in proposita re acerrimã probationẽ desumimus ex cõmuni testificatione eorũ, q de Augustino, deq; Augustinensiũ reb' posteritatem libris editis certiorem fecerunt.

Primus huius rei testis esto ille cuncta fidè dignis-

dignissimus Possidonius Augustini discipulus, & auditor in vita eiusdem Augustini *cap.* 2. vbi postquam scribit de Augustini baptismo, sic subijcit: *Mox ex intimis cordis medullis ad Deum conuersus spem omnem, quam habebat in sæculo dereliquit, iam non vxorem, non filios carnis, non diuitias, non honores sæculi quærens: sed soli Deo cum suis seruire statuit: in illo, & ex illo pusillo grege esse studens, quem Dominus alloquitur, dicens Luc. 12. Nolite timere pusillus grex, quoniam complacuit patri vestro dare vobis regnum: vendite, quæ possidetis, & date eleemosynam: facite vobis sacculos non veterascentes, thesauros non deficientes in cælis. Et illud, quòd iterum dicit Dominus Matth. 19. Idem vir sanctus fase recupiens. Si vis esse perfectus, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis, & sequere me.* Quod Possidonij testimonium mirificè consentit cum eo, quod de se tulit Augustinus *epist.* 89. de quo egimus huius libri *cap. primo.* quando ex communi Patrum, & Theologorum sententia; loca illa *Luc.* 12. & *Matth.* 19. hic à Possidonio allata, de vita religiosa Monastica, qualem nunc in Ecclesia religiosi, ac Monachi obseruant in sensu plano, & literali (vt vocant) intelligenda esse planissimum fecimus. Teste igitur Possidonio, quam vitam Apostoli professi fuerunt, eam professus est solenniter Augustinus.

Quod verò eam professus antea fuerit quàm

quàm Episcopus fieret: ex eodem Possidonio manifestissimè ostenditur hæc in cap. tertio verba perscribente: *Ac placuit ei percepta baptismi gratia cum aliis ciuibus, & amicis suis Deo pariter seruientibus ad Africam, & propriam domum, agrosque remeare: ad quos veniens, & in quibus constitutus ferme triennio, & à se iam alienatis curis sæcularibus, cum ijs, qui eidem adhærebant, Deo viuebat, ieiunijs, & orationibus, bonisque operibus in lege Domini Meditans die, ac nocte.* Ecce tibi Augustinus abdicatis iam à se curis sæcularibus, & in eum statum adductus, quem Possidonius *cap.* 2. descripserat, in patria, agrisque paternis triennium manet, vt ibi solitarius Deo deseruiat.

Quod vero totum illud triennium religiosam vitam vixerit tribus solennibus votis obstrictus, satis explicat idem Possidonius, dum *ca.* 5. sic scribit: *Factus ergo presbyter monasterium intra Ecclesiam mox instituit, & cum Dei seruis viuere cæpit secundum modum, & regulam sub Sanctis Apostolis constitutam. Maximè vt nemo quidquam proprium in illa societate haberet, sed eis essent omnia communia, vt distribueretur vnicuique prout cuique opus erat.* Vide, vt Augustinus presbyter factus, Apostolicam, & religiosam vitam instituit, ac seruauit, idque adeò in Monasterio intra Ecclesiam ædificato, in quod Clericos canonicos cõgregauit, vt iuxta communiorem sentẽtiã suo loco dicemus. Quod vitæ genus fuisse

se accersiri fecit, & hortum secretum, & remotum à ciuitate Aug. donauit: ibiq; pius Pater August. cum cæteris amicis, & fratribus in despecto habitu, & cum incredibili humilitate annis tribus mansit Deinde cum inquietudinem venientium ferre non posset, duobus fere milliaribus à prædicto loco secessit, & ad montem quendam altissimum abijt, ad quem per viam valde aridam, & pœnosam adiri potest: ibiq; Augustinus habitationem ex lapidibus constrůi fecit, & sic homines fugiens habitabat: ibique composuit libros de medicinis animæ, & de vita monastica, & de innocentia Ioannis Baptistæ, & Eliæ Multi quidem ex fratribus infra saxa & fissuras montium receptacula sibi fecerant, & ibi prope patrem Aug. per iactum ballistæ in omni sanctitate habitabant. Erant autem ferè centum viginti duo, qui sub obedientia Augustini concorditer viuebant, omnia reputantes esse communia. Vinum nemo nouerat, nisi quando infirmitas cogeret, aut Valerius Episcopus sanctus ad eos visitandos venisset. Cum autem appropinquaret festum Pentecostes, sanctus Episcopus valerius misit pro Augustino, & in vitum presbyterum ordinauit; factus presbyter Monasterium clericorum instituit in domo Episcopi, & infra annum ibidem viuere cœpit secundum regulam Apostolicam, vt hactenus fecerat. Hæc ex epistola Sigisberti. Vnde liquido constat Augustinum in africa Monachum fuisse antequam ad Episcopatus culmen eueheretur; vnaque cum suis Monachis, & fratribus secundum regulam Apostolicam vixisse non solum in Monasterio, quod in

horto sibi à Valerio donato construxit; sed etiam in solitudine, quæ duobus ferè milliaribus ab eodem Monasterio semota erat in gurgustio quodam ex rudibus lapidibus sibi ad habitãdum fabricato. Erat hoc tempore nondum factus Episcopus, nec dum in domo Episcopi Clericos compegerat, sicut compegit Episcopus. in qua domo cũ Clericis secundũ regulam Apostolicam infra annum sui Episcopatus viuere cæpit, quam tamen Apostolicam vitam (dictum est enim sæpius, & inculcandum sæpissimè) ille antea cum suis Eremitis iam vixerat: vt manifestè declarant illa Sigisberti verba, *& infra annum ibidem viuere cæpit secundum regulam Apostolicam, vt hactenus fecerat:* hoc est secundum quam regulam, atq; vitam antequam crearetur Episcopus, cum suis Eremitis monachis ipse iam vixerat. atq; in hoc asserto mirè consonat Sigisbertus cum Possidonij testimonio vt iam in ore duorum, vel trium testium stet istud verbum. Quo sint autem modo intelligenda illa verba: *Factus ergo presbyter* monasterium Clericorum instituit in domo Episcopi, dicemus latius in sequenti libro.

Tertio loco testis adsit relatio Calixti (fortè Papæ II. quę inter Opera D. Aug. *tom.* 10. ponitur post sermones ad Fratres in Eremo. Cui etiam relationi Louanienses nulla censura insultarunt. Exposito igitur Augustini baptismate, &

re, & totius Ecclesiæ Mediolanensis gaudio declarato sic habet: *Protinus in fide Catholica confirmatus, spem omnem, quam habebat in sæculo, dereliquit, & Romanorum, & Lygurensium scholas, & cum Euodio, & Alipio socijs, viro præclarissimo solitario Simpliciano se commiserat, ibiq; cum prædicto famosissimo viro Apostolicam vitam tenere cæperunt, & simul cum multis erant habitantes in placito Sancto.* Ex quo auctore iam habemus Augustinum ab ipso statim baptismo monachalem vitam fuisse professum, idq; vitę iter adhuc in Italia degentem cum suis Fratribus tenuisse: vbi religioni Eremitanæ fortassis dedit initium: quamuis fundamenta firmiora iecerit in Africa, de quo in loco suo.

Quartum nostræ veritatis testimonium desumemus ex Adone Treuirensi Episcopo in vita Augustini ab eo summatim collecta, quā Aloysius Lippomanus in suæ Sanctorum historiæ *secunda parte* retulit in vita Sancti Augustini, & habetur in Martyrologio 5. *Kalend. Septemb.* ita autem scribit Ado: *Et factum est diuina potestate opitulante, vt per Beatum Ambrosium, & doctrinam salutarem Ecclesiæ Catholicæ, & diuina perciperet Sacramenta: moxq; ex intimis cordis medullis spem omnem, quam habebat in sæculo, dereliquit. Iam verò non vxorem, non filios carnis, non diuitias, non honores sæculi quærens Deo cum suis seruire statuit. Vnde cum his, qui eidem adhærebant, Deo*

viuebat ieiunijs, & orationibus, bonisq; operibus in lege Domini meditans die, ac nocte. Et de ijs, quæ sibi Deus cogitanti, & oranti reuelauit, & præsentes, & absentes sermonibus, ac libris docebat. Factumq; est, vt ordinaretur presbyter in Ecclesia Hipponensi omnibus id vno consensu, & desiderio fieri, perficiq; petentibus, magnoque studio flagitantibus. Mox sibi Monasterium intra Ecclesiam instituit, & cum Dei seruis viuere cæpit secundum modum, & regulam sub Sanctis Apostolis constitutam: maximè vt nemo quidquam proprium in illa societate haberet. Ex quibus verbis Lippomânus in scholijs ad marginem positis Augustini monachismum apertè deducit. Et quamuis monachismum Augustini Adeo apertè non expresserit, nisi post monasterium clericorum institutum in domo Episcopi: eum tamen satis declarauit in verbis antecedentibus, quæ ex Possidonio & Sigisberto mutuatus est.

Quintum testimonium ferat Sanctissimus Petrus Damianus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, qui floruit anno Domini 1050. is in quodam sermone, cui est initium: *Cunctis amantibus clericis,* ad hunc modum ait: *sed quia nimium periculosum est immutescere, introducimus, & alios testes Athanasium, & Beatum Augustinum, nec non Hieronymum sacræ legis interpretes, Marianum quoque Rauenatem Episcopum, quos nulli dubium est Monachos fuisse, & Ecclesiam gloriosissimè gubernasse.* Quibus verbis dici clarius potuit nihil; in quibus & illud diligentissi-

ime obseruabimus quod hanc veritatem non incertam apud illius temporis proceres esse testatur.

Sextum testimonium tulit Clemens Papa VI. in sermone de Sancto Augustino, quem superius citauimus. Floruit anno Domini 1350.

Septimus locupletissimus testis esto Franciscus Petrarcha Clementi proximus *lib. 2. de vita solitaria*, vbi multis docet Augustinum cum Eremitico habitu Eremiticam, & elegisse, & instituisse vitam.

Accedat octauo loco B. Antoninus 3. *p. historiali tt. 24. cap. 14. § secundo* vbi sic ait: *Notandum quod B. Augustinus habitu religioso in triplici sui statu indutus est. Nam in primo post conuersionem suam, & baptismum, dicit Ambrosius in sermone de baptismo, & Augustini conuersione: hunc, scilicet Augustinum, in Christo genui, & postquam baptizaui eum, indui cucullam nigram, & ipse ad differentiam monachorum se cinxit zona, pergens ad Simplicianum, qui bonus ei apparebat seruus* Dei, *& vere sic erat.* Et *ipse Augustinus in quodam sermone sic ait:* Duodecim *fuimus fratres qui induimus cucullam nigram, calceamenta, & zonam nigram desuper cinctam ad differentiam monachorum. Remeans igitur ad Africam post mortem matris venditis proprijs bonis, & pauperibus erogatis monasterium in nemore apud* Hipponensem *ciuitatem primum construxit, vbi cum amicis, ieiunijs, & orationibus vacans, scribebat libros, & docebat indoctos, & alios per nemora*

brosius cucullam nigrã imposuit Augustino; vt peracto baptismo aquæ, cum veluti secundo baptismo professionis ablueret, non quo Augustinus tota hebdomade vestem neophytorum candidam sub cuculla latentem deferret: sed vt statim mutaret ordinẽ, & cuculla nigra tanquam veste perpetua sese ipse priuatim indueret, vestem autem candidã temporariæ consuetudini seruiens super imponeret.

Cum igitur iuxta vtramque de gestanda veste candida sententiam vestiri cuculla nigra, & præcingi zona pellicea potuerit Augustinus nihil vitium, ne ad speciem quidem habet aduersariorum argumentum. Quo fit vt historia celebris apud quamplurimos & antiquitate sua suspicienda, Sedis etiam Apostolicæ auctoritate, publicaque in Ecclesia celebratione veneranda, non videatur arguenda mendacij.

Nihil ferè aliud hactenus fecimus, quam primæ Baronij rationi responsum dedimus. Secundæ iam tandem damus, & dicimus Augustinum etsi pueritiam Tagaste trãsegit: adolescentiam tamen, & benè magnam partem iuuentutis Carthagine consumpsisse; quippe qui & in eam ciuitatem studij causa à parentibus missus fuit, & multis ibidem annis Rhetoricen postea docuit, vt ex *lib.2.Confess.cap.3.& lib.4.cap.etiam* 3.quiuis intelliget. Carthagine Romam profectus, & inde Mediolanum vo-

eatus: vtrobique fuit Rhetorici ludimagister, vt ex *lib. 5. confessionum cap. 8. constat.* Augustinus igitur, vel quia Rhetoricen Carthagine publicè professus fuerat, & inde Romam venerat, vel quia homines, qui in regionibus à patria semotis agunt, solent non à proprio natali solo, si ignobile, & ignotum est, sed à proxima vrbe nobili patriæ nomen asciscere, à Carthagine totius Africæ celeberrima ciuitate, Carthaginensis ciuis in Europa viuens, voluit appellari; quam nomenclationem; etsi non iure ortus, diuturnitate tamen habitationis Romanorum iure, peregrinorum consuetudine sibi potuit vendicare.

Nullius igitur mendacij reus est habendus illius sermonis auctor, si Augustinum, qui id temporis gloriosus, & mundani fumi venditor Carthaginensem se iactabat; Carthaginensem similiter vocarit, non Tagastensem.

Porro Augustinus verissimè contemptu Gentilium cultu, ad veram Christi domini religionem appulit; quandoquidem illis temporibus quisquis Christianus non erat, quamuis diuinum cultum idolis non deferret, gentilis, & paganus erat; nimirum nondum excitata ab inferis, nec grassante per orbem pestilentissimi Mahometis secta teterrima. Quamuis igitur Augustinus idola coluisse nus-

nusquam legatur; quia tamen erat gentilis parentis satu editus & se Christianæ religioni nondum addixerat, gentilis vtique & in ipsis gentilium ritibus educatus poterat dici. Vnde etiam viros doctissimos asserere videas Augustinum ex gentilium errore in hæreses Manichæorum primum ruisse: deinde ad Christi Domini castra animosè transfugisse, vt patet ex Theatro mundi dum agit de Augustino.

Postremò rationi Tertiæ respondemus, tū Augustinus *lib. 6. Confess. cap. 3. & 11.* negat se cū Ambrosio de quæstionibus disseruisse referendam ad id tempus esse, quo tempore idem Augustinus animi fluctuantis agitationibus impetitus, de conuersione deliberabat: nam tunc ob excitatam à principe Iustina persecutionem, & commotas ab Arrianis Tragædias D. Ambrosium molestissima negotia tunc occupatum tenebant: vt Augustinus temporis & otij tantulum, in quo de animi sui æstibus cum eo conferret, non inueniret. Ante illas tamen Arrianorum insidias, & tumultus aduersus Ambrosium concitatos, sæpè fuit Augustinus ab Ambrosio benignè exceptus, vt testatur *libri quinti Confessionum cap. 13.*

Huc accedit quod D. Ambrosius aduersus hæreticos non solùm in templo, & pro concione verba publica faciebat, sed priuatim sæpe disputabat: tacitos congressus: & priuatos cum eis colloquia habebat, vt illos ad Christi

Dom.

Domini fidem traduceret. Eſt autem veriſimillimum eadem colloquia, ac diſputationes eaſdem orante, & exorante ſancta Monica D. Ambroſium cum Auguſtino priuatim ſæpe contuliſſe, maximè ſi verum eſt illud, quod plurimi referunt, & ex allegato D. Ambroſij ſermone non obſcurè conſtat Ambroſium publicis Eccleſiæ ſuæ precibus hanc adiunxiſſe petitionem: A Logica Auguſtini libera nos Domine.

Atq; hæc pro defenſione ſermonis in baptiſmo D. Auguſtini à D. Ambroſio habiti, qui ſi eſt ſummiſſo, atq; humili ſtylo compoſitus, repentinam nimirum collocutionem continens ex illa animi lætitia erumpentem, quam celare populo auctor non potuit. Vnde nihil eſt mirum, ſi proprium, hoc eſt elaboratum, atq; præmeditatum D. Ambroſij ſtylum non redoleat.

CAPVT VI.

Vltima probatio monachatus Auguſtini ex Poßidonio, Sigiberto, alijſq; tum antiquioribus, tum recentioribus hiſtoriographis.

VLtimam pro cõfirmando Auguſtini Monachatu, eãq; in propoſita re acerrimã ꝓbationẽ deſumimus ex cõmuni teſtificatione eorũ, q. de Auguſtino, deq; Auguſtinenſiũ reb⁹ poſteritatem libris editis certiorem fecerunt.

Primus huius rei teſtis eſto ille cuncta fidè dignif-

dignissimus Possidonius Augustini discipulus, & auditor in vita eiusdem Augustini *cap.* 2. vbi postquam scribit de Augustini baptismo, sic subijcit: *Mox ex intimis cordis medullis ad Deum conuersus spem omnem, quam habebat in sæculo dereliquit, iam non vxorem, non filios carnis, non diuitias, non honores sæculi quærens: sed soli Deo cum suis seruire statuit: in illo, & ex illo pusillo grege esse studens, quem Dominus alloquitur, dicens Luc. 12. Nolite timere pusillus grex, quoniam complacuit patri vestro dare vobis regnum: vendite, quæ possidetis, & date eleemosynam: facite vobis sacculos non veterascentes, thesauros non deficientes in cælis. Et illud, quòd iterum dicit Dominus Matth. 19. Idem vir sanctus fase recupiens. Si vis esse perfectus, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis, & sequere me.* Quod Possidonij testimonium mirificè consentit cum eo, quod de se tulit Augustinus *epist.* 89. de quo egimus huius libri *cap. primo.* quando ex communi Patrum, & Theologorum sententia; loca illa *Luc.* 12. & *Matth.* 19. hic à Possidonio allata, de vita religiosa Monastica, qualem nunc in Ecclesia religiosi, ac Monachi obseruant in sensu plano, & literali (vt vocant) intelligenda esse planissimum fecimus. Teste igitur Possidonio, quam vitam Apostoli professi fuerunt, eam professus est solenniter Augustinus.

Quod verò eam professus antea fuerit, quàm

quàm Episcopus fieret: ex eodem Possidonio manifestissimè ostenditur hæc in cap. tertio verba perscribente: *Ac placuit ei percepta baptismi gratia cum aliis ciuibus, & amicis suis Deo pariter seruientibus ad Africam, & propriam domum, agrosque remeare: ad quos veniens, & in quibus constitutus ferme triennio, & à se iam alienatis curis sæcularibus, cum ijs, qui eidem adhærebant, Deo viuebat, ieiunijs, & orationibus, bonisque operibus in lege Domini Meditans die, ac nocte.* Ecce tibi Augustinus abdicatis iam à se curis sæcularibus, & in eum statum adductus, quem Possidonius *cap.* 2. descripserat, in patria, agrisque paternis triennium manet, vt ibi solitarius Deo deseruiat.

Quod vero totum illud triennium religiosam vitam vixerit tribus solennibus votis obstrictus, satis explicat idem Possidonius, dum ca. 5. sic scribit: *Factus ergo presbyter monasterium intra Ecclesiam mox instituit, & cum Dei seruis viuere cæpit secundum modum, & regulam sub Sanctis Apostolis constitutam. Maximè vt nemo quidquam proprium in illa societate haberet, sed eis essent omnia communia, vt distribueretur vnicuique prout cuique opus erat.* Vide, vt Augustinus presbyter factus, Apostolicam, & religiosam vitam instituit, ac seruauit, idque adeò in Monasterio intra Ecclesiam ædificato, in quod Clericos canonicos cõgregauit, vt iuxta communiorem sententiã suo loco dicemus. Quod vitæ genus fuisse

se accersiri fecit, & hortum secretum, & remotum à ciuitate Aug. donauit: ibiq; pius Pater Augus. cum cæteris amicis, & fratribus in de specto habitu, & cum incredibili humilitate annis tribus mansit Deinde cum inquietudinem venientium ferre non posset, duobus fere milliaribus à prædicto loco secessit, & ad montem quendam altissimum abijt, ad quem per viam valde aridam, & pœnosam adiri potest: ibiq; Augustinus habitationem ex lapidibus construi fecit, & sic homines fugiens habitabat: ibique composuit libros de medicinis animæ, & de vita monastica, & de innocentia Ioannis Baptistæ, & Eliæ Multi quidem ex fratribus infra saxa & fissuras montium receptacula sibi fecerant, & ibi prope patrem Aug. per iactum ballistæ in omni sanctitate habitabant. Erant autem ferè centum viginti duo, qui sub obedientia Augustini concorditer viuebant, omnia reputantes esse communia. Vinum nemo nouerat, nisi quando infirmitas cogeret, aut Valerius Episcopus sanctus ad eos visitandos venisset. Cum autem appropinquaret festum Pentecostes, sanctus Episcopus valerius misit pro Augustino, & in vitum presbyterum ordinauit; factus presbyter Monasterium clericorum instituit in domo Episcopi, & infra annum ibidem viuere cœpit secundum regulam Apostolicam, vt hactenus fecerat. Hæc ex epistola Sigisberti. Vnde liquido constat Augustinum in africa Monachum fuisse antequam ad Episcopatus culmen eueheretur; vnaque cum suis Monachis, & fratribus secundum regulam Apostolicam vixisse non solum in Monasterio, quod in

horto sibi à Valerio donato construxit; sed etiam in solitudine, quæ duobus ferè milliaribus ab eodem Monasterio semota erat in gurgustio quodam ex rudibus lapidibus sibi ad habitãdum fabricato. Erat hoc tempore nondum factus Episcopus, nec dum in domo Episcopi Clericos compegerat, sicut compegit Episcopus. in qua domo cũ Clericis secundũ regulam Apostolicam infra annum sui Episcopatus viuere cæpit, quam tamen Apostolicam vitam (dictum est enim sæpius, & inculcandum sæpissimè) ille antea cum suis Eremitis iam vixerat: vt manifestè declarant illa Sigisberti verba, *& infra annum ibidem viuere cæpit secundum regulam Apostolicam, vt hactenus fecerat:* hoc est secundum quam regulam, atq; vitam antequam crearetur Episcopus, cum suis Eremitis monachis ipse iam vixerat. atq; in hoc asserto mirè consonat Sigisbertus cum Possidonij testimonio vt iam in ore duorum, vel trium testium stet istud verbum. Quo sint autem modo intelligenda illa verba: *Factus ergo presbyter* monasterium Clericorum instituit in domo Episcopi, dicemus latius in sequenti libro.

Tertio loco testis adsit relatio Calixti (fortè Papæ II. quę inter Opera D. Aug. *tom.* 10. ponitur post sermones ad Fratres in Eremo. Cui etiam relationi Louanienses nulla censura insultarunt. Exposito igitur Augustini baptismate, &

re, & totius Ecclesiæ Mediolanensis gaudio declarató sic habet: *Protinus in fide Catholica confirmatus, spem omnem, quam habebat in sæculo, dereliquit, & Romanorum, & Lygurensium scholas, & cum Euodio, & Alipio socijs, viro præclarißimo solitario Simpliciano se commiserat, ibiq; cum prædicto famosißimo viro Apostolicam vitam tenere cæperunt, & simul cum multis erant habitantes in placito Sancto.* Ex quo auctore iam habemus Augustinum ab ipso statim baptismo monachalem vitam fuisse professum, idq; vitę iter adhuc in Italia degentem cum suis Fratribus tenuisse: vbi religioni Eremitanæ fortassis dedit initium: quamuis fundamenta firmiora iecerit in Africa, de quo in loco suo.

Quartum nostræ veritatis testimonium desumemus ex Adone Treuirensi Episcopo in vita Augustini ab eo summatim collecta, quã Aloysius Lippomanus in suæ Sanctorum historiæ *secunda parte* retulit in vita Sancti Augustini, & habetur in Martyrologio 5. *Kalend. Septemb.* ita autem scribit Ado: *Et factum est diuina potestate opitulante, vt per Beatum Ambrosium, & doctrinam salutarem Ecclesiæ Catholicæ, & diuina perciperet Sacramenta: moxq; ex intimis cordis medullis spem omnem, quam habebat in sæculo, dereliquit. Iam verò non vxorem, non filios carnis, non diuitias, non honores sæculi quærens Deo cum suis seruire statuit. Vnde cum his, qui eidem adhærebant, Deo*

ime obseruabimus quod hanc veritatem non incertam apud illius temporis proceres esse testatur.

Sextum testimonium tulit Clemens Papa VI. in sermone de Sancto Augustino, quem superius citauimus. Floruit anno Domini 1350.

Septimus locupletissimus testis esto Franciscus Petrarcha Clementi proximus *lib. 2. de vita solitaria*, vbi multis docet Augustinum cum Eremitico habitu Eremiticam, & elegisse, & instituisse vitam.

Accedat octauo loco B. Antoninus 3. *p. historiali tt. 24. cap. 14. § secundo* vbi sic ait: *Notandum quod B. Augustinus habitu religioso in triplici sui statu indutus est. Nam in primo post conuersionem suam, & baptismum, dicit Ambrosius in sermone de baptismo, & Augustini conuersione: hunc, scilicet Augustinum, in Christo genui, & postquam baptizaui eum, indui cucullam nigram, & ipse ad differentiam monachorum se cinxit zona, pergens ad Simplicianum, qui bonus ei apparebat seruus Dei, & vere sic erat. Et ipse Augustinus in quodam sermone sic ait: Duodecim fuimus fratres qui induimus cucullam nigram, calceamenta, & zonam nigram desuper cinctam ad differentiam monachorum. Remeans igitur ad Africam post mortem matris venditis proprijs bonis, & pauperibus erogatis monasterium in nemore apud Hipponensem ciuitatem primum construxit, vbi cum amicis, ieiunijs, & orationibus vacans, scribebat libros, & docebat indoctos, & alios per nemora*

quæsiuit religiosos, seu Eremitas, & eos secum in Monasterio collocauit.

Secundo presbyter factus à B. Valerio Episcopo, cum doceret populum & curam haberet in horto, quem sibi contulit B. Valerius aliud Monasterium in ciuitate construxit, in quo cum religiosis viuebat, & regulam eis scripsit, & in sacra pagina eruditos ab eo ad prædicandum populo eos ordinauit.

Episcopus autem factus construxit tertium Monasterium in Episcopio, sc. Canonicorum regularium, & regulam iam institutam per eum, eis seruandam dedit communem fratribus, & Clericis: Interdum etiam declinabat ad Fratres in Eremo habitantes, cum quibus prius conuersatus fuerat, eos exhortans ad omnem perfectionem, vt patet in sermonibus ad Eremitas: qui etiam Episcopus factus Monachum se profiteri non erubuit. Hæc D. Antoninus, iuxta quem B. Augustinus in triplici statu constitutus, laico inquã, presbyterali & episcopali, semper statum, vitamque monachalem sibi tenendam delegit, delectamque perfectissimè obseruauit. Hæc omnia confirmat idem D. Antoninus 2. *p. historie* tt. 9. §, 1. cum sequentibus: vbi vitam ex Possidonio totam ad verbum transtulit. Ex qua nos supra nostram etiam confirmauimus assertionem.

Post tot, ac tam spectatos testes pro eâdem sententia, pro monachatu inquam Augustini expresſè testificantur ex auctoribus externis Ioachimus Abbas, qui floruit *an.* 1200. in prologo

logo ad Apocalypsin, & rursus in *eodem lib. p. 4. c. 14. §. 11.* Vincentius Valuacensis in suo speculo historiali *l. 17 c. 46 & 47. & l. 18 c. 53.* cum sequentibus, & *l. 20. c. 2.* qui Vincentius post Ioachimum an. 1240. in ordine Prædicat. celebris fuit.

Subscribit superioribus circa *an.* 1352. quidã Episcopus Ferdinandus in quodã sermone coram Cardinalibus habito, qui inter sermones Iordani circumfertur. Circa annũ *deinde* 1460. idem asseruit Aeneas Syluius, postea Pius papa II. in suo magno Chronicorum compendio dum agit de S. Augustino. Et post eum ad *ann.* 1490. Artmanus Scheldech in Chronicis magnis ætatũ mundi, quæ theatrũ mundi inscribuntur ad ann. 4?4. de Augustino ita scribit: *Augustinus mortua iam matre cum fratribus suis Cartaginem adnauigauit, patrimonium pauperibus erogauit, & in nemore Monasterio exstructo, secundum regulam ab Apostolis constitutam viuere cæpit: denique in Hipponensi Ecclesia, licet inuitus, Episcopus promotus 40. annos supra vixit, vbi & monasterium Canonicorũ constituit.* Post hũc Magister Gaza in suis Chronicis *f.* 152. & 140. idem affirmat. Gondisaluus de Illescas *l. 2.* historiæ Pontificalis *c. 8.* In Vita Anastasij Papæ cæteris accinit, dum ait: *mox vt baptismum accepit, statuit Augustinus vitam religiosam & solitariam ducere, quod executurus benedictione à S. Ambrosio accepta, recessit inter Eremitas quosdã deinceps victurus.* Et plura alia quę in sequẽti lib.

ad

ad verbum referemus. Illescas eodem li. 2. cap. 9. in vita S. Innocentij primi ita ait: *anno Pontificatus sui secundo approbauit & confirmauit regulam, quam Eremitis in eâdem religione sibi conuiuentibus dederat.*

Præclarum etiam testimonium reddit lib. 5. eiusdem historiæ cap. 182. in vita Innocentij 31. in hæc verba. *irrefragabile* est Augustinum in Eremo vixisse, priusquam Episcopus fieret Hypponæ, ex quo ad Episcopatum vi promotus fuit, relictis suis Fratribus Eremitis, regula & habitu &c. Ecce tibi doctissimus vir. & rerum Ecclesiasticarum probatissimus nostris temporibus perscrutator nostram de Augustini monachatu, antequam fieret Episcopus, sententiam, non solum certam, sedetiam dubio vacantem appellat.

Post eum doctor Alfonsus Villegas non minoris vir diligentiæ, nec minus probatus auctor *tomo primo*, sui sanctoralis in vita Augustini sic scribit: Inde Tagastam reperijt & inibi partem substantiæ quę eum contingebat vendidit pauperibusque distribuit, summa, pro monasterio in Eremo ædificando conseruata quo extructo illud cum Fratribus & filio suo Adeodato ingressus est cum voto vitam viuēdi Apostolicam, & monasticam; hinc sumpsit initium ordo S. Augustini &c. & inferius *cum vero multi ad eum confluerent* & à multitudine segre-

garese volens, altissimum conscendit montem, ibique cellula ædificata quæ eum caperet, vixit aliquo tempore solitarius. Paulo post inuisit ibi eum aliquando Valerius ac viuendi modo quem Augustinus & sui seruabant cognito aggratulabatur. Et alia quæ in hanc sententiam scripta latius referemus in sequenti libro.

Idem doctor sibi *ipsi constans* 3.*p.sui* sanctoralis in *vita* 81. Sanctorum extrauagantium, quæ est vita Sancti Simpliciani ex Hilarione monacho, & Bonino Mombricio collecta, eiusdem Augustini monachatus per amplum testimonium addit.

Asciscamus hoc etiam testimoniũ ex Thoma de Trugillo ordinis Prædicatorum in suo concionatorum thesauro *tom* 2 in sermone S. Augustini mense Augusto, vbi inter describẽdum Augustini vitam ex Possidonio, alijsque grauibus auctoribus, postquam multa retulit de baptismo Augustini, de cuculla nigra, cinguloq; coriaceo, quibus à B. Ambrosio Augustinus id temporis fuit indutus. Deniq; postquam multa dixit de ijs, quæ Augustino in via dum remigaret in patriam, acciderunt; hæc verba adijcit: *Inde venit Tagasten, vbi vendidit patrimonium, quod habebat, & partem quidem pretij pauperibus dedit, partem vero sibi reseruauit ad monasterium quoddam ædificandum in solitudine, vbi monasticã duxit vitã cum ijs amicis, qui eũ imitabantur: ibiq;*

in

incæpit ordo Eremitarũ. & multa alia quæ in huius confirmationem, sequenti libro adducemus.

Non prætéribo tacitus Illustrissimi Cæsaris Baronij testimonium quàm grauissimum, qui p. 4. Annalium Ecclesiasticorum ad *annum 391. pag. 640.* isthæc verba scribit: *Quod igitur Sanctus Augustinus primus fuit, qui Monasticæ vitæ instituta inuexit in Africam, eademque primus seruare cæpit, alijsque seruanda tradidit: inde accidit, vt donatistæ putarint eius vitæ genus ab ipso fuisse excogitatum. Euexerat ipse ex Italia eius vitæ formam, viderat enim (quod ipse testatur) apud Mediolanensem ciuitatem nobile Monasterium, & Romæ plura, eademque peregregia, quæ tanquam ciuium beatorum choros laudauit, quam quidem disciplinam æmulatus in Africana Ecclesia quamprimùm instituere conatus est.* Et paulò post: *Cæterum iam ante presbyteratum adhuc laicus vna cum socijs, de quibus diximus, idem vitæ genus in Africa excoluerat apud Tagasten.* Et multa alia, quæ in sequenti libro, aptiori nimirum loco referre decernimus, sunt autem huius testimonij verba clariora, quàm vt luce nostræ explicationis indigeant.

Idem etiam Cardinalis eadem 4. p. Annalium ad annum 389. pa. 588. hoc pacto scribit: *Augustinus rediens cum socijs Alipio, & Euodio in patriam, quem condixerant vitæ statum, cum adhuc in Italia essent, exercere cæperunt: secedentes enim rus, ibidem triennio permansêre: quibus exercitijs? ait Possidonius à se iam alienatis curis secularibus, cum ijs, qui eidem*

videm adhærebant, Deo viuebat: ieiuniis, orationibus, bonisque operibus in lege Domini meditans, die ac nocte. Et pro toto illo triennio Deo laicus seruiuit; quo tempore scripsit illum librum de Magistro, &c. Quid vero Baronius per hæc verba [vitæ statum, quem condixerant] significare velit, satis colliges ex verbis quæ ad annum 391. ex eodem auctore paulò ante retulimus. Quare de Baronij sententia (quam ex Augustino & Possidonio se accepisse autumat) Augustinus statim à baptismo in Italia monachus fuit, & monasticam vitam egit in Africa apud vrbem Tagasten, antequã veniret Hipponem: ac tandem reperiuit eandem in monasterio in horto Valerij propè ciuitatem Hipponem ædificato, antequam & crearetur Episcopus, & monasterium clericorum regularium in domo Episcopi institueret.

Post tantam testium externorum nubem, eandem iam veritatem audemus testium domesticorum testificationibus confirmare: quibus tamen & propter sanctitatem vitæ, & propter temporis antiquitatem magna fides absque vlla cunctatione iam dabitur. Quod igitur Augustinus verè fuerit monachus antequam in Episcoporum, imo verò etiam antequam fuerit in presbyterorum numerum coaptatus, iam olim asseuerauit annos ab hinc circiter ducentos Henricus de Vrimaria vir & integritate vitæ, & literarum doctrina illustris in libro de Origine Ordinis:

Paucis

Paucis post eum annis idem confirmauit I
Iordanus de Saxonia libro primo de vitis fra
trum cap. 7. & 15. & passim in toto illo oper
Ambrosius etiam Coriolanus totius Ordin
Eremitani quondã dignissimus Generalis, c
in defensorio ordinis, tum in eiusdem ordin
Chronicis. Floruit is (vt diximus) anno 147
Dein' circa annum 1494. quod etiam a
firmat Iacobus Philippus Bergomensis in sup
plemento Chronicorum lib. 9. ad annum 39
dum de Augustino, & de Eremitico ordine a
git. Idem etiam testificatur Baptista Alouisi
nus cum Sabellio ætate coniunctus. Adde Io
sephum Pamphilum Episcopum signinum i
Chronicis ordinis. Postremo Hieronymum
Romanum in omni antiquitatis genere ve
satissimum, & à nostræ tempestatis historic
graphis nunquam satis laudatum, tum in vi
Sancti Augustini; tum in defensorio ordinis.
His omnibus nos Theologi adiungemu
hoc loco ex Theologis scriptoribus nec pau
cos, nec contemnendæ eruditionis Doctore
Primus esto doctissimus Richardus Cenom
nus Parisiensis Theologus, & familiæ Franci
canæ sol illustrissimus in antidoto suo cont
eam, quam Erasmus Augustini regulæ cens
ram impegit: habetur ad finem tomi primi o
perum Augustini.
In eandem veritatem iurat, & pluribus e
Augustino citatis locis rem confirmat docti
simu

ctissimus Hieronymus Torrensis ex Societate Iesu in Confessione Augustiniana lib. 4. cap. 8 §.6. cui titulus inscribitur: [Augustinum fuisse monachum]. Torrensi adstipulatur doctissimus Gregorius de Valentia eiusdem Societatis in li. de Statu, & votis religiosorum cap. 2. argumento 2. *Augustinus* (inquit) *qui & regulam quoque præscripsit monachis, & ipse fuit monachus imo etiam cucula nigra, indutus, vt de illo D. Ambrosius testatur.* Conspirat cum superioribus Petrus Maturus ex eadem Societate in annotationibus doctissimis ad tertiam partem historialem D. Antonini tt. 24 c. 14. §. 2. vbi docet hoc esse tam certum, & euidens, quam certum est & euidens fuisse Augustinum. Petrus etiam Canisius in suo Catechismo de consilijs euangelicis §. 5. fol. 655. ita aiens: *Cuius rei testes per quam idoneos habemus Basiliũ, Augustinum, Hieronymum, Benedictum, Gregorium, Caßianum, Bernardum, aliosque innumeros euangelicæ perfectionis professores, & monastici instituti, tum defensores; tum obseruatores integerrimos.*

Id colligit ex epistola Augustini 89. ad Hilarium *ibi* §. 2. *&* 3. & ex Possidonio ibidem. Vide eum.

Addimus & ex eâdem Societate virum sapientissimum Hieronymum Plato *lib.* 2. de bono statu religiosi *cap. vigesimo secundo pagina* 411. Marcum etiam Antonium Mattæ Salernitanum in annotationibus ad Beatum Ior-

danum *lib.1.cap.13.* Ad extremum Dominicum de Soto Dominicanum *lib.10.* de Iustitia, & iure *q.5. art.7.* post tertiam conclusionem vers. In contrarium est argumentum *pag.* mihi 894.

His omnibus testimonijs luculenter, imo & euidenter ostensum relinquitur Augustinum, antequam eligeretur Episcopus, verè fuisse monachum, verumq; in Eremitana religione Eremitam, cuius & fundator extitit, & parens verissimus. De quo nobis argumento est in sequenti libro latius disserendum: non prius tamen, quam debilitemus, quæ contra veritatem hactenus constabilitam iactitant aduersarij.

CAPVT. VII.

Aduersariorum contra stabilitam hactenus de Augustini Monachatu veritatem obiectæ Machinæ diruuntur.

ERasmus in Censura ad tertiam Augustini regulam primo Augustini operum tomo positam, & cum Erasmo aduersarij nostri citant aduersus nos in primis Augustinum in *epistola septuagesima sexta* ad Aureolum relatum in cap. Legi epistolas 16. *q.1.* vbi leguntur hæc verba: *vulgares de nobis iocabuntur dicentes malus monachus bonus clericus est. Nimis dolendum, si ad tam*

tam

tam ruinosam superbiam Monachos surrigamus ; & tam graui contumelia Clericos dignos putemus , in quorum numero sumus. Ecce (Inquiunt) Augustinus apertissimè se recenset in numero Clericorum, non verò Monachorum, quin potius se secernit à Monachis, dum ait: *Ita ipsi vulgares de nobis iocabuntur dicentes : Malus Monachus bonus Clericus.* De nobis (inquit) id est, de Clericis, in quorum numero sumus. Ex hoc (vt ipsi autumant) propugnaculo adeò insultant in nos , vt quidam Eusebius Cremonensis Canonicus regularis apertè dicat hæresim asserere , quisquis asserat Augustinum , antequam esset Episcopus, fuisse Monachum.

Eadem, aut propè similia verba ab Augustino reponi in *epistola octuagesima octaua*, affirmant ijdem in suis contra Eremitanos allegationibus.

Deinde argumentatur Erasmus ex verbis alijs , quæ habentur in sermone *secundo* de Communi vita Clericorum: *Offeratur* (inquit Augustinus) *mihi, verbi gratia, byrrhum , aut pyrrhum rubrum , vel pretiosum , forte decet Episcopum, quamuis non deceat Augustinum* : Ecce (inquit Erasmus) non dicit, non decet Monachum, quod tamen erat dicendum si fuisset Monachus Augustinus.

Tertio obijcitur illud Augustini *lib. decimo*

Confeſſionum *cap. vltimo Conterritus peccatis meis , & mole peccatorum , & miſeria mea agitabar in corde , meditatuſque fueram fugam in ſolitudinem ſed prohibuiſti me , & confirmaſti me dicens , Ideo pro omnibus Chriſtus mortuus eſt, vt qui viuunt , iam non ſibi viuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt.* Quomodo igitur (inquiunt aduerſarij) Eremiticam vitam coluit Auguſtinus, ſi fuit à Deo prohibitus ſecedere in ſolitudinem.

Quin etiam poteſt nobis aliquis moleſtus eſſe verbis Poſſidonij de vita Auguſtini *cap. quarto.* vbi de Auguſtino nondum presbytero ait: *Solebat autem laicus , vt nobis dicebat : ab eis tantum Eccleſijs, quæ non haberent Epiſcopos ſuam abſtinere præſentiam.* Si laicus ſemper fuit antequam presbyter ordinaretur, qui fuit monachus ? etenim monachos à laicis diſtingui apertiſſimis iuribus comprobatur.

Quinto ſic obijcitur : Auguſtinus fuit Canonicus regularis, & Canonici regularis habitum induit, detulitque , quomodo igitur monachus fuit ; Antecedens pronunciatum ſatis probatur ex Sermone ſecundo de Communi vita Clericorum : *Nemo det byrrhum , vel lineam tunicam , ſeu aliquid niſi in communi : de communi accipiam mihi ipſi* : & alia in hanc ſententiam.

Sexto loco & illud obijci ſolet : quoniam Auguſtinus reuerſus in Africam dicebat , & habebat poſſeſſionis aliquid proprium : venit

enim

enim ad agros proprios,& vendidit patrimonium suum:ergo nondumerat monachus,nec paupertatem professus.

Præterea loco septimo obijci potest: quoniam quæcunque adduximus pro nostra sententia possunt optime explicari , si nomen monachi accipiatur ample pro regulari Canonico.qualis Augustinus.

Ad extremum obijcitur,quoniam præcitatæ nostræ sententiæ complures olim doctores repugnarunt. Hieronymus Creuella , Eusebius Cremonensis , Dominicus Frysonarius, Augustinus Ticinensis,& quidam Ioannes de Nigraualle;quorum omnium sententias nouissime secuti sunt FF.ex prouincia Lusitaniæ: omnes enim cum Erasmo acerrime contendunt nunquam fuisse monachum Augustinum , nec vnquam vixisse in Eremo secundum regulam sub sanctis Apostolis constitutam.

Certè quidem rem esse adhucin dubio positam,& de qua minimè liquido constet,id vero asserit Antonius Sabellius Enneadis *septimæ lib.nono* hisce verbis:*fuit Augustinus tamdiu in Eremo (vt quidam scribunt:nam id quoque vt video in dubium venit)quoad Manichæis in terra Africana peruagantibus Hipponensis sit antistes factus.* Et inferius: *Multi mortales Augustino adhuc in humanis agente sanctitatem viri, singularemque doctrinam secuti;omnibus quæ in terris miramur, contemptis in eremum*

mum concessere, vnde Eremitanum est nomen (vt arb
tror deductum) nam hoc quoque parum liquido trad
tur. Igitur ex Sabellij sententia nec Eremu
nec Eremitica Augustini vita cum socijs e
vsquequaque acta ; sed contendunt ea de
multi & adhuc sub iudice lis est.

Nihilominus tamen proposita veritas to
tantisque virorum testimonijs stabilita stet,
maneat, velut murus eneus incõcussa: impu
nari illa quidem potuit ab hominibus pauci
& ægrè notis; sed non potuit, nec vnquam p
terit expugnari.

Imo si argumenta contra eam adducta gr
uiori trutina quam populari ponderemus,
impugnatur quidem illis: cum nihil ad imp
gnandum efficacitatis habeant.

Nam quod attinet ad primum *ex epistola* 7
Augustini desumptum (*in epistola* enim 88.
hil prorsus hac de re Augustinus) tantum a
est, vt hoc testimonium gloriam aduersa
afferre possit, vt pudorem potius inijcere
beat, eo quod rem in iure, & apud Augusti
notissimam, quã distinguere nescierunt, int
ligere noluerint: Augustinus enim in cita
epistola 76. Clerici nomine accepit eum, qu
licui Ecclesiæ præfectus officium habet in E
clesia in populi ministerium, curamque de
natum: ob quod & beneficium Ecclesia
cum, ex quo vitam alat, consequitur. Qu
quidem fuisse Augustini in loco me
te

gem probè intellexit Richardus Cenomânus in commemorato contra Erasmi censuram antidoto. Et similiter intellexisse videtur Hieronymus Torrensis in Confessione Augustiniana *lib.4.cap* 8.§.14. Verborum igitur Augustini sententia talis est: *vulgares de nobis iocabuntur dicentes, malus Monachus, bonus Clericus*, hoc est: qui inter Monachos est deterrimæ vitæ, is est aptior ad Dei Ecclesiam gubernandam, quam quicunq; Clericus profecto ex eorum numero, qui Ecclesiæ Dei præsunt. Hanc iniuriam ordini Clericorum à vulgaribus istis illatam compescit Augustinus dum ait: In quorum numero sumus: quia nimirum ad Clerum assumptus Hipponensi Ecclesiæ præpositus erat, & Episcopus. Qua significatione clericus non distinguitur à Monacho professione sola, sed ab eo, qui & professione, & officio simul est Monachus: & professione, & officio Monachus ille dicitur, qui simplex est Monachus nulli Ecclesiæ præpositus, cuius solę partes sunt populi peccata deflere, iuxta illud à D. Hieronymo præclarè scriptum ad Rusticum, & relatum *in cap.* Monachorum 16. *q.*1. Monachus non docentis, sed plangentis habet officium.

Clericus igitur à Monachis huius generis distinguitur, non à Monachis professione: quia qui professione Monachus est, potest ad Clerum assumi, clericusque in aliqua Ecclesia ordinari, ac præfici, vt idem Aug. eadem epist.

26. apertissimè docet illis verbis : *Si desertores monasteriorũ ad militiam clericatus eligantur, cum ex ijs, qui monasterio permanent, non tamen nisi probatiores, atque meliores in clerum assumere soleamus.* Cum igitur ex Augustini sententia Monachi assumantur in clerum, atque alicui Ecclesiæ clerici aliquãdo præficiãtur, vt populi curam gerant, atque id etiam satis probent Iura *in Cap. sic* viue, *Cap. Adijcimus, Cap. doctos, Cap. Moderamine, Cap. si clericatus Cap. si Monachus, Cap. Nos autem* Fratres 17. *q.* 1. vtique in dubium nemini venire debet quin aliquando homo idem simul possit & clericus esse, & Monachus. Atque is fuit Augustinus, vt in superiori capite luculenter ostendimus.

Nec aliter ac exposuimus, exponendum esse Augustinum in dicta *epist.* 76. probauit Gratianus in dicto cap. Legi epistolæ 16. *q.* 1. *vers.* His autem omnibus : & doctores ibidem.

Et optimo id quidem iure : quoniam eâdem significatione clericus distinguitur à Monacho apud Gratianum 16. *q.* 1. per totam; & satis patet ex D. Hieronymo ad Eliodorum in *Cap. Alia causa* 16. *q.* 1. *Alia (inquit) causa est Monachi, alia clerici : clerici oues pascunt, ego pascor &c.* Adde etiam illud eiusdem Hieronymi ad Rusticum *in cap. sic viue* 16. *q.* 1.

sic

16.q.1. *sic viue in monasterio, vt clericus esse merearis, multo tempore disce quod postmodum doceas. Quod si populus, vel Episcopus te in clerum elegerit, ages ea, quæ sunt clerici.* Ea verò sunt concionari, baptismum, pœnitentiam, & Sacramenta impendere. Deniq; populum gubernare quæ omnes sunt actiones (vt ita loquar) clericales, hoc est parrochiales, & eorum, qui populi curam gerunt, quibus actionibus interdicitur Monachus vt patet ex *cap. primo* cum pluribus sequentibus 16.q.1. nisi in clerum cooptetur, vt probant iura supra citata *in cap. Sic viue, cum sequentibus.*

Qua etiam significatione Augustinum vsurpasse & [Clerici, & clericatus] nomen: apertissimè deduces ex eodem Augustino in *serm.*1. de Communi vita clericorum *statueram* (inquit) *sicut nostis, nullum ordinare clericum, nisi qui mecũ manere vellet, qui si vellet discedere à proposito, rectè illi tollerem clericatum, & statim muto consilium, nõ eis confero clericatum.* Nunquid hæc dicit Augustin. de ea ordinatione in clericum, quæ est Sacramentum, & initiatio sacrorum ordinum? nequaquam: hunc.n. clericatum semel collatum, cuius nimirum character obradi nequit, Augustinus ex suo beneplacito tollere non poterat: igitur de ordinario, siue institutione dicit ea, quâ quis alicui Ecclesiæ, aut Ecclesiastico muneri præficiebatur: quam

ordinationem siue clericatum Augustinus statuerat nulli conferre, nisi ei, qui in Monasterio vellet permanere: quòd si discederet, à clericatu etiam discederet: Et de hac item ordinatione intelligitur tex. Gelasij in *Ca. Si quis Monachus 16. q. 1. ibi: Ab Episcopo debet eligi, & in loco quo indicauerit ordinari,* idest præfici, atque præponi. Similiter ex tex. Concilij Agathen. in *Cap. Monacho 6. q. 1. ibi, Nec in paræcijs, nec in ciuitatibus ordinentur*, id est non præficiantur.

In hoc igitur clericatus ordine Augustinus in dicta *epistola* 76. fatetur se esse repositum: nimirum quia Hipponensi Ecclesiæ erat addictus, & institutus Episcopus: quem Clericatus ordinem simul cum Monachali professione habere se multis in locis ipse Augustinus affirmat. Atque ita recidit in nihilum illa tanta hæresis, in cuius periculum, seu potius crimen ex hoc Augustini loco Eusebius Cremonensis nostram sententiam arcebat.

Secundum Erasmi obiectum deridendum potius erat, & imperitiæ coarguendum; quàm dissoluendum: quis enim nisi dialecticæ hospes? quis nisi ignatus disciplinæ, & consuetudinis argumentandi sic ratiocinabitur? Augustinus non dixit [Quamuis non deceat Augustinum Monachum] sed simpliciter [quamuis nõ deceat Augustinũ]: ergo nõ fuit vnquã Mo-

Monachus Augustinus? Erat ne per opus Augustino se vbique Monachum clamitare? Verum Erasmus, vt est callidus Caluinistico & hæretico amore mutilam nobis exhibuit, & decurtatam sententiam; ita enim habet Augustinus: *Quamuis non deceat Augustinum, id est hominem pauperem*; pauperem inquam statu, & professione: id quod in eodem sermone disertissimè expressit, dicens: *Fateor, de pretiosa veste erubesco, quia non decet hanc professionem*: supple religiosam, ac Monachalem; vt in superiori capite iam ostendimus.

Tertium, quod iam scripsimus argumentum adhibet; nec minoris facit, quam Achillem Rupertus Holkotus in Comentarijs ad li. Sapientiæ in illa verba; *Quam sine fictione didici*. Illi tamen respondemus Augustinum sub initium conuersionis suæ cogitasse de fuga in solitudinem arripienda, vt tanquam anachoreta solus sine socijs viueret, à quo viuendi genere diuina fuit prouidentia, & spiritus Sancti instigatione prohibitus, vt non soli sibi, sed alijs viueret. Et hæc est germana, ac vera explicatio loci illius.

Non desunt, qui hanc prohibitionem referant ad Aug. iam Episcopum, de quorum numero est Coriolanus in defensorio. Ad 2. contra primam veritatem. Sed amanda potius est solutio prior: nec enim Augustinus iam Episcopus de solitudine deliberare, aut disceptare secum potuit.

Ad

Ad quartum dic laicum apud eum Possidonij locum non accipi pro sæculari; qui à regulari, hoc est religioso viro monachoq; distinguitur: sed pro eo, qui nullis sacris ordinibus est initiatus. Quo sensu hodie in religionibus multi in Fratres laicos admittuntur, quod nō est aliud, quam non admitti ad ordines sacros, & ministeria chori, sed ad domestica, & temporalia munia obeunda. Quem verbi vsum ex eodem Possidonio colligimus in eâdem Augustini vita *cap.* 3. dum asserit Augustinum vbi ad patrios lares venit, triennium vixisse cum ijs, qui simul Deo adhærebant, alienatis iam à se curis sæcularibus soli Deo seruiens, implensq; illud Christi *Matth.* 19. *Si vis perfectus esse, vende omnia, quæ habes, & sequere me*, vt idem Possidonius asserit *cap.* 2. præcedente. Quæ verba de vita religiosa, & Apostolica esse accipienda cum communi Sanctorum Patrum, ac Theologorum sententia, sæpè in superioribus capitibus edocuimus. Nec Possidonium intellexit aliter Cęsar Baronius 4. *p* suorum Annalium ad *annum* 391. *pag.* 639. maximè si aduertas, quæ docuit ad *annum* 389.

Ac, vt nihil tibi supersit scrupuli circa interpretationem nostram, lege quęso D. *Tho.* 2. 2, *q.* 189. *art.* 8. Ad secundum, dum in eo distinguit ordinem monachorum ab ordine regularium Canonicorum: quod Canonicis regularibus per se congruit esse clericos: id quod es-

se

se monachos non per se congruit: cum potius congruat illis esse laicos, hoc est non initiatos. Quocirca de sententia D. Thomæ monachus etiam dicitur laicus dum non est Mystes, siue (vt dici solet) clericus sacris mysterijs initiatus: imo potius olim monachi non initiabantur.

Pro solutione 5. argumenti, eos qui sic obijciunt ego obtestor, vt quænam sit ista propositionum consequentia probè considerent. Augustinus Episcopus portauit byrrhum, & tunicam lineam: ergo nunquam fuit Eremita? etenim potuit antequam crearetur Episcopus esse monachus & vestitu alio vti, quò sanè vsus fuit, vt patet ex illis verbis *sermonis primi* de Communi vita clericorum: *Veni ad hanc ciuitatem cum illis indumentis quibus illo tempore vestiebar*; nempe indumentis monachalibus, cuculla, inquam nigra, & pelliceo cingulo; quæ vestimenta in baptismo susceperat ab Ambrosio. Vtrum autem Episcopus exuerit habitũ monachalem & alia est, & in loco alio dirimenda quæstio: cuius expeditio per parùm ad nostrũ institutum conducit: nam hoc dicas, vel illud semper verè dixeris Augustinum, antequam fieret Episcopus, fuisse monachum, monachalemq; habitum detulisse: Quo si non fuit vsus Episcopus, ideo fortean non fecit, quia illis sæculis id moris non erat Episcopis: cum enim nullius tunc canonicæ legis iussu monacho-

rum

rum habitum portare cogerentur; qui ex monachis Episcopi creabantur, forte potuit etsi monachus vti habitu Clericorum. Sed de hac controuersia suo loco fusius.

Ad sextum responderim Augustinum quidem à baptismo monachalem vitam delegisse, eamq; suscepto monachi habitu solenni ritu fuisse professum, ac promisisse patrimonium suum pauperibus elargiri. Quod officij in patriam reuersus præstare potuit, & reipsa præstitit. Dicamus paucis, Augustinus professionem faciens bonorum suorū dominium trāstulit in pauperes, & in eam, quam statuit in Africa religionē fundare, tunc vsum translaturus cum reuersus in patriā in pauperes, suumq; monasterium vendita bona distribuit.

Ad septimum dicimus aduersarios omnino deludi, & opinione sua decipi, si putant allata à nobis testimonia bellè explicari posse, monachi nomine (ad significandos Canonicos regulares extenso: etenim ordo Canonicorum, nisi postquam Augustinus fuit Episcopus, non fuit institutus: in hoc enim mirè conuenit inter omnes, cum id ex Augustino perquam apertissimè constet. Porrò Augustinum vitam religiosam, & Apostolicam antequam Episcopus fieret presbyter, simul cum suis socijs & instituisse, & solenni professione coluisse; asserunt apertissimè quæcunque iam ex Augustino, Possidonio, atque aucto-

ribus

tibus alijs testimonia multa protulimus.

Liber igitur ab aduersarijs percontari quid de Augustini vita illo tempore instituta sentiant? Nam si Augustinum putant iam ab illo tempore religiosum fuisse, & Apostolicam vitam vixisse, qui dicent fuisse tunc eum Canonicum regularem, cum Canonicorum ordo id adhuc temporis non fuerit institutus? Iam si negant Augustinum illo tempore Apostolicam, & religiosam vitam cum suis cõmilitonibus instituisse, atq; vixisse. Sunt penitus aspernandi, cum nullo fundamento fulti Augustino, Possidonio, & ceteris honestissimis auctoribus palàm contradicant; quorum (etiamsi dormitarent) deceret nos æmulari magis negligentiam, quàm diligentiam obscuram istorum.

Ad vltimum respondemus testimonijs domesticorum, affinium, atq; consanguineorum post excitatam litem in re domestica non esse habendam fidem, vt cõmunis iurisperitorum sententia docet. Ita Ludouicus Roman. singul. 753. *& dec. consil. 82. num. 1. & cons. 595 num.* 1. Archidiac. *in c.* 1. 53. *q.* 1. & Aymon de antiquit. temp. 1. *p. & viso de fama num.* 6. *&* 7. Masc. 1. *vol. concl.* 410. *n.* 4. *& n.* 29. qui mouentur ex tex. in *cap. licet ex quadam de testibus.*

Iam verò omnes illi, quos argumentum citat, Canonici regulares litẽ hãc aduersus Eremitanos primi excitarũt ea cõtẽtione, & animo vt Adi-

vt Augustinum solos Canonicos regulares, non item Monachos Eremitas instituisse asserent, atque ita sibi hanc gloriam vendicarent, quod soli fuerint legitima soboles Augustini: quo de argumento sequens disputabit liber. Hinc fit, vt sit in hoc testimonio illorum auctoritas non tanti quanti reputanda. Quinimo contemnendi illi prorsus sunt propterea quod in suis dicendis testimonijs cum testimonio, assertioneque Augustini pugnantia dicunt. Cuius tamen sanctissimi Patris assertio in hoc argumēto habenda est pro regula, propriaque horum ordinum lege, atque iure. Iam vero constat testibus, qui vero similia non aiunt, non esse tribuendam fidem : imo posse eos, ac debere esse iudici de falsitate suspectos per tex. *in L. Ob carmen §. finali. ff.* de Testibus, & in cap. verisimile extra de præsumptionibus cū alijs iuribus, quæ multis citatis. DD. allegat Mascar. 2. *volumine concl.* 1370. quo in loco satis confirmat, illis testibus magis esse credendum qui verisimiliora testificantur. Cum igitur ex ijs, quæ de Aug: Possidonij, cæterorumque scriptis protulimus, sole meridiano fit illustrius Augustinum Apostolicam trāsegisse vitam, antequam foret aut presbyter, aut Episcopus inauguratus. Quotquot profecto contra opinantur, esse debent falsitatis nomine tam vehementer suspecti, vt eorum nec testimonia pro legitimis, nec

ſcripta pro authenticis habeantur? ¶ Quibus reſpondendi modis hæc adhuc reſtat acceſſio: quòd quando inter hiſtoricos vlla reperiuntur opinionum diuortia, & narrationum diſsidia, illis arrigēdæ ſunt amicæ aures, qui & numero fuerint, & auctoritate ſuperiores iuxta iuris communis principia: quemadmodum citatis multis concludit Maſcard. 1. *vol. conclu.* 287. & nos *lib.* 1. *cap.* 7. clarè oſtendimus. Quare cū hiſtorici, qui ſtant à nobis, ſint numero plures, vt numerare, & videre eſt: grauitate autem longè ſuperiores, vt percurrēti ſingulos, quos citauimus, ſtatim patebit: (ſunt numero plures eorum, & antiquitate ſuſpiciendi: quia Auguſtino coæui; & ſanctitate, ac doctrina præſtantiſsimi: cum tamen aliorū, qui contrà ſentiunt nomina vix ſint agnita) fit vt in eorum, quos pro nobis citauimus, teſtimonio tanquam in ſecuro portu ſit conquieſcendum.

Quod verò Antonius Sabellicus vir in re hiſtorica non ſanè obſcurus auctor aſſerit, neminem id profectò ſolicitare ad defectionem ne dum pellere de ſententia debet. Equidem, niſi fallor, ille pro nobis in allegatis locis fert teſtimonium: quod enim nos docuimus id ſimpliciter, & candide narrat: addit tamen rem non liquido conſtare, quoniam legerat Canonicos regulares huic hiſtoriæ aduerſantes: quia tamen id ad fidem ſuæ hiſtoriæ non ita plurimum conferebat, controuerſiam de-

 finire

finire noluit. Attamen est à nobis, quin in nostram (quanquam aliquantulum dubius) inclinat sententiam, quam semper in sua historia persequenda prosequitur.

His addo, Sabellium quidem ita forte iudicasse, & rem esse in dubio positam fortassis censuisse, sed idcircò ne erit dubia? idcirco anceps? minimè profectò; nec esse eam talem Sabellius iudicasset, si Augustini & Possidonij testimonia, quæ citauimus, diligentiori trutina expendisset: curis distentus alijs, aut noluit aut non potuit: quid si nesciuit ea? nam *nefas omnia scire*, vt bellè quidam.

Atque hæc ad constabiliendum Sanctissimi Augustini Monachatum quis non iudicet iam esse satis? Si verò sunt; institutionem Eremitani Ordinis ab Augustino editam sequenti libro feliciter aperiamus.

(***)

LIBER

LIBER III.

Quod Augustinus ordinem Eremitanum in Africa adhuc inter viuos agens instituerit, distinctum ab ordine Regularium Canonicorum.

Præfatio

VT singula, de quibus est dubitatio, singulis disputationibus absoluantur, ostenso iam Augustini Monachatu, est à nobis in l. distincto quam diligentissimè ostendendum, Augustinum, dum adhuc corporis repagulis clauderetur: ita Monachalem, ac religiosam vitam excoluisse, vt Ordinem Eremitarum antequam fieret Episcopus, & antequam Canonicos in domum Episcopi sub regula, vitaque Apostolica congregaret, legitimè instituerit. Huic igitur disputationi tertium librum dabimus, *vt inde ad vlteriora progressum facere valeamus.*

Capvt I.

Quod fuerit Augustinus al . . ius religionis au-ctor, & instituutor.

FVisse Augustinum alicuius religionis institutorem, est in tota Ecclesia adeò exploratum, & notum, vt si aliquando vel necessitas, vel animi gratia sit id probandum : sua ipsius luce, & (vt iuris prudentes loquuntur) notorietate, potius quam probatione sit confirmandum. Quia tamen cæcitaliquot, vt est in Prouerbio, pilam tenent, & in luce meridiana cæcutientes rem in Ecclesia euidentissimam temerè negant: illam nos vnico eiusdem Augustini testimonio extra omnem aleam posito testatam, confirmatamque reddemus. Desumitur autem ex *lib. 3.* contra literas Petiliani *cap. 4. tom. 6.* vbi ita scribit Augustinus: *Deinceps perrexit ore maledico (Petilianus scilicet) in vituperationem monasteriorum, & Monachorum arguens etiam me, quod hoc genus vitæ à me fuerit institutum.* En disertis verbis fatetur Augustinus Petilianum hæreticum ore maledico, tum Monachos, tum ipsummet lacerasse Augustinum, probroque vertisse quod vitam Monasticam excogitauerit; & fuerit Monachorum auctor, & parens.

Petilianum, & cæteros Donatistas imitatus Ioannes Wiklephus *art.* 44. asseruit Augustinum, Benedictum, atque Bernardum damnatos,

tes, & in damnatorum carcerem ideo esse detrusos, quòd religiones instituerint alijs, & intrauerint ipsi. Qui articulus damnatur in Concilio Constantiensi sessione 8. & rursus in Bulla Martini Quinti ad finem eiusdem Concilij.

Idipsum præterea luculenter, & planè confirmatur ex ijs, quæ Augustinus præclarè scribit in *epistola* 89. ad Hilarium, & *in sermone primo & 2.* de communi vita Clericorum, & in *lib. de opere Monachorum*, & alijs pluribus locis cap. 3. mox citandis.

Vrget eundem locum vehementissimè regula tertia, quam suis Fratribus dedit Augustinus, posita ad finem tomi primi. & *in epist.* 109. *tomo* 2. ab Ecclesia iam ab hinc antiquissimis temporibus approbata. Nec enim regula viuendi præscribitur, nisi illis, qui se ad illam solennibus emissis votis accommodant, deoque se sub illa dicant, & consecrant. Quo argumento Richardus Cenomanus impium vrget, atque conuincit Erasmum in præcitato contra eiusdem Erasmi censuram Antidoto. Adhibetque post Richardum argumentum idem eruditissimus Hieronymus Torrensis in sua Confessione Augustana *l. 4. c. 8.* §. 6. sub finem. Dum vero Erasmus vim argumenti lubrice diffugiens addit regulam illam fuisse ab Augustino fœminis datam, nō viris: facit nè nimis intelligendo, vt nihil intelligat qui non videt

se fallacem imperitiam, vanamque, & omnino mendacem censuram afferre: vt affirmat idem Hieronymus Torrensis in præfatione ad Augustanam confessionem; eamque proinde responsionem tanquam habentem speciem verisimilitudinis nullam reijcit *l.* 4. eiusdem Cõfessionis *cap.* 8. §. 6. in fine: Locupletissime etiã eam impugnat Cenomanus in præcitato antidoto. Quorum sententia, consensu, & testimonio omniũ confirmatur, quotquot sæculis ante decursis de regula Augustini in lucem aliquid edidere. Patrocinatur Ecclesiæ iudiciũ approbantis auctoritate Apostolica, & præcipientis in Ecclesia Augustiniana decantari ad status preces horarias, hymnum celebrem (*Magne P. Augustine* à D. Thoma (vt feruat) factũ vbi inter alia ita concinimus: *Tu de vita Monachorum* (siue Clericorum) *sanctam scribis regulam, quam qui amant, & sequuntur, viam tenent regiam, &c.* Ad quam veritatem veluti trabali clauo in omnium animis defigendam, si deessent aliæ rationes: hæc vna satis esset, & plus satis: quod Augustinus inquam cum suis socijs Eremitis ante Episcopatum, & cum Canonicis postea sub Apostolica vita religiosam, ac regularẽ vitam semper peregit, suosq; tam Eremitas, quã Canonicos toto illo tempore in Domino enutriuit, vt patet ex *epist.* 76. Quem igitur habere probabilitatis fucũ potest ea oratio, quæ dicit Augustinum illis regulam Apostolicam, sub

qu-

qua solenni emissa professione viuerent, vnquam constituisse? præsertim cum dicat Aug. *serm.*1. de Communi vita Clericorum: *Noueram, & noui omnes, qui mecum viuerent nosse propositum nostrum, nosse legem vitæ nostræ.* Et Possidonius in vita Augustini *cap.* 25. *Arguebat* (inquit) *Augustinus in disciplinationes à regula recta, & honestate.* Quibus igitur legem, rectamque viuendi normam præscripserat? cur regulam Apostolicam quam instituit, nō præscripsit? p̄sc; ipsit equidē primū suis Eremitis, quos nondum Episcopus instituit, idque in 2. monasterio, quod in horto, quem illi Valerius dono dedit, extruxit. Deinde Canonicis in domo Episcopi congregatis. Demum monialibus, quorum monasterium nonnullis post Episcopatum annis ædificauit, vt satis colliges ex eodem Aug. *epist. illa* 109.

Quod verò religiosi ab Augustino instituti nō sui iuris fuerint, sed votis astricti; contra eundem impium Erasmum fusè probat idem Cenomanus vbi supra, & Hieronymus Torrensis *lib.* 4. Confessionis Augustinianæ *c.* 8. §. 7. & Bellarminus 2. de Monachis *cap.* 5. in fine, vt alios innumeros hoc loco omittam: hoc enim cum sit Catholicis probatissimum, in hac nosta disputatione tam certum ponimus, in qua contra hæreticos nulla arma mouemus.

CAPVT II.

Augustinus primus omnium pium religiosorum institutum in Africam importauit.

RElgiosorum hominum institutũ, quod in Ecclesia floret, & fructus vberrimos in ea fert nostris temporibus, ab Apostolis sumpsisse exordium placitum quoddam est inter Doctores Catholicos aduersus hæreticam nostri temporis insaniam receptissimum, vt contra eosdem hæreticos, vltra alios latè confirmat Bellarm. *lib.* 2. de Monachis *cap.* 5. & Hieronymus Plato *lib.* 1. de Bono religiosi hominis statu *cap.* 21. quo in loco scite aduertit hoc religiosorum institutum diuersos in Ecclesia habuisse status, & quasi gradus ætatum; infantiæ inquam, pueritiæ, adolescentiæ, iuuentutis ac tandem virilis ætatis. Etenim in ipsis Apostolis (Christo Domino recens instituente) primum habuit ortum, originemque infantiæ post reuiuiscentem, & in cælum ascendentem Dominum habuit in primitiua Ecclesia pueritiam, vt constat ex Actis Apostolorum. *Multitudinis credentium* (ait Lucas) *erat cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorum, quæ possidebant, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.* Mox adultum in Iudæa, & finitimis regionibus nactum est hilarem adoles-

lescentiam. Deinde succedentibus sibi temporibus fortunatissimam iuuentutem vsque ad aurea Constantini Imperatoris tempora, vt ex Philone, Dionysio Areopagita, Ignatio, Tertulliano, Rufino, Theodoreto, alijsque antiquissimis Patribus non paucis ostendit Hieronymus Plato loco citato dicto *cap.* 21. Deniq; ab ætate Constantini virile quoddam robur, atque perfectionem accessisse religioni per varias orbis partes mirum in modum propagatæ, & fusæ, ostendit idem auctor *cap.* 22.

Huius incrementi, & tam mirandæ amplificationis auctorem præcipuum extitisse religioni D. Antonium Abbatem; eodem loco ostendit Plato testimonio D. Athanasij in vita eiusdem Antonij. Eo namque duce, & exemplo ab eo petito factum est, vt duplicis Armeniæ Scytiæ, vtriusq; Thebaidis, deniq; totius Aegypti incultæ, & ab hominibus desertæ solitudines Monasterijs velut aluearibus: monasteria ipsa Monachis velut opibus (libenter enim vtar D. Hieron. similitudine) cóplerétur.

Inde Hilarion teste D. Hieronymo in eius vita primus in Palestinæ regionibus Monasteria fundauit. Inde recens ab Hilarionis ætate Basilius totam Græciam repleuit monasterijs Monachorum: imò (vt asserit Nazianzenus in oratione in laudem S. Basilij) antiquum Monachorum ritum adhuc agrestem ad ordinem quendam, formamq; religioni propriam redegit.

Ijſdem etiam temporibus religioſum iſtud, ac monaſticum inſtitutum Romam veniſſe, ac fuiſſe totam Italiam peruagatum vbi erat antea ignotum: imo etiam hominum opinione vile affirmat D. Hierony. *epiſtola* 16. Monachorum igitur inſtitutum, atq; nomē cum Manichæi & ferrent iniquiſſimè. & inſectarentur grauiſſimè, ex alia verò parte Circūcellionum nomen, ac ſectam ſyderibus ipſis laudando inferrent, Auguſtinus mortua iam matre in laudem Monachorum in centumcellis, alijſque Italiæ locis degentium, cōtra Manichæos ſcripſit libros de moribus Eccleſiæ Catholicæ. Ex quibus quidem libris in aperto eſt quātopere Monaſticum, ac religioſum, ſeu virorum, ſiue mulierum inſtitutum fuerit in Italia auctum atq; multiplicatum. Apud hos Monachos Auguſtinus in Centumcellis in monte Piſano annum integrum diuerſatus, eis primā ſcripſit regulam, eorumq; ritum adhuc apud illos incultum in normam compegit, & ſicut fecerat in Græcia Baſilius, ſic ille in Italia ad meliorem quandam viuendi formam, religioniq; accōmodatiorem redegit: eos nanq; ad Apoſtolorum inſtar in communem vitam ſub regula Apoſtolica congregauit. Quæ omnia ampliſſimis ipſius Poſſidonij, Cæſaris Baronij quarta p. Annalium, omnium denique hiſtoricorum teſtimonijs confirmantur;

Habe-

Habebat ergo Dominus Iesus (vt propria D. Hieronymi verba repetamus) in Aegypto Antonium: in Palestina Hilarionem: in Græcia Basilium: in Italia D. Marcellam, ad cuius exemplum, institutum hoc totam Italiam peragrasse affirmat. Vna Africa erat, quæ religionis adhuc nec institutum cognouerat, nec nomen audierat. Hanc nimirum gloriam Augustino & suo, & Afro, Deus sapientissimus reseruauerat. Ille in Italia religiosus effectus: cuculla nigra indutus: religiosis votis obstrictus: Afer in Africanā patria reuersus, & in ea primus cænobiticam Eremitarum vitam instar vitæ Apostolorum, quibus erant communia omnia: instituit; nomenque, & institutum religiosum in ea orbis plaga reddidit celebertimum.

Hanc Augustino laudem, & gloriam grauissimi auctores attribuunt: inter quos Hieronymus Romanus antiquitatum curiosissimus indagator *li.* 10. *Historia* S. Augustini *cap.* 13. Satis aperte innuit Hieronymus Plato *l.* 20. de Bono statu religiosi *cap.* 22. *pag.* 411. Disertè asserit Illustrissimus Cardinalis Baronius nostri temporis nobilissimus auctor 4. p. Annalium Ecclesiasticorū *ad annū* 391. *pa.* 640. vbi ita scribit: *Quod igitur S. August. primus fuit, qui monastica vitæ instituta inuexit in Africā, eadēq; primus seruare cæpit, alijsq; seruāda tradidit: inde accidit, vt Donatistæ putarint eiusmodi vitæ genus ab ipso fuisse excogitatum.*

Quam

Quam ego sententiam, vt omnino verissimam libens amplector, eamq; volo esse ex ijs, quæ subijciam, non tenuiter confirmatam.

Nam in primis cum religiosum monachorum institutum multo antè Augustinum in cæteris orbis partibus floruisse ferè omnes loquantur Annales: nullus narrat ante Augustinum in Africa fuisse monachos, aut hominum religiosorum monasteria vlla. Quod mihi maximo est veritatis propositæ argumento.

Deinde Augustinus *serm.* 21. ad Fratres in Eremo se profitetur caput, & eorum, qui in Africa secundum Apostolicam vitam degunt, principium. Quod testimonium siue sit Augustini (vt verissimè est) siue alterius viri, & Catholici, & antiquissimi, ad nostrum confirmandum propositum censeri debet habere auctoritatis non parum.

Id deinde haud obscurè deducitur ex verbis Augustini *lib.* 3. contra literas Petiliani *cap.* 48. vt rectè obseruauit, & inde præclarè deduxit Baronius loco citato. Petilianus enim dente maledico Augustinum ibidem carpit, quod nouitatis monasticæ fuerit institutor. illique obijcit nouum viuendi modum nec vspiam visum. Augustinus autem hæc verba subijcit: *Quod genus vitæ quale sit, nescit: vel potius toto orbe notissimum nescire se fingit.* Hanc calumniam Augustino Petilianus nequaquam inferret, si genus illud viuendi in Africa antea viguisset:

qua

qua enim fronte quod erat in Africa lippis (vt aiunt) & tonsoribus notum, id se nescire fingeret? Quare cum illum dissimulationis coarguit Augustinus, & vitæ modum in toto orbe notissimum nescire ipsum fingere dicit; totum orbem alias totius orbis partes vocat.

Accedit loco quarto quod Augustinus 8. *Confeßionum c. 6.* perspicuè fatetur se ante Potitiani amici enarrationem, nihil de Eremitarũ vita, monasterijsque resciuisse: quorum tamen exemplo se plurimum postea fuisse commotum, asserit *c. 9.* Quod si delicato lectori molestiæ est peruolutare librum, iam ipsa Augustini verba audiat ex c. 6 *citato: Inde sermo eius deuolutus est ad monasteriorum greges, & mores suaueolentiæ tuæ, & vbera deserta* Eremi, *quorum nos nihil sciebamus.* Instant, vrgent, cogunt nos hæc verba dicere illud viuendi genus in Africa nondum fuisse visum, cum ex Africa Augustinus Romam, ac Mediolanum deuenit aliàs non esset illius nescius Augustinus.

Adhæc illud Augustini dictum *l. 2.* Retract. *cap.* 21 libenter expendo: *Vt de opere Monachorum librum scriberem, illa me neceßitas compulit; quid cum apud Carthaginem Monasteria esse cæpissent : alij se suis manibus transigebant &c.* Cum cæpissent (inquit) apud Carthaginem esse monasteria : ergo antea nulla fuerant adhuc Carthagine; quæ tamen totius Africæ caput erat.

Quam ego ſententiam, vt omnino veriſſimam libens amplector, eamq; volo eſſe ex ijs, quæ ſubijciam, non tenuiter confirmatam.

Nam in primis cum religioſum monachorum inſtitutum multo antè Auguſtinum in cæteris orbis partibus floruiſſe ferè omnes loquantur Annales: nullus narrat ante Auguſtinum in Africa fuiſſe monachos, aut hominum religioſorum monaſteria vlla. Quod mihi maximo eſt veritatis propoſitæ argumento.

Deinde Auguſtinus *ſerm*. 21. ad Fratres in Eremo ſe profitetur caput, & eorum, qui in Africa ſecundum Apoſtolicam vitam degunt, principium. Quod teſtimonium ſiue ſit Auguſtini (vt veriſſimè eſt) ſiue alterius viri, & Catholici, & antiquiſſimi, ad noſtrum confirmandum propoſitum cenſeri debet habere auctoritatis non parum.

Id deinde haud obſcurè deducitur ex verbis Auguſtini *lib.* 3. contra literas Petiliani *cap.* 48. vt rectè obſeruauit, & inde præclarè deduxit Baronius loco citato. Petilianus enim dente maledico Auguſtinum ibidem carpit, quod nouitatis monaſticæ fuerit inſtitutor. illique obijcit nouum viuendi modum nec vſpiam viſum. Auguſtinus autem hæc verba ſubijcit: *Quod genus vitæ quale ſit, neſcit: vel potius toto orbe notiſſimum neſcire ſe fingit*. Hanc calumniam Auguſtino Petilianus nequaquam inferret, ſi genus illud viuendi in Africa antea viguiſſet:

qua enim fronte quod erat in Africa lippis (vt aiunt) & tonsoribus notum, id se nescire fingeret? Quare cum illum dissimulationis coarguit Augustinus, & vitæ modum in toto orbe notissimum nescire ipsum fingere dicit; totum orbem alias totius orbis partes vocat.

Accedit loco quarto quod Augustinus 8. *Confessionum c. 6*. perspicuè fatetur se ante Potitiani amici enarrationem, nihil de Eremitarũ vita, monasterijsque resciuisse: quorum tamen exemplo se plurimum postea fuisse commotum, asserit c. 9. Quod si delicato lectori molestiæ est peruolutare librum, iam ipsa Augustini verba audiat ex c. 6 *citato: Inde sermo eius deuolutus est ad monasteriorum greges, & mores suaueolentiæ tuæ, & vbera deserta* Eremi, *quorum nos nihil sciebamus*. Instant, vrgent, cogunt nos hæc verba dicere illud viuendi genus in Africa nondum fuisse visum, cum ex Africa Augustinus Romam, ac Mediolanum deuenit aliàs non esset illius nescius Augustinus.

Ad hæc illud Augustini dictum *l. 2.* Retract. *cap. 21* libenter expendo: *Vt de opere Monachorum librum scriberem, illa me necessitas compulit; quòd cum apud Carthaginem Monasteria esse cæpissent: alij se suis manibus transigebant &c.* Cum cæpissent (inquit) apud Carthaginem esse monasteria: ergo antea nulla fuerant adhuc Carthagine; quæ tamen totius Africæ caput erat.

Vltimo

Vltimo non parum confirmatur assertio nostra ex eo laudis præconio, quod in Augustinum congerit Possidonius Augustini vitam describens *cap. vltimo.* reliquisse inquit illum totam Africam monasterijs plenam: quasi cuncta Africæ monasteria fuerint ordinis, institutique ab Augustino inducti: ad cuius exemplum Africani Episcopi, monasteria ædificare cœperunt, quorũ communis Pater Augustinus erat, vt inferius suo loco expendemus.

Augustinus igitur vt fuit religionis secundum Apostolicam vitam primus institutor, & auctor: ita similiter religiosi, atque Apostolici instituti primus fuit importator, & inuector in Africam. Ex quo fundamento multa, eaq; ad agnitionem pulchra, & ad obseruationem illustria deduci possent: quæ ego tamen breuitatitis amans prætereo.

CAPVT III.

Augustinus in Africa fuit Eremitarum monachorum fundator, ac institutor.

EX ijs, quæ diximus iam liquido constat Augustinũ fuisse alicuius Apostolicæ religionis in Africa institutorem: at cuiusnam religionis fuerit institutor? venire id quidem adhuc in dubitationem potest, imo vero venit, & est hac de re aliqua inter auctores dissensio, quam hoc loco dirimamus, oportet.

Prima circa quæstionem propositam sen-

tentia fuit ab impio profecta Erasmo in Censura ad tertiam regulam Augustini ad primi tomi calcem positam: vbi frontem satis perfricuit, vt euomeret, nec fuisse monachum Augustinum, nec vllos instituisse religiosos votis solennibus obligatos: sed diuersoria quædam qualia Romæ viderat, virorum, atque etiam mulierum: quibus liberum erat, cum vellent, discedere. Quæ diuersoria, Possidonius arbitratu suo monasteria appellauit.

Secunda sententia scaturiginem inuenit apud aliquos, nescio quam beneuolos nobis: fortassis etiam inuidentes (vt prouerbio circumfertur) figulis figulos: qui volunt Augustinum minime fuisse monachorum, sed canonicorum duntaxat regularium institutorem: Hi nimirum illi sunt, quos *lib.1.cap.vlt.* commemínimus: quidam inquam Hieron. Criuel. Eusebius Cremonensis, Domin. frisionarius, Aug. Ticinésis & Ioannes de Nigrauelle. Hoc tépore accedunt Landtmeter Witweiler; & Pennotus: quibus adhærent alij cum Holchoth in Commentarijs ad lib. sapientiæ: qui in hoc accinere gaudent Erasmo, quod Augustinus nec monachus, nec monachorũ fuerit institutor.

Huic 2. opinationi, opponitur opinio 3. quę iactat Augustinum solos monachos Eremitas non item regulares canonicos instituisse, quippe quos iam inuenerit institutos: quare iam institutos in domum Episcopi

dumta-

duntaxat coëgerit. Id probat Hieronymus Romanus 1.p. sui defensorij, & ante eum Ambrosius Coriolanus in suo etiam Ordinis defensorio: Quod etiam putant esse probabile viri rerum olim gestarum scientissimi inter quos honoris causa nominandus est doctissimus Gondisaluus Illescas *lib. secundo* historiæ Pontificalis *cap.* 8. in vita Anastasiæ Papæ.

Et quia quot capita tot sententiæ, extat adhuc 4. sententia quæ affirmat D. Augustinum vtriusque ordinis: Eremitarum dico, & Canonicorum regularium auctorem ac parentem esse: quæ sententia vulgatior est: & probatur inter alios Iacobo Bergomensi in supplemento Chronicorum *lib. 9. ad annum* 390. dum agit de vtroq; ordine.

Sed nondum exhaustæ sententiæ sunt: Vltima superest, quam videtur probare Hieronymus Torrensis *lib.* 4. *Confessionis* Augustanæ *cap.* 8. §. 6. vbi docet Clericos, quos in domo Episcopi Augustinus instituit, simul fuisse Monachos, ac subinde à prioribus, quos iam instituerat non fuisse distinctos. Vnde euenerit, vt ab Augustino sint monasteria multiplicata, non ordines.

In hac auctorum dissensione, & pugna sententiarum tam implicata: principio reijcienda est Erasmi opinatio tanquam impia, impioque fundamento nixa; quandoquidem

solen-

solennium votorum obligationem expungit: nec enim modo disputationem contra Erasmum inimus; sed cum omnibus Catholicis accipimus, & ponimus id, quod *cap.*1. constitutum reliquimus Augustinum veræ religionis fuisse auctorem: cuius religionis professores non erant iuris sui, vt delirat Erasmus: sed solenni se trium votorum cuique religioni essentialium obedientiæ, continentiæ, & paupertatis professione astringebant. Quod de religiosis Augustini sic esse penitus sentiendum, ipso Augustino teste, confirmat Hieron. Torrensis in dicto *lib.*4. Confessionis Augustanæ *c.*8. § 7.

Vltima porro doctissimi Hieronymi Torrensis sentẽtia, si vera est, pro nobis est: quare nos eam non accipimus equidem repugnanter, sed accipient aduersarij. Quia tamen huiusmodi exacta solutio ad nostrum nõ attinet institutum, suam ei sententiæ probabilitatem relinquimus, quanuis in oppositam opinionem propensius inclinemus.

Eādē ob causā de veritate 3. opinionis quatenus Augustinū fuisse institutorē ordinis Canonicorū regulariū negāt: nihil nūc affligabimur est enim huius quæstionis solutio extra institutū nostrū: quãuis si vera illa esset, pro nobis esset. Magis tñ arridet dicere Augustinū ad Episcopatum euectū, Clericos nō solū sedis Cathedralis (qui solent Canonici appellari) sed etiā alios in monasterio in domo Episcopi ædificato

M refor-

reformasse (sic enim claritatis gratia loqui liceat) & communem illam, atq; Apostolicam vitam, quæ multo antea fuerat à D. Marco instituta, in illis redintegrasse.

Quare cum communi opinione 4. loco posita, deposita contentione demus Augustinum Canonicorum regularium fuisse institutorem, fuisse parentem: nihilominus tamen eum præter hūc Clericorum regularium ordinem instituisse in Africa ordinem Eremitarum, atq; Monachorum in Eremo secundum regulam Apostolicam degētium: instituisse autem priusquam fieret aut presbyter, aut Episcopus; apertissimis testimonijs Augustini, Possidonij, Sigisberti, aliorumq; compluriu m sequentibus in capitibus benè fauente Numine patefaciamus.

CAPVT IV.

Augustinum instituisse Eremitarum Ordinem antequam fieret aut presbyter, aut Episcopus ostenditur ex Augustino contra literas Petiliani.

PRmū, quo propositā veritatē corroboremus, Augustini testimoniū desumatur *ex l.* 3. contra literas Petiliani *cap.* 40. *tomo* 6. quem librum agnoscit Augustinus 2. *lib* Retract. *ca.* 25. & meminit insuper in *epistola* 48. *tomo.* 2. Sic igi-

igitur ait: *Perrexit* (Petilianus scilicet) *ore maledico in vituperationem monasteriorum, & Monachorum: arguens etiam me, quod hoc genus vitæ à me fuerit institutum; quod genus vitæ, quale fuerit, nescit: vel potius toto orbe notissimũ nescire se fingit*. Hæc Aug. ibi: quibus verbis potest esse clarius ꝓfecto nihil.

Respondent tamen aduersarij nomen (Monachorum (illo loco nõ sumi pro Monachis strictè acceptis, qui à Clericis distinguãtur, sed pro Monachis ample sumptis; qua amplitudine Clericos regulares etiã comprehendit. Hos igitur (aiunt) qui soli ab Augustino instituti erant, Petilianus vituperabat: eorum viuendi modum culpabat: hos quòd instituerit, Augustinum verbis maledicis castigabat.

At responsio planè est non apta, & Augustini menti apertè repugnans: nam iuxta philosophiæ Aristotelicæ: atque iuris prudentiæ probatas regulas nomina sunt iuxta significationem propriam accipienda; non verò impropriam nisi ex mente dicentis de opposito constet iuxta tex *in L Non* aliter ff. de legibus 3. & docet Bart. *in l. ita* vulneratus ff. ad l. Acquiliam. Deinde Augustinus vbique discriminat Monachos à Clericis, vt legere licet in *epistola 76. & in li. de opere Monachorũ*; & alibi sæpè. Eodẽ etiam significato idem nomẽ in iure Canonico passim accipitur: nec proferetur vllus aut ex iure, aut ex Augustino locus, in quo nomen (Monachus) ita ample accipiatur, vt Clericos

regulares ambitu suæ significationis contineat. Quibus nos addimus, præsertim iuxta placitum aduersariorum, fieri nequaquam posse, vt in præcitato Augustini loco Monachi nomine regularis Clericus accipiatur: etenim illa verba: *Aut potius in toto orbe notissimum nescire se fingit*, Petilianum arguunt impudentiæ, quod vitæ genus toto orbe notissimum se scire dissimulet, nulla ratione queunt intelligi de vita Clericorum regularium, nota duntaxat in Africa (nam Clericos regulares fuisse ab Augustino recenter institutos, vel aduersarij ipsi fatentur, & clamitant: sed necessariò debent intelligi de veris, & proprie Monachis Eremitis, quorum nomen, & institutum in Aegypto, Mesopotamia, Græcia, deniq; in Italia, alijsq; orbis partibus Antonio, Hilarione, Basilioq; auctoribus vulgatissimum erat, & celeberrimum. Hoc igitur monasticæ vitæ genus non in Africa solum, sed in toto terrarum orbe, & antiquissimum, & sermone, linguisq; omnium vulgatissimum, & celebratissimum se nescire fingebat Petilianus vt Augustinum nouitatis insimularet, eo quod vitæ Monachalis in Africa fuisset inuentor.

CAPVT V.

Demonstratur eadem veritas ex sermone de communi vita Clericorum.

SEcūdā Augustini testificationē suppeditat *Serm.* 1. de Cōmuni vita Clericorum, quē esse

ſe non adulterinum Auguſtini partum iam oſtendimus in lib. ſuperioris c. 2. vbi quanquam tranſcripſimus omnia verba, & in gratiam Monachatus Auguſtini non indiligenter expendimus: eadem tamen omnia libet hic ſingulatim reſcribere, atque repetere, vt in gratiam inſtitutionis Eremiticæ ab Auguſtino factæ in Africa longè antequam ordinem Clericorum regularium inſtituiſſet: ſenſim omnia, omni reiecta incuria, penſitemus: *Vſque adeò timebam Epiſcopatum, vt quoniam cœperat eſſe alicuius iam momenti inter ſeruos Dei fama mea: in quo loco ſciebam non eſſe Epiſcopum; non illò accederem. Cauebam hoc, & agebam, quantum poteram: vt in loco humili ſaluarer, non in alto periclitarer. Veni ad iſtam ciuitatē propter vidē dū, amicūquē putabā me lucrari poſſe Deo, vt nobiſcum eſſet in monaſterio: quaſi ſecurus perueni, quia locus habebat Epiſcopum: Apprehēſus, & preſbyter factus per hunc gradum perueni ad Epiſcopatū: & quia hic diſponebam eſſe in monaſterio cū fratribus, cognito inſtituto, & voluntate mea Beatæ Memoriæ ſenex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo nunc eſt monaſterium. Cœpi boni propoſiti fratres colligere compares meos nihil habentes, ſicut nihil habebam, & imitantes me, vt quomodo ego tenuem paupertatem meam vendidi, & pauperibus erogaui, ſic facerent & illi, qui mecū eſſe voluiſſent, vt de communi viueremus. Cōmune autem nobis erat Magnū, & vberrimū prædiū ipſe Deus. Perueni ad Epiſcopatū, & vidi neceſſe habere Epiſcopū exhibere humanitatem aſsiduā, quibuſque venientibus, ſiue tranſeūtibus. Quod ſi nō feciſſē, Epiſcopus inhumanus*

diceret. Si autem consuetudo ista in monasterio permissa esset; indecens esset, & ideo volui habere in ista domo Episcopi mecum Monasterium Clericorum &c.

Ex his Augustini verbis, si vel mediocri adhibita attentione lustrentur animo, nemo nõ colliget Augustinum in Eremo, antequam Clericorum Monasterium in domo Episcopi, iam Episcopus erigeret; excitasse Monasteria duo, in quibus cum consocijs suis Eremitis, & Monachis secũdum Apostolicam regulam, quam illis præscripsit, sanctissimè vixit.

Sed iam in prædictis Augustini verbis inueniamus primũ illud monasteriũ, quod in cõfinibus vrbis Hipponis in nemore à ciuitate remotissimo patrimonij sui iam diuenditi expensis extruxit: *Quoniam cœperat* (inquit) *esse alicuius iam momenti inter seruos Dei fama mea*; inter seruos Dei inquam, hoc est, eos qui sæculo nuntium perpetuum remiserunt, seseque diuinæ militię solennis professionis Sacramento consecrarunt: *In quo loco sciebam non esse Episcopum, non illò accederem.* Hipponem verò, quia ea ciuitas habebat Episcopum, securus accedere poterat, & accessit sæpius; ideò ait; *Veni ad istam ciuitatem propter videndum amicum, quem putabam me lucrari posse Deo, vt nobiscum esset in monasterio,* de quo in ciuitatem aduentu, & Augustini amico, agit Possidonius in vita Augustini *cap. 3.*

Venit

Venit igitur Augustinus Hipponem, vt amicum quendam & Deo & suo monasterio lucraretur, addiceretque. Cui porrò Monasterio? Clericorũ ne? at Clericorum Monasteriũ nondum erat vllum: quia primùm in domo Episcopi, iam Episcopus erexit Augustinus: volebat igitur amicum illum lucrari, atque adiũgere Monasterio, quod iã habebat in Eremo priusquam amici lucrandi gratia Hipponem veniret: *Vt nobiscum* (inquit) *esset in Monasterio.* Quid est nobiscum? vtiq;: mecum, & cum cõmilitonibus, atque consocijs meis eiusdẽ propositi, voti, & professionis amatoribus. Augustinus igitur priusquam Hipponẽ amici inuisendi causa accederet, & omnino antequam presbyter crearetur, iam cum suis fratribus Eremitis in Monasterio constructo in Eremo cœnobiticam secundum regulam Apostolicam agebat vitam. Qua cũ interpretatione cõcinunt, quæ idẽ Augustinus docet *ser.* 5. & 14. ad fratres in Eremo, de quibus suo loco. Consonant & ea, quæ docent D. Antonin. Illescas, Villegas, Petrus de Trugillo, alijque Historici, quorum testimonia inferius adducemus. Porro Baronius 4. *p.* annalium Ecclesiasticorum *ad annum* 391 *pag.* 639. verba Augustini, quæ nunc explicando persequimur, accipit non de Monasterio iam extructo; quia licet Augustinus (vt ait) Monachale vitæ genus, quod iã dudũ elegerat in Africa apud Tagasten cum amicis,

& socijs suis, quos ex Italia detulit, excoluerit: attamen quando Hipponem venit, nondum aliquod ab eo monasterium fuerat in Africa constitutum; sed eius erigendi causa Hipponem se contulit. Id sapientissimus scriptor collectum esse vult ex illis Augustini verbis in hoc eodem sermone repositis: *Quia hic disponebam esse in Monasterio cum fratribus: cognito instituto, & voluntate mea beatæ memoriæ Valerius Episcopus dedit mihi hortum illum in quo nunc est Monasterium.* Nondum igitur Augustinus aliquod in Africa erexerat Monasterium: sed meditabatur illud Hippone erigere, contulitque se Hipponem, tum illius erigendi gratia; tum visendi amici, eumque Deo lucrandi, vt in Monasterio à se apud Hipponensem vrbem erigendo, & secum, & reliquis cum Sodalibus pariter viueret. Existimat enim memoratus auctor (id quod nónulli alij) Augustinum duo solum erexisse Hippone Monasteria: vnũ Eremitarum in horto Valerij: alterum Clericorum in domo Episcopi factus Episcopus.

Hæc explicatio, quãuis nec cordi sit, nec ex Augustini verbis suauiter eruatur, nostrũ tamẽ propositũ etiã cõfirmat: etenim ex verbis Augustini, Baronio explicante, habemus Augustinum Hipponem se contulisse, & gratia erigendi apud eã vrbẽ Monasteriũ, & lucrãdi amicũ, qui ipse in Monasterio, ꝙ suis consocijs erigi cupiebat, cũ eodẽ Aug. & alijs secundum

vitam

vitam Apostolicam Deo inseruiret. Cedò autē homines, quibus Monasterium Hippone vellet erigere Augustinus: nunquid Clericos regulares? at cū de Episcopatu non ageret, profecto nec de erigendo intra Ecclesiam, & in Episcopi domo Clericis Monasterio adhuc agebat: quia nimirum clericos, nisi Episcopus ad cōmunem vitā in Episcopio reducere, nec valebat, nec moliebatur. Volebat igitur Augustinus apud Hipponē in Eremo Monasteriū erigere suis gregalibus, cum quibus, & in Italia, & in Africa secessit rus, & in eo rure, siue Eremo cū eisdem ferme triennium (scriptore Possidonio in vita Augustini, c.3.) Eremiticam duxit vitam; idq; adeò apud Tagasten patriam (si Baronio) credimus: iā verò socijs Eremitis nequaquā quæreret Monasteriū ad conuiuendū, nisi iam de regula viuendi secundū Apostolos deliberasset. Quare August. Eremiticū sodalitiū, religionēq; sub regula Apostolica, & vita communi iam instituerat, iamq; fundauerat, cum de erigendo suis Eremitis apud Hipponem Monasterio cogitabat. Quo fit, vt Baronij explicatio nostram confirmet.

Illa tamen explicatio nec ex citatis Augustini verbis eruitur, nec est cordi. Nō eruitur quidē: quoniā illa verba sūt Augustini iā presbyteri: factus nāq; presbyter, quia populūcurare, & gētē sibi cōcreditā cōmode administrare nō poterat; nisi haberet iuxta Hipponē Monasteriū Eremit. cū quib⁹ pariter viueret: idcirco de

ædificando propè Hipponem Monasterio deliberauit, atq; hoc votum suum Valerio significauit. Ille horto ruri extra Ciuitatem, non longè tamen dissito donauit Augustinum, vt ibi suorũ Eremitarum monasterium erigeret, & cum eis viuens satisfaceret desiderio. Hinc ægrè inferet Baronius, Augustinum antè hoc temporis nullum adhuc in Africa Monasterium erexisse.

Non est autem cordi memorata explicatio: in primis quia non video vnde illius auctor colligat Augustinum, cum venit Hipponem, vt amicum lucraretur: simul etiam venisse gratia erigendi ibidem Monasterium, etenim ex citatis à Baronio Augustini verbis, non id colligi, iam ostendimus. Nec vero Augustinus, aut Possidonius illius ad ciuitatem aduentus aliam causam ponunt, præterquam commemorati amici, ad Deum, & Monasterium traductionem.

Deinde quoniam Augustinus in horto sibi iuxta Hipponem à Valerio dato Monasterium, nisi creatus presbyter non construxit, vt liquet ex verbis illis Augustini: *Apprahensus, & presbyter factus per hunc gradum perueni ad Episcopatum: & quia hic disponebam esse in Monasterio cum fratribus, cognito instituto, & voluntate mea. Beatæ memoriæ senex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo nunc est monasterium.* Id quod etiam docet D. Antoninus, & cõcedit Baronius. Porrò antequam

tequam presbyter fieret constitutus iam in agris proprijs, (hoc est) in patria, abdicatis iam à se sæcularibus curis, vna cum ijs, qui ipsi adhærebant fermè triennium Deo seruiuit ieiunijs, & orationibus, bonisque operibus totus addictus, vt perscribit Possidonius in vita Aug. *cap. tertio* non quidem in vrbe, sed in agro, ac semota Eremo, teste eodem Baronio ad *annum* 389. vbi etiam addit Augustinum Monasticæ vitæ genus, & institutum cum suis ibidem excoluisse. Ecquis autem credet Augustinum cum consocijs triennio Monachalem in Eremo duxisse vitam, & non in aliquo monasterio? num toto illo tempore fuerunt anachoretæ? minimè verò: siquidem Augustino duce communiter viuentes Deo optimo maximo militabant. Quod si cænobitæ fuerunt, vtique in Monasterio simul fuerunt: non grauati vilia Tuguriola, atque humiles habitare casas. Quocunq; tamen modo tunc tẽporis simul vixerint in Monasterio: illud vtique obtinemus Augustinũ antequam aut Episcopus, aut presbyter esset Eremiticam Societatem & instituisse sub Apostolica regula, & eandem cum socijs in eodem Monasterio vna mente, & corpore obseruasse.

Sed contextum Augustini in *ser.* 1. de communi vita Clericorum exponendo persequamur: *Apprehensus, & presbyter factus per hunc gradum ad Episcopatum perueni, & quia hic disponebam esse*

cum

cum fratribus meis, cognito instituto, & voluntate mea Beatæ memoriæ Senex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo nunc est Monasterium. Cæpi boni propositi fratres colligere compares meos nihil habentes, sicut nihil habebam; & imitantes me, vt quomodo ego tenuem paupertatem meam vendidi, & pauperibus erogaui; sic facerent & illi, qui mecum esse voluissent, vt de communi viueremus. Vide enim Monasteriũ Augustino erectum in horto; in Eremo quidem, sed prope Hipponem: siue illud fuerit primum, vt Baronius cum nonnullis autumat; siue secundum quod verior, & communior sententia probat; huius enim enodatio, nodi parum facit ad institutum nostrum: sicut etiam confert parum, quod Augustinus hoc Monasterium à presbyteratu, vel ante presbyteratum erexerit: quo tecunque enim verteris, semper illud obtinebimus, hoc Monasterium ab Augustino excitatum, antequam ille foret creatus Episcopus, ac proinde fuisse aliud ab eo, quod in domo Episcopi factus iam Episcopus Clericis regularibus excitauit: id quod sequentia verba nimis demonstrant. *Perueni* (inquit Augustinus) *ad Episcopatum. & ideo habere volui mecum in domo ista Episcopi Monasterium Clericorum*: in quod ille quidem Monasterium Clericos regulares sub communi, & Apostolica vita congregauit: vbi huic primæ viuẽdi rationi, siue potius eius iam antiquatæ instaurationi dedit initium. Cũ igitur Augustinus nondum Episcopus Monasterium

ſterium in horto ædificauerit, erit illud proculdubio aliud, atque diſtinctum ab eo, quod iam Epiſcopus in domo Epiſcopi Clericis erexit. Nam & locus ea, & tempus diſcriminant. Vnde etiam in priori monaſterio, quod eſt fabricatum in horto, quatuor annis manſit: nam totidem manſit presbyter teſte Baronio circa *annum* 39. atque Proſpero, quem citat.

Id quod ſatis oſtendunt hæc Auguſtini verba: *Perueni ad Epiſcopatum, & vidi neceſſe habere Epiſcopum exhibere humanitatem aſsiduam quibuſquè venientibus, ſiue tranſeuntibus; quod ſi non feciſſem Epiſcopus inhumanus dicerer: ſi autem conſuetudo iſta in monaſterio permiſſa eſſet, indecens eſſet, & ideo volui habere in iſta domo Epiſcopi monaſterium Clericorum.* Vnde plane colligimus prius illud monaſterium, quod in horto erexerat, tanta fuiſſe religione obſtrictum, vt illud minimè decuerit aſſidua hoſpite ad Epiſcopum diuertente (quamquam debita, & neceſſaria) excipiendi humanitas: ſtrictioris igitur erat vitæ, altioris contemplationis, ſuperioris paupertatis: neque vero mirum: nam expectabat finem diuerſum monaſterium vtrunq; : Clericorum vitam actuoſam vulgo vocant actiuã: monachorũ cõtẽplatricẽ monaſticã ſeu Eremiticã.

Atque hoc ego loco proſilientis animi impetum cohibere non poſſum quin omnes aliter ſentientes compellem, orem, atque obteſternum monaſterium in horto ædificatum,

in quo

in quo cæpit Augustinus boni sui propositi asseclas fratres sub communi, & Apostolica vita colligere; clericorum fuisse iudicent, an potius Eremitarum? Nisi me opinio propria fallit, non dicent clericorum: clericorum etenim monasterium non nisi Episcopus, & in Episcopi domo Augustinus erexit: non tam contemplationi dicatum, quam actioni: ergo dicent Eremitarum: dicent, & monachorum. Vbi ego iam quærere pergam quonam ædificatore erectum? quo parente genitum? inueniam autem sine dubio Augustinum, vt illa verba probant: *Cæpi boni propositi fratres colligere compares meos nihil habentes, sicut & ego nihil habebam, & imitantes me &c.* Itaque fratribus Augustinus ædificauit, fratres in monasterium Augustinus collegit: Augustinum fratres ad Deum conuersi tanquam vitæ exemplar præstantissimum sunt imitati: testificatur omnia Augustinus: & negabit adhuc quisquam fuisse Augustinum Eremitani Sodalitij auctorem, & patrem? Sane quidem Augustini testimonium ita est apertum, & locuples, vt tergiuersationi quantumcumque se aduersarij in omne latus conuoluant, nullus iam superfit locus. Quare ad vlteriora pergamus.

CAP.

CAPVT VI.

Eadem veritas tertio demonstratur ex nonnullis aliјs Augustini locis.

TErtio loco veritas cap.3. ad demonstrandum proposita confirmari potest ex nonnullis aliјs Augustini locis inter se collatis. Ille videtur insignis in primis qui legitur in *epist.89.* ad finem *quæst.4. tomo.* 2. quo in loco postquam Augustinus testatus est se illam vitæ formam, ac professionem fuisse secutum, de qua Christus agit. *Matth.19.vende omnia,quæ habes &c.*(quam eandem esse vitam religiosam ac cælibem, qualem religiosi & monachi nostri temporis viuunt, diffusè ostendimus superioris libri *capite* 1. hæc verba adiungit *Et ad hoc propositum quantis possum viribus alios exhortor, & in nomine Domini habeo consortes, quibus hoc per meum ministerium persuasum est.* Fatetur vides Aug. expresse auctorem esse se religiosi cuiusdam instituti, ac Societatis, ad quam socios & iam aggregatos habet, & aggregare tamen alios non desinit. Augustinum porro eo in loco agere de contubernio, religioneue Eremitana, quam ipse, antequam fieret Episcopus, fuit professus, ostendimus in præcitato *cap.1.*

Verum clarius id intelligemus, si quæ Aug. scribit *in epistola* 70. data ad Bonifacium Comitem ea morosius expendamus: increpat illum Augustinus quod post monachatus propositi-

positum siue votum nuncupatum ; vxorem duxerit. *Recole, inquit, quomodo vanitas sæculi huius horrueris, & quomodo concupieris seruitutem Dei, nos nouimus, nos testes sumus, quid nobiscum apud Tuburas de animo, & voluntate tua fuerimus collocuti, nempe omnes actus publicos, quibus occupatus eras, relinquere cupiebas, & te in otium sanctum conferre, atque in ea vita viuere, in qua serui Dei monachi viuunt.* Vides ad quem vitæ statum Augustinus Bonifacium Comitem adhortabatur? ad eius nimirum vitæ, in qua serui Dei monachi viuunt; non ad vitam clericorum regularium, cum quibus in domo Episcopi ad populi fidelis regimen Communiter habitabat, sed ad monachorum Eremitarum, quos tanquam filios primogenios atque verè legitimos in Christo extulerat. Accipe & alia verba in exitu eiusdem epistolæ: *si coniugem non haberes, dicerem tibi quod & tribuno diximus, vt in sanctitate continentiæ viueres: adderem, quod tunc fieri prohibuimus, vt iam te à rebus bellicis abstraheres, & ei vitæ vacares in Societate Sanctorum, cui tunc vacare cupiebas.* Cuinam vitę? vtique illi, in qua serui Dei monachi viuunt, vt antecedente oratione iam dixerat.

Accedat *epistola* 64. quam adhuc presbyter ad Aureolum Episcopum misit, ita enim habet: *Quod fratrem Alipium in*

nostra

nostra coniunctione mansisse, vt exemplum sit fratribus curam huius mundi vitare cupientibus, benignissimè accepisti: ago gratias, quas nullis verbis explicare possum: Dominus hoc rependat in animam tuam; Omnis itaque fratrum cætus, qui apud nos cæpit coalescere, tanta sibi prærogatiua obstrictus est, vt locis terrarum tantum longè disiunctis, ita nobis consulueris tanquam præsentissimus. Quapropter precibus, quantum valemus, incumbimus, vt locum tibi commissum tecum Dominus sustinere dignetur, nec te vspiam deserere, sed adesse adiutor in opportunitatibus faciens cum Ecclesia sua misericordiam per Sacerdotium tuum qualem Spirituales viri, vt faciat, lachrymis, gemitibusque interpellant. Expendamus apertissimum Augustini testimonium de cætu religioso, qui apud eum cæpit coalescere, cuius fratres viros appellat Spirituales. *Omnis fratrum cætus, qui apud nos cæpit coalescere*, inquit. Quid est apud nos? vtique qui mea institutione, hortatu, atque impulsu meo Deo adhærent. Consonat vero verum: nam August. in *sermone primo* de Communi vita Clericorum ait: *Cæpi boni propositi fratres colligere compares meos nihil habentes &c.* Quod ille quidem opus aggredi cæpit in monasterio erecto iuxta Hipponem in horto sibi à Sancto Valerio tributo. Ecce cætum fratrum, qui auctore Augustino cæpit adunari &

iungi. At, quando colligi cæpit in vnum, vtique Augustino adhuc presbytero: sic enim epistolæ inscriptio habet: *Aurelio Episcopo Augustinus presbyter*: Ergo nondum natus erat Clericorum cætus, qui Augustino iam Episcopo in domo Episcopi postea collectus fuit: erat igitur hic fratrum cætus. Eremitarum caterua, quod Augustinus in horto Valerij sub vna, eaque Apostolica regula instituit, & congregauit.

Nec verò prætermittam silens illa verba ad epistolæ calcem apposita: *Agrum fratribus datum prouisione, & liberalitate tua didicimus.* Ex quibus colligo Augustino adhuc presbytero cæpisse Eremitarum ordinem longè, lateque per Africam propagari. Nam Aureolus Carthaginensis Episcopus, vt hic asserit Augustinus, dedit fratribus agrum: quorsum vero dedit? arbitror vt eiusdem ordinis monasterium propè Carthaginem in illo erigeretur, apud quam ciuitatem, illiusque prædia suburbana, multa alia monasteria viuo, adhuc Augustino ædificari cæperunt, vt idem August. *secundo lib.* Retract. *capite.* 21. hisce verbis scribit: *Vt de opere monachorum librum scriberem, illa me necessitas compulit, quod cum apud Carthaginem monasteria esse cæpissent, alij se suis manibus transigebant &c.* Hæc autem monasteria fuisse Eremitarum Sancti Augustini, quos idem

Augu-

Augustinus apud Hipponem primum constituit, verba Augustini *Epistola* 64. quæ expendimus, euidentissime mihi, atque omnibus rectè sentire volentibus, argumento demonstrant. Nam Aureolus illius ciuitatis Episcopus, fratribus Augustini memoratum agrum impertiuit, cuius beneficij, ac donationis memor Augustinus, illi gratias agit. Nec vero, ad id colligendum citatus tantum locus fauet: fauent & alij in eodem libro collocati multi: nam Augustinus monachos illos apud Carthaginem morantes, sæpe filios, sæpe appellat fratres, vt videre est *cap.* 1. 21. 28. *&* 29. & alibi non infrequenter.

Addimus & argumentum illud: quoniam Augustinus religiosum monachorum institutum in Africam primus inuexit; vt huiusce *libri cap.* 2. fusè ostendimus. Vnde ea monachorum monasteria, quæ viuente Augustino per totam Africam disseminata sunt, ordinis profectò Eremitani erant. Id quod satis indicat, imò explicat Possidonius in capite vltimo vitæ Augustini, dum AVGVSTINVM narrat totam Africam monasterijs plenam reliquisse; quæ sanè laus, nullo modo AVGVSTINO deferenda foret, si alterius instituti quam Eremitani illa monasteria fuissent.

in Christo nutriendis seruire se dicit, eo quòd licet Episcopus, & in domo Episcopi cum Clericis viueret (fuisse enim iam tunc Episcopum nullus Epistolæ lector ambiget) suorum tamen Eremitarum tanquam propriorum partuum impensam curam agebat.

Ex quibus omnibus (vt existimo) iam fit meridiana luce clarius Augustinum in Africa Eremitarum Ordinem procreasse lato interuallo distinctum ab ordine regularium Clericorum: actum tamen agamus, & hoc ipsum vltimo loco ex sermonibus eiusdem Augustini ad Fratres in Eremo fortissime euincamus.

CAPVT VII.

Eadem ipsa veritas ex sermonibus Augustini ad Fratres in Eremo quartò ostenditur.

AD vltimum locum vltimam ex Augustino petendam probationẽ reiecimus eã, quæ sumitur ex sermonibus illius ad Fratres in Eremo, quos esse genuinos, ac legitimos Augustini partus *lib. 1. cap.* vltimò abundanter ostendimus. Nec aliam puto eos ob rationem reijciunt, impugnãtue Aduersarij, nisi quia suã ipsorum cõtentionem, qua Ordini Eremitano

Augustinum parentem negant, vident illorum testimonio confundi omnino, atque expugnari. Nos, quandoquidem hi sermones cum superioribus Augustini locis, quos nemo reijcit, in nostra confirmanda propositione consentiunt; nihil magnoperè curabimus quod eos aliquis incuset mendacij, & nitatur accusatione sua testimoniorum, quæ inde protulerimus, vim eneruare. Itaq; audacter iam audiamus quot, & quàm honesta in eis testimonia pro nostra causa proferat Augustinus.

In sermone 4. eia fratres mei, vt multi ex vobis viderunt, & audierunt, veni ad Ciuitatem Hipponensem, & securè perueni, quia ibi Episcopus erat sanctus homo ille Valerius: non enim credebam Episcopari, ideo securè perueni cum charissimis meis amicis Euodio, Simplicio, Nibridio, & Alipio nihil mecum diuitiarum portans: & Dei gratia me coadiuuante fauoratus non modicum ab Episcopo, & sene Valerio fui; qui mihi dedit hortulum in Eremo à gentibus segregatum, vbi multo labore fatigatus ædificare cœpi Monasterium, & cum longa anxietate congregaui in vnum seruos Dei, & sic vobiscum pariter viuere cœpi secundum regulam Apostolicam, omnia communiter possidentes Deinde placuit ei, qui me segregauit de vtero matris meæ; mihi dicere ascende superius, & factus sum Episcopus presbyter: & quoniam vobiscum hic esse non poteram, in domo Episcopi presbyteros

teros mecum habere volui , & cum eisdem pariter viuere cæpi. Hoc loco annotauerim non fuisse hunc aduentum in vrbem Hipponem illum , cuius meminit Augustinus in *sermone primo* de communi vita Clericorum, quando venit Hipponem inuisendi amici gratia, vt eum Deo , Monasterioque acquireret. Fuit hic aduentus primus post diuenditum patrimonium , & pauperibus erogatum. Venit autem cum socijs in eam vrbem , vt patriam forte fugiens,in qua nullus vnquam, Propheta fuit acceptus , solitarium locum in suburbanis illius ciuitatis prædijs , & voto suo accommodatum nancisceretur vbi posset cum suis secundum Apostolicam regulam communiter viuere. Nec est improbabile fuisse tunc affatum Valerium causa obtinendæ facultatis ad ædificandum monasterium ; quod ipso fauente Valerio (vt ingenuè fatetur) in loco ab hominibus valde deserto fundauit : eo (credibile est)tempore , quo nondum erat Augustinus Valerio intimè notus , quanuis de eius baptismo , & quæ contigit in Italia conuersione multa audierit.

Sermone 5. ad sacerdotes suos ita scribit: *Ego sacerdos Dei , vt multi vestrum nouerunt , veni ad hanc ciuitatem cum amicis Euodio , & securus veni , quia sciebam præsulari sanctum*

apud Valerium Episcopum honestissima percrebesceret, fuit ille à populo apprehensus, & ad Valerium pertractus inuitus, vt presbyter, & coadiutor seni Valerio ordinaretur. Quod placuit quidem Valerio; itaque eum in presbyterum cooptauit opportuno tempore ordinandum. Vnde arctiori iam amicitia cum Valerio inita, habitaque certiori, & illustriori de Apostolica Eremitarum vita in Eremo degentium cognitione Valerius ad Augustinum, & Augustinianos Eremitas diuertit, & fuit apud eos diebus tredecim multa cum Augustino de gubernatione plebis conferens. Nouit tūc esse illi in animo habere monasterium aliquod vicinius ciuitati, ex quo facilius in vrbem excurrere, & in populi administrationem incumbere commodius posset; id cum etiam perplacuisset Valerio, donatus est ab eo horto quodam ad Monasterium erigendum sic apto, vt extra quidem (quod congruebat Eremitis) sed tamen prope vrbem foret, vt ex statione tam vicina presbyteri officio deesse non posset. Hoc igitur in horto Augustinus iam presbyter posuit secundum Monasterium, in quo cum suis Eremitis quadriennio communiter vixit, antequam Episcopus crearetur, vnde addit: *Quo ædificato placuit ei & factus sum Episcopus presbyter, & quia*

cum fratribus meis, vt hactenus feceram semper corpore habitare non poteram, propterea intra domum Episcopi vos Clericos habere volui, & mox vobiscum secundum formam Apostolicam viuere cœpi. Deinde ipsos Clericos regulares comparat cum suis fratribus Eremitis, atque hæc sane collatio (Si quis forte nescit) totam hisce sermonibus apud Canonicos regulares conflauit inuidiam. Verùm cum ea, quæ dicta sunt, hactenus mirum in modum consentiant cum his, quæ asserit Augustinus in *sermone* 1. de communi vita Clericorum, nullum illis possunt mendacium aduersarij obijcere. Vnde iam plana habemus tria monasteria Augustini: Monachis Eremitis attributa duo, tertium clericis: de quo latius in serm. 14.

Vbi ad hunc modum scribit: *Vt bene nostis fratres Charissimi, tria monasteria apud Hipponem Dei gratia merui laudabiliter ad honorem Sanctæ Trinitatis construere, quorum primum hoc est, in quo iam annis multis modico pabulo contenti hilariter commoramini &c. Aliud quoque monasterium in horto, quem scilicet Pater noster Valerius mihi dedit ædificatum est: & quoniam postquàm presbyter Episcopus factus sum; nec semper hic vobiscum cohabitare potui, nec cum fratribus, qui in prædicto monasterio positi sunt: propterea intra domum Episcopi mecum habere volui monasterium Clericorum, & cum eisdem pariter*

ter viuere cæpi secundum regulam , & Apostolicam traditionem. &c. Nihil noui in hoc sermone annotandum occurrit, inspiciamus sequentem.

Sermone 21. qui de triplici genere Monachorum inscribitur, hæc scribuntur: *Perueni ad Africam pia matre defuncta , & ædificaui Monasterium, in quo nunc sumus, in solitudine, & à gentibus segregatum , & placuit Deo centenarium numerum fratrum mihi donare.* Deinde quod attinet ad nostrum propositum, post multa, sic ait: *Sic videtis quia ante me, multi fuerunt Patres, quos sequi, & imitari debemus, non tamen, sicut ego, secundum Apostolicam vitam, alios viuere docuerunt. Caput igitur, & principium omnium vestrum secundum Apostolicam vitam meipsum dicere, non erubesco.* Verissime quidem quoniam fuerunt Augustino superiores Antonius in Aegypto, Hilarion in Mesopotamia, plures alij in Græcia, quamplurimi in Italia , apud quos diutius commoratus est Augustinus: quorum tamen nullus docuit viuere secundum regulam Apostolicam, vt omnia essent communia. Nam licet Basilius Monachis regulam scripserit, & veterem , agrestemque viuendi rationem ad meliorem formam traduxerit (vt Nazianzenus dicit :) tamen quod omnia Monachis essent communia , nec eorum quispiam aliquid proprium diceret , ac haberet . id

id vero primus omnium docuit Augustinus. Rursus addit; *Vos estis vinea mea electa in medio Ecclesiæ paradisi plantata: ad hanc vineam ego solus Dei virtute vos congregari, & operarios meos vos feci.* Et quæ de Monasterijs iam dicta sunt, repetit rursus: vt videre quiuis poterit.

Vltimo lectitandi sunt sermones 39. & 40. (vt interim alios omittamus) his enim perlectis nihil iam reliquum dubitationis erit apud eorum mentes, qui sermones istos esse existimauerint Augustini. Et hæc quidem de Augustini testimonijs; ad exterorum testimonia accedamus.

CAPVT. VIII.

Eremitanum Ordinem ab Augustino in Africa fuisse creatum, probatur ex Possidonio discipulo Augustini.

IN superioribus huius libri capitibus sanctissimi Augustini, cuius patrocinium in hac disputatione suscipimus, testificationem adduximus: nunc testes alios occulatos, auritosque, quorum testimonia non possint non esse omni fide dignissima, omnique (vt aiunt) exceptione maiora in medium producamus: vnum quidem in hoc, alterum in sequenti capite.

Primus esto Possidonius, qui Augustini vitam

tam non minus doctè, quàm verè ſcripſit: is in c. 5. ſcribit iſthæc: *Factus ergo presbyter Monaſterium intra Eccleſiam mox inſtituit, & cum Dei ſeruis viuere cæpit ſecundum modum, & regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam, maximè vt nemo quicquam proprium in illa Societate haberet, ſed eis eſſent omnia communia, & diſtribueretur vnicuique prout cuique opus erat: quod iam ipſe prior fecerat, dum de tranſmarinis ad ſua remeaſſet.* Hoc monaſterium, quod factus presbyter mox inſtituit intra Eccleſiam, putat nonnulli fuiſſe illud, quod in horto, quem illi S. Valerius dederat, Auguſtinus erexit, quod ipſum fuit Eremitarum Monaſterium, non Clericorum. Ita ſe rem habere exiſtimat doctiſſimus Coriolanus in defenſorio ordinis ad ſextum argumentum contra primam veritatem, & rurſus in 5. argumento pro veritate quinta. Aſſentitur Hieronymus Romanus in ſuo ordinis defenſorio *primæ p. cap. 6.* poſt principium. Huius opinionis fundamentum eſt, quia ex Auguſtino *ſerm.* 1. de communi vita Clericorum, & ex pluribus ad fratres in Eremo non obſcurè conſtat, Auguſtinum non niſi iam Epiſcopum erexiſſe Monaſterium Clericis regularibus: presbyterum autem Eremitis in horto Valerij.

Nec obſtat (inquiunt) quod Poſſidonius illud Monaſterium intra Eccleſiam fuiſſe ædificatum narret: nam non eſt ſenſus quod intra Eccleſiam, hoc eſt intra Eccleſiam cathedralem

ſem in domo Epiſcopi, ſed intra Eccleſiam Hipponenſem intellige, *hoc eſt* ſub Hipponenſis Eccleſiæ Obedientia illud erexerit, hæc, ex præcitatis doctoribus.

Verum propoſita opinio minimè placet alijs: quinimo, ne ipſi quidem Coriolano omnino arridet; ſi, quæ in quinto pro prima veritate argumento docet, ea lentius expendantur. Cur non placeat, eſſe fortaſſe poterit ratio prior, quia non ſatis accommodatè explicat illud verbum [*intra Eccleſiam*] quod ipſum accommodatius accipitur pro domo Epiſcopi, ſiue (vt vno verbo dicam) pro Epiſcopio, in quo Clericorum Monaſterium fuit ab Auguſtino iam Epiſcopo ædificatum: hoc enim apud omnes alios, Poſſidonij verba ſignificant: Sanctum Antoninum dico, Beatum Iordanũ, Bergomenſem, Illeſcas, Villegas, & nouiſſimè Cæſarem Baronium. Id quod etiam ſenſiſſe Sigisbertum ſatis aperiunt illa in epiſtola ad Macedonium verba ſubiecta: *Factus presbyter Monaſterium Clericorum inſtituit in domo Epiſcopi.*

Poſterior ratio: quia quæ ſcribuntur à Poſſidonio *cap* 11 *&* 15. ſuadere videntur, memoratum Monaſterium fuiſſe illud, in quo Auguſtinus in domo Epiſcopi cum ſuis Canonicis regularibus poſitus, in Epiſcopatu conuixit.

Hanc tamen memoratam expoſitionem valdè

valde impugnat quod Augustinus Monasterium Clericorum in domo Episcopi non erexit presbyter, sed iam Episcopus, aut apertissime testificatur vel ipse Augustinus in allegato *sermone primo* de communi vita Clericorum.

Nodus hic hodie multos non minus, quam Alexandrum olim Gordianus, angit, ac solicitos habet: dicunt enim quidam nomine presbyterii à Possidonio intelligi Episcopum: id quod magis placet Coriolano in dicto argumento quinto pro quinta veritate, & alijs.

Cæteri è contrario volunt Augustinum in dicto *sermone primo* de communi vita Clericorum, nomen Episcopi pro presbytero accepisse. Quæ tamen explicatio est sine dubio reijcienda: nam licet Episcopus in sacris literis interdum appelletur presbyter: nunquam tamen, qui simplex Sacerdos est, est Episcopus appellatus. Quid? quod in prætitato *ser.* 1. de communi vita Clericorum ipse Augustinus se presbyterum à se distinguit Episcopo? vt legenti facilè patebit; & fabricationem Monasterij Clericorum sibi in Episcopali, non verò in presbyterali constituto attribuit?

Id quod etiam satis persuadet ratio ea, quæ, vt id Monasterium extrueret impulit Augustinum; assidua inquam fidelium ad Episcopum diuertentium, & vix

vnquam

inquam interrupta frequentia: ad quos hospites recipiendos sui muneris ergo presbyter Augustinus non cogebatur, cogebatur Episcopus.

Prior verò explicatio planior est, cum sæpè Episcopus in sacris literis presbyteri nomine significetur: igitur Possidonij mens talis erit: *Factus ergo presbyter hoc est Episcopus Monasterium intra Ecclesiam mox instituit.* Qua admissa explanatione omnia consonãt. Nisi quod mordet adhuc mentem scrupulus ille: quoniam statum presbyteratus Augustini ab Episcopali statu in toto Augustinianæ vitæ progressu Possidonius omnino distinguit, agitque in dicto *c. 5.* de Augustino adhuc simplici presbytero: & quæ illi presbyteratus sui tempore, antequam esset consalutatus Episcopus, accidêre diligenter enarrat. *Cap.* deinde *octauo* refert vt fuerit ad Episcopi dignitatem euectus. Quare verba illa non de Augustino presbytero, id est simpliciter presbytero accepisse videtur.

Ob quam rationem Cæsar Baronius 4. *p. suorum annalium* iam citata ad *annum* 391. *pag.* 640. Possidonium quod ad hanc narrationis partem attinet, posthabendũ existimat: nec etiã vllo modo cum eo sentiendũ Augustinum factum presbyterum monasterium intra Ecclesiam instituisse: aliter enim se rem habuisse præcitatus Augustini sermo (vt ait) omnino declarat.

Quæ

Quæ Baronij existimatio necessario probanda est ei, cui prædictarum explicationum neutra placuerit.

Ego tamen vix adduci possum vt credam, Possidonium, qui omnium, quæ scribit, est oculatus testis, aut ignorasse, quæ Augustinus fecit, aut aliter, quàm ipse fecerit enarrasse. Quocirca priorem illam sententiam, quæ Coriolano, & Hieronymo Romano probata fuit, puto esse verissimam, Possidoniumque in prędicatis verbis egisse arbitror de Monasterio, quod in horto Valerij in Eremo quidem; sed prope Hipponem fuit ab Augustino presbytero ædificatum. Quod ipsum in eo sensu dicitur intra Ecclesiam (Hipponensem scilicet) esse constructum, quia intra terminos, & suburbana Hipponensis Ecclesiæ prædia fuit extructum, vel quia prædium erat de possessione mēsæ Episcopalis, quæ per Ecclesiam fuerat episcopio attributa. In hanc autem sententiam ego adducor; in primis quidem, vt Possidonium testem oculatum, & ob integerrimæ vitæ sanctitatem veracissimum vindicē (sicut oportet, & decet) à nota falsitatis; docet enim ratio naturalis, iuraque præcipiunt, vt pro conciliandis testiū assertionibus, testimoniorum verba, si oportuerit, improprientur (sic loquuntur Iuristæ, sic loqui cum Iuristis libet) hoc est in significatione etiam extēsa & impropria accipiatur, vt docent cōsentione

O com-

communi scriptorum commentaria *in Cap Cũ tu* de testibus per·tex.ibi.

Cur igitur pro conciliando Possidonio cũ Augustino non ita eum vsurpasse dixerimus illa verba [*intra Ecclesiam*] vt quod Monasteriũ intra Ecclesię fines, non ita pręsertim remotos ædificarit presbyter Augustinus, id Posſidonius scripserit esse intra Ecclesiam ædificatum.

Deinde impellunt me in eandem sententiam illa ab eodem Posſidonio scripta verba cap 11. *Proficiente verò doctrina diuina sub sancto, & cum Sancto Augustino in monasterio Deo seruientes Ecclesiæ Hipponensi clerici ordinari cæperunt, ac deinde innotescente, & clarescente de die in diem Ecclesiæ Catholicæ prædicationis veritate Sanctorumque seruorum Dei proposito, continentia, & paupertate profunda ex monasterio, propter quod per illum venerabilem virum & esse, & crescere cæperat, magno desiderio poscere, atque accipere Episcopos, & clericos. Pax Ecclesiæ atque vnitas & cæpit primo, & postea consecuta est Nam ferè decem, quos ipse noui, sanctos, & venerabiles viros continentes ac doctissimos B. Augustinus diuersis Ecclesiis, nonnullisque eminentioribus rogatus dedit. Similiterque & ipsi ex illorum sanctorum proposito venientes, Domini Ecclesiis propagatis, & monasteria instituerunt, & studio crescente ædificationis verbi Dei, cæteris Ecclesiis promotos fratres ad suscipiendum sacerdotium præstiterunt* Qua in oratione illud in primis annotandum est, quod

ait

ait Possidonius: Eorum, qui in monasterio Deo seruiebant augescente doctrina, cœpisse illius monasterij fratres ordinari clericos, & præfici Ecclesiæ Hipponensi: quasi hoc illis per modum concessionis, & indulgentiæ loco tributum fuerit: alioquin quorsum id exprimeret Possidonius, quod erat proprium, & prope dicam antiqua possessio Canonicorum? Nam esse clericum, & Ecclesiæ præfici, per se conuenit canonicis regularibus: monachis vero ex concessione, & dono, vt docet *d. Tho.* 22. *q.* 189. *art.* 8. *Ad.* 11. & satis patet ex *cap.* Nemo potest cum similibus *ib. q.* 1.

Cum igitur canonici, quos Augustinus in Episcopi domum collegit, illius Ecclesiæ essent canonici, & per se ad illius defungenda munia destinati, atque ad hunc finem in eodem monasterio enutriti: non suauiter certe ad illos hæc Possidonius verba adaptaueris: suauissimè tamẽ monachis, qui in monasterio in horto ædificato morabantur, quibus propter eorum sanctitatem, & doctrinam Augustinus concessit, vt & sacris possent initiari, & verbum Dei pro concionibus disseminare, & insuper ad Clericatum, Ecclesiarumq; gubernationem assumi, sicut est perspicuum ex sermone 14. ad Fratres in Eremo & ex Chronicis vulgatissimis.

Deinde animaduertendum est quod ait ex illius monasterij Fratribus complures ad

Episcopos diuersarum Ecclesiarum, Clericosque fuisse promotos; quod Alipio, cæterisque Augustini socijs, quos secum ex Italia detulit legimus accidisse: at hi non fuerunt educti ex Monasterio in domo Episcopi, sed in horto Valerij facto, vt satis patet *ex serm.* 21. ad fratres in Eremo.

Obseruanda adhuc tertio loco sunt illa verba: *Clarescente Sanctorum seruorum Dei proposito, continentia, & profunda paupertate &c.* hæc enim potius in Monachos Eremitas, quam Clericos Canonicos quadrant; tum propter vsitatam Augustini & Possidonij phrasim, qua nomine seruorum Dei accipiunt Monachos; tum quia in Monasterio Clericorum non adeò vigebat tenuitas paupertatis, quemadmodum ex præcitatis sermonibus ad fratres in Eremo, fit exploratum, & satis colligitur ex vtroque sermone Augustini de communi vita Clericorum.

Denique non sunt annotanda illa verba, quibus significat Possidonius fratres ex hoc Monasterio delectos, Monasteria instituisse: quæ quidem fuisse Eremitarum, non verò Clericorum regularium, iam supra ostendimus.

His igitur rationibus non inuitus adducor, vt putem Possidonium in illis verbis *cap. 5. Factus ergo presbyter Monasterium intra Ecclesiam mox instituit,* non egisse de Monasterio Clericorum

corum in domo Episcopi , sed de Monasterio Eremitarum in Valerij horto erecto, quod ideò ab eo dicatur intra Ecclesiam ædificatum; quia intra Ecclesiæ Hipponensis fines, & viciniam fuit extructum.

Atque hæc ad intelligenda syncerè verba Possidonij, quæ viris doctis ingerunt difficultatem, dixisse digrediendo, sufficiat.

Quod ad nostrum attinet institutum, aio ex illis Possidonij verbis, siue hoc ea , siue illo modo intelligas , semper elici testimonium Possidonij pro nobis euidentissimum. Nam si nostram, quam modo cæteris anteposuimus, explicationem sequare. Possidonius apertissimis verbis nostram sententiam asserit: hoc est, Augustinum nondum Episcopum Ordinem Eremiticum instituisse: siquidem antequam nuncuparetur Episcopus Ordinemque Clericorum regularium in Domo Episcopi instituerer, instituit Monasterium in horto Valerij: *Et in eo cum Dei seruis viuere cœpit secundum modum , & regulam sub Sanctis Apostolis constitutam*: Viuere inquam cœpit cum Dei seruis, qui cum Augustino , & sub Augustino in eo monasterio conuiuebant , vt idem Possidonius explicat c. 11.

Quod testimoniũ, si cũ testimonio Augustini in *sermone primo*. de communi vita Clericorum contradicere velis , penitius introspiciens concinere illa concordissimè inter

ſeſe reperies, vt diffusè iam diximus.

At verò ſi communem aliorum explicationem probabis, & verba Poſſidonij de Monaſterio Clericorum intra Eccleſiam, hoc eſt in domo Epiſcopi erecto interpretari velis; adhuc à nobis ſtat teſtimonium Poſſidonij, dum in verbis proximè ſequentibus ait: *Quod iam ipſe prior fecerat, dum de maritimis ad ſua remeaſſet.* Quid quæſo refert relatiuum [quod] vtique totam orationem illam, vitam ſecundum modum, & regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam, quibus erant omnia communia, & diſtribuebatur vnicuique prout cuique opus erat. Hãc igitur communem, & Apoſtolicæ vitæ rationem Auguſtinus antequam eam cum Canonicis inſtitueret, cum ſuis ſocijs in Africa condidit, poſtquam ex Italia remeauit in patriam: Id quod idem Poſſidonius in *cap. tertio* præcedente iam his verbis expreſſerat: *Placuit ei percepta baptiſmi gratia cum alijs ciuibus, & amicis ſuis Deo pariter ſeruientibus ad Africam, & propriam domum, agroſque remeare, ad quos veniens, & in quibus conſtitutus ferme Triennio, & à ſe iam alienatis curis ſecularibus cum ijs, qui eidem adhærebant, Deo viuebat ieiunijs, orationibus, boniſque operibus in lege Domini meditans die, atque nocte.* Triennio igitur in Africa conſtitutus cum conſocijs religioſam vitam peregit. Nunquid anachoreta? non vtique quia talem viuendi rationem iam cum

eis,

eis, qui illi adhærebant, dispersis & dissipatis inierat: cænobita igitur, & in religioso sodalitio, sed tamen in eremo, vt multis iam ostendimus, idipsum in primo monasterio à congressu hominum remotissimo, de quo in superioribus capitibus copiosè egimus, tum in secundo quod effectum fuit in horto Valerij, in quo teste Augustino sermone 10. de communi vita clericorum, cæpit colligere compares, atque socios eiusdem propositi, vt secundum Apostolicam regulam viuerent omnes communiter.

Verum igitur Posidonij testimonium cum verissimo testimonio Augustini sine vlla dissensione concordat. Eia tamen nedum satiati ex Sigisberto aliud producamus.

Capvt IX.

Institutio Ordinis Eremitani in Africa per Beatum Augustinum Sigisberti testimonio corroborat.

ACcedat tãdem alter ferè oculatus testis actorum Augustini discipulus eius Sigisbertus. Is in epistola ad Macedonium: posita ad finem tomi decimi operum Aug. cuius fronti, ceu legitimo nimirum toro natæ, nec Erasm⁹, nec Louaniẽses stigma aliquod inusserũt, post alia ita scribit. *Meditabatur in lege Domini die ac nocte scribẽs libros, & docebat indoctos* Hoc

autem Valerius Hipponensis *audiens præ gaudio lachrymabatur, & statim eum ad se accersiri fecit, & hortum secretum, & remotum à ciuitate Augustino donauit; ibique pius pater Aug. cum cæteris amicis, & fratribus in despecto habitu, & cum incredibili humilitate annis tribus mansit: deinde cum inquietudinem venientium ferre non posset, duobus fere milliaribus à prædicto loco secessit, & ad montem quendam altissimum abijt, ad quem per viam valde aridam & pænosam adiri potest, ibique Augustinus habitationem ex lapidibus construi fecit: & sic homines fugiens habitabat: ibique composuit libros de medicina animæ, & de vita monastica & de innocentia Ioannis* Baptistæ, *& Eliæ. Multi quidem ex fratribus infra saxa, & fissuras montium receptacula sibi fecerant, & ibi prope patrem Augustinum per iactum ballistæ in omni sanctitate habitabant, erant autem fere* 122. *qui sub obedientia Augustini concorditer viuebant omnia reputantes esse communia, vinum nemo nouerat nisi quando infirmitas cogeret, aut Valerius* Episcopus *Sanctus ad eos visitandos venisset.*

Cum autem appropinquaret festum Pentecostes *Sanctus* Episcopus *Valerius misit pro Augustino, & inuitum præsbyterum ordinauit.* Factus *presbyter monasterium clericorum instituit in domo* Episcopi, *& infra annum ibidem viuere cæpit secundum regulam Apostolicam, vt hactenus fecerat.* Quæ hoc loco scribit Sigisbertus expendamus: *Cum esset Augustinus cum amicis in Africa meditabatur in lege Domini die atque nocte, scribens libros, & docebat*

ind-

indoctos. Hæc Sigisberti verba mirabiliter conspirant cum verbis Possidonij in vita Augustini *cap.* 3: quæ supra retulimus.

Verum autem vt ageret iam in monasterio constitutus, & in quo demum monasterio expendamus: *Hoc autem (inquit) audiens Valerius Hipponensis Episcopus præ gaudio lachrymabatur, & statim eum ad se accersiri fecit & hortum secretum, & remotum à ciuitate Augustino donauit, ibique pius pater Augustinus cum cæteris amicis, & fratribus in despecto habitu, & cum incredibili humilitate annis tribus mansit.* Hoc monasterium non fuisse illud, quod in horto prope Hipponem fuit constitutum mihi quidem argumenta plurima persuadent: 1. quoniam, referente Sigisberto ipso, Augustinus cum *tumultum eo venientium ferre non posset, duobus fere milliaribus à prædicto loco secessit, & ad montem altissimum abijt, ad quem per viam valde aridam, & panosam adiri potest, ibique habitationem ex lapibidus construi fecit: & sic homines fugiens habitabat, multi etiam ex fratribus infra saxa & fissuras montium receptacula sibi fecerant, & ibi prope Augustinum per iactum ballistæ in omni sanctitate habitabant. Erant autem fere* 122. *qui sub obedientia Augustini concorditer viuebant. omnia reputantes communia.* Porro vero hæc in monasterio extructo in horto facere nequaquam potuit: ædificauit enim illud iam presbyter populi cura onustus: Vnde ire in solitudi-

litudinem, vel longo tempore in ea permanere non valuit.

Secundum, quoniam ex *sermone* 21. ad fratres in eremo liquido constat Augustinum hunc centenarium numerum fratrum habuisse in 1. monasterio, quod in vasta solitudine, à cætu hominum semotissima ædificauit.

Tertium quoniam in monasterio, de quo Sigisbertus, mansit Augustinus Triennio; quod spatium temporis debet intelligi fuisse illud triennium, cuius meminit Possidonius *cap.3.* vitæ Augustini, dum Augustinum memorat ferme triennio vixisse cum suis vigilijs, & orationibus totum omninoque mancipatum, idque adeò antequam presbyter ordinaretur. Iam vero hocce triennium ille mansit in 1. monasterio, non in 2. finitimo ciuitati: in hoc enim quadriennium mansit, vt ex Prospero docet Baronius: totidem enim anni à presbyteratu ad episcopatum fluxêre.

Denique, quæ hic Sigisbertus narrat in 1. monasterio contigisse, expresse asserit Thomas Trugillo & Alfonsus de villegas, vt inferius ostendemus.

Nec obstat quod S. Valerium donasse hortúm ait, in quo ædificatum est monasterium, de quo agit. Nam ex *serm. quarto & quinto.* ad fratres in eremo aperte liquet

Augu-

Augustinum primum etiam monasterium sancti Valerij auxiliarijs impensis ædificasse; & ab eo etiam illius ædificandi ergò, hortulum accepisse: binis igitur hortis donauit Augustinum Valerius, vt ex sermonibus iam citatis constat.

Addit Sigisbertus: *Cum autem appropinquaret festum pentecostes sanctus Episcopus Valerius misit pro Augustino & inuitum presbyterum ordinauit factus presbyter Monasterium Clericorum instituit in domo Episcopi, & infra annum ibidem viuere capit secundum regulam Apostolicam, vt hactenus fecerat.* Hæc verba de monasterio Clericorum in domo Episcopi erecto esse intelligenda, vel ipsamet attestantur.

Verùm iam sese hic illa nobis obijcitur difficultas, quam etiam Possidonij testimonium obuiam habuit, quoniam vt legere est *in primo sermone* Augustini de communi vita Clericorum, hoc Clericorum Monasterium Augustinus ædificauit non presbyter, sed Episcopus. Porrò verò Sigisberti verba, quam verbis Possidonij interpretationem adiecimus, ferre non possunt; cum loquantur expresse de domo Episcopi. Quid ad hæc igitur? nunquid cum Baronio Sigisbertum corrigemus, cumque rem longè aliter ac se habuerit literis mandasse dicemus? Poterit id

id fortasse non ita mirum videri; siquidem vixit Sigisbertus in Italia, non in Africa vsus consuetudine Augustini, vt ex eadem Sigisberti epistola constat. Vnde facile potuit quæ in Africa acciderunt, nec agnouisse integrè, nec enarrasse verè. Quid, si non est nobis eò audaciæ progrediendum? Sigisbertum dicamus nomine presbyteri Episcopum intellexisse. Quod cum sæpe contingat, non video cur id Sigisberto non demus, & sic eum lusisse, vel abusum fuisse presbyteri nomine facile non concedamus.

Siue hoc tamen, siue illud probes; Sigisbertum nos propositæ veritatis testem acerrimum semper habemus: *factus (inquit) presbyter monasteriũ Clericorũ instituit, & ibidem viuere cæpit secundũ regulã Apostolicã, vt hactenus fecerat:* Vbi quæso te ante institutum Monasterium Clericorum vixit vitam secundum Apostolicam regulam Augustinus? vtique in Monasterio in solitudine constructo: in quo (Sigisberti oratione vtor) *cum amicis, & fratribus in despectu habitu & cum incredibili humilitate annis tribus permansit: etenim in illo solitudinis Monasterio centum viginti duo fratres sub obedientia Augustini concorditer viuebant omnia reputantes esse communia*: vinum nemo nouerat, nisi quando infirmitas cogeret, aut Valerius Episcopus ad eos visitandos venisset Ad tam clara testimonia aduersarij quid responsi dabunt? nihil, si sapiunt: sed vt

tan-

tandem sapiant afferendis alijs persistamus.

Capvt X.

Institutio Eremitani Ordinis in Africa adhuc alijs grauissimorum Doctorum testimonij roboratur.

ILlud quidem verum, quod ait Dominus apud Matth. *In ore duorum vel trium testium stat omne verbum*, & nos ad confirmandam Eremitani Ordinis per Augustinum in Africa institutionem, tres adeò sanctos testes Augustinum, Possidonium, Sigisbertumque protulerimus; quorũ proinde testimonia sapiẽtis cuiusq; iudicio satis esse deberent, atq; etiã superesse, attamen vt veritas magis innotescat, aliorum etiam, qui temporum annales historiasq; posteritati mandarunt, testimonia in medium producamus.

Accedat i. loco testimonium ex Adone Treuerensi Episcopo in vita Augustini: cuius dicta *lib 2. cap. 6.* verbum è verbo exprimentes retulimus ita, vt habentur inter opera Augustini *tomo* 11. ad finem. Quo testimonio assequimur Augustinum antequam fieret presbyter Hipponẽsis *relicta omni spe saculi, vxore, diuitijs, honoreque contemptis, cum iis, qui eidem adharebant Deo vixisse, ieiuniis, & orationibus bonisque operibus in lege Domini meditando die, ac nocte.* Quæ omnia cum

ex

ex Possidonio acceperit, eodem quo Possidonius sensu protulit.

Secundo loco prodeat locupletissimus testis Franciscus Petrarcha, qui ante annos ducẽtos omni scientiarum genere doctus floruit. Is *lib.* 2. de vita solitaria multis eleganter docet, Augustinum cum Eremitico habitu Eremiticam & elegisse, & instituisse vitam.

Tertio testis adsit D. Antoninus 3. *p. historiali tt.* 24. *cap.* 14. §. 2. cuius verba iam libro superiori transcripta hic iterum transcribemus. *Remeans (inquit) ad Africam post mortem matris, venditis propriis bonis, & pauperibus erogatis, monasterium in nemore primum construxit; vbi cũ amicis ieiuniis, & orationibus vacans scribebat libros, & docebat indoctos, & alios per nemora quæsiuit religiosos, seu Eremitas, & eos secum in monasterio collocauit.* Vide vt D. Antoninus verba Possidonij *cap.* 3. de primo monasterio interpretetur: nec enim triennio cum suis mansisset nisi in monasterio, siquidem non solitariam, sed cænobiticam cum illis vitam egit. Concinit cum D. Antonino Sigisbertus. Addit deinde D. Antoninus hæc: *secundo presbyter factus à Beato Valerio Episcopo, cum doceret populum, & curam haberet, in horto, quem sibi contulit B. Valerius, aliud monasterium in ciuitate construxit, in quo cum religiosis viuebat, & regulam eis scripsit, & in sacra pagina eruditos ab eo ad prædicandum* popu-

populis eos ordinauit. Ex sententia igitur Sancti Antonini, Augustinus secundum Monasterium in horto Valerij in ciuitate, hoc est propè ciuitatem, in Eremo tamen construxit iam presbyter, id quod nos sæpe in articulis superioribus annotauimus. Vnde illa verba Augustini *serm. primo* de communi vita Clericorum. *Et quia hic disponebam esse in monasterio cum fratribus, cognito instituto, & voluntate mea B. Memoriæ senex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo nunc est monasterium*, intellexit D. Antoninus de dispositione, seu proposito Augustini postquam creatus fuit presbyter: quia curam populi gerere noluit, nisi suis Eremitis viueret constipatus.

Aduerte deinde Augustinum sanxisse regulam tertiam fratribus cum eo in hoc secundo monasterio degentibus: iam verò qui potuit illam viuendi legem sancire, & fratribus regulam scribere, si ordinem, atque religionem secundum illum viuendi modum nequaquam instituit? An est aliud religionem instituere, quàm viuendi regulam, quam solenni ritu profiteantur, illis præscribere? etenim hoc natura, & definitio religionis adportat, vt sit societas sub aliqua regula per Ecclesiam approbata.

Sed

Sed quid adhuc dicat D. Antoninus non grauate auscultemus: *Episcopus autem factus construxit tertium monasterium in Episcopio, scilicet canonicorum regularium, & regulam iam institutam per eum, eis seruandam dedit: communem Clericis, & fratribus.* Si in tertio monasterio in Episcopio facto institutus est ordo regularium Canonicorum, quo colore, qua verisimilitudinis vmbra, sese Canonici iactant natu maiores, Augustino chariores, quàm Eremitas antiquiores: prius denique suscepta de manu Augustini regula, institutos? Non est illud Monasterium vocitandum natu primum, ante quod annos multos nata fuerint August. & instituta duo alia Monasteria Eremitarum. Nam vt tempus illud faciamus missum, quod Augustinus in Italia cum socijs suis consumpsit; cum quibus vitam ille Eremiticam iam transigebat, vt prætereamus etiam tempus, quod in Africa posuit delecturus locum ad conuiuendum cum suis: in primo sanè monasterio, si credendum est Possidonio, & Sigisberto testibus integerrimis, triennium mansit antequam fieret presbyter: in monasterio autem secundo, quadriennium, totos inquam illos quatuor annos, quos inter presbyteratum fuisse, Episcopatumque interpositos, testimonio Prosperi probat Baronius 4. p. Annalium ad *annum* 361. *pag.* 640. Octo igitur annis, atque eo etiam amplius, ordo Eremitanus ante ordinem

dinem Canonicorum est in Africa natus, & altus.

Quis mihi in re succenseat, si adhuc illa verba notem? *Et regulam iam institutam per eum eis seruandam dedit communem Clericis, & fratribus. Dedit regulam iam institutam per eum. Ecqua igitur illam in religione instituit? vtique in Eremitana*, quæ in secundo monasterio sub Augustini obedientia subiecta degebat: in quo quidem monasterio tertiam, quam modo seruamus, accepit regulam religio ab Augustino Facessat igitur vana, ac non solida gloriola, si qua est hominum, qui se priusquam Eremitas hanc ab Augustino regulam dictitent accepisse: sed manus modo cum Canonicis non conserimus, id duntaxat contra nouatos præcedentiæ amatores ostendere nitimur, Augustinum in Africa ordinem Eremitarum distinctum ab ordine Canonicorum regularium instituisse. Præstamus autem id liberalius, quàm necesse foret: siquidem Augustinum ostendimus, non solum instituisse ordinem Eremitarum, sed prius etiam instituisse, quàm instituerit, aut de instituendo cogitarit ordine regularium canonicorum.

Cæterum aduersarij rursus aures erigant, & priorem Eremitarum institutionem, ac vtriusque ordinis distinctionem patienter audiant ex D. Antonino: *Interdum etiam declinabat ad fratres in Eremo habitantes, cum quibus prius conuersatus*

fuerat eos exhortans ad omnem perfectionem, vt patet ex sermonibus ad Eremitas, qui etiam Episcopus factus Monachū se profiteri nō erubuit. Quam clarè vtrumque repetit Eremitani inquam ordinis institutionem, & institutionem priorem, quàm fuerit institutio Clericorum.

Ex itinere illud est in D. Antonini oratione annotandum, Augustinum iam Episcopum ad suos Eremitas sæpè diuertisse, eosque ad religiosæ vitæ culmen, ac perfectionem sæpe numero fuisse cohortatum. Quod quàm non sit improbabile; prudentis lectoris iudicio relinquo: quomodo enim tam ferreus? quomodo si non ferreus tam obliuiosus foret Augustinus, vt non diuerteret ad eos filios, quos tanto cum amore in Africa Christo genuerat: *nunquid obliuiscetur virgo ornamenti sui? aut sponsus fasciæ pastoralis sui? nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui?* & si illa oblita fuerit: Augustinus tamen non obliuiscetur: in manibus suis descripserat eos, & in corde suo gestabat eos: muri illorum coram oculis eius semper. Cur igitur non sæpe se colligeret, non sæpe se à negotijs publicis sevocaret, qui solitudinem, & quæsiuit, & amauit, & ab ea ad Episcopatum inuitus transiuit? Quod si verum est, & verum esse quisque non imprudens iudicabit: quomodo non erit consequens, vt credamus Augustinum mul-

multa de Deo, deque bono præclarissimo perfectionis cum suis filiolis in Eremo familiari, & pedestri (vt aiunt) oratione contulisse? Vnde rursus animo incitor aduersus eos, qui sermones Augustini ad fratres in Eremo tanquam adulterinos exagitant. Sed nos de his iam plura superius. Nunc quod iter superest incitabiles persequamur.

Ioachimus Abbas vir fatidicus, quem florentem vidit *annus domini* 1200. quartus nobis testis aduocetur *in Prologo ad Apocalypsim, & 4.p.cap.* 4.§.11.vbi leguntur hæc diserta verba: *Surget enim ordo, qui videtur nouus, & non est, induti nigris vestibus, & accinti desuper zona; hi crescent, & fama eorum diuulgabitur, & prædicabunt fidem vsque ad mundi consummationem in spiritu Eliæ, qui erit ordo Eremitarum æmulantium vitam Angelorum*, verbo absit inuidia: sed ordo Eremitarum sancti Augustini designari videtur, & vt Angelorum vitam æmuletur adhibitis laudis calcaribus incitari.

Quintus excitetur Vincentius Beluacensis in suo speculo historiali *lib.1.cap.46.& 47.& lib.16.cap.53.& lib.20.cap.28.* floruit anno Domini 1240.celebris historicus ex ordine Prędicatorum.

Sextus testis occurrat magnus Aeneas Syluius

Papa postea Pius Secundus in suo magno chronicorum compendio.

Septimus numeretur Arthmantes schel-dech in chronicis magnis, quæ Theatrum mūdi inscribūtur, opus *anno* 1490. absolutum, vbi ita scribit ad *annū* 14. *vt Augustinus mortua matre cum fratribus suis Carthaginem adnauigauit, patrimonium pauperibus erogauit, & in nemore monasterio extructo secundum regulam ab Apostolis constitutam viuere cæpit: denique in Hipponensi Ecclesia, licèt inuitus Episcopus promotus 40. annis superuixit, vbi etiam monasterium Clericorum instituit.*

Octauo loco nominemus doctissimum Gondisalum Illesc *lib.* 2. suæ historiæ Pontificalis *cap.* 8. vbi postquam retulit ea, quæ Augustinus in Italia gessit, hoc modo scribit: *Inde tranauit in Africam, patrimonioquè inter egentes distributo, ex aliqua parte illius reseruata, humile exstruxit monasterium: Venit deinde in sancti Valerij Hipponensis Antistitis amicitiam fama sanctitatis & doctrinæ eius permoti, qui sacerdotio initiato dedit hortum, in quo aliud maius monasterium ab illo quod in Eremo erat ædificaret, quod ipse cum multis amicis vitæ religiosæ sectatoribus ingressus: regulam tertiam eis præfecit, quà ordinis sui fratres viuunt, & alij quadraginta duo ordines sub ea militantes.* Apertissimum est testimonium, & grauissima confirmatio institutionis ordinis Eremitani per Augustinum in Africa. Refert monasteria duo ædificata ab Augustino antequam foret

Epis-

Epiſcopus : ac ſecundum quidem monaſterium ab eo iam presbytero conſtitutum; & vt nihil ſit reliquum dubij paulo inferius de ordine Canonicorum regularium ſic idem loquitur? *De Canonicorum Regularium per ſanctum Auguſtinum inſtitutione , grande eſt , & non contemnendum dubium : veròque ſimilius eſt, eos eſſe quos fundauit Alexandriæ S. Marcus , & ad meliorem viuendi modum reduxit Auguſtinus.* Idem Illeſcas eodem lib.2. cap. 9. in vita Innocentij primi, ita de eodem Innocentio ait : *Anno Pontificatus ſui ſecundo approbauit & confirmauit regulam , & modum viuendi Eremiticum Auguſtini, quem in monaſterio arctiſſimè obſeruabant* Teſtimonium hoc apertè confirmat inſtitutionem Eremitani ordinis : quippe quo ſatis ſignificatur regula illi propoſita, & ab eo acceptata. Aliud teſtimonium , illudque illuſtre ponit idem auctor *li.* 50. eiuſdem hiſtoriæ *cap.*33. In vita Innocentij Tertij : *Tertius vero ordo inter obſeruantiores qui nunc exiſtunt, fuit Eremitarum S. Auguſtini : Cuius origo multis ante ſeculis præceſſit: quia ſanctus parens Auguſtinus, certo certius Eremum incoluit, priuſquam Hippone Epiſcopus inauguraretur: cum ad illum ex Eremo fuerit aſſumptus , fratribus ſuis Eremitis habitum & regulam ſub quibus viuerent relinquens, quæ ad hæc vſque tempora in forma & vigore quibus condidit Auguſtinus , perſeuerant.* Ex quibus verbis illa præſertim notanda ſunt, quæ aſſerunt illud eſſe certiſſimum , & om-

nis dubitationis expers Augustinum fuisse in Eremo, & vixisse ibi cum suis Eremitis, regulamque, & habitum illis dedisse, & reliquisse eandem ijsdem cum Episcopus fuit creatus.

Nonum, ordine testimonium desumimus ex Thoma de Trugillo ordinis Prædicatorum in suo Thesauro *tomo secundo in serm.* 5. Augustini mense Augusto. Vbi postquam longam orationem intexuit de his, quæ Augustino in Italia post baptismum acciderunt, atque etiam in via dum se in patriam reciperet: & quomodo fratribus monasterij S. Simpliciani primam edidit regulam: Secundam vero Eremitis montis Pisani, hæc ipsa verba proponit: *Inde venit Tagasten, vbi vendidit patrimonium, quod habebat: partem pretij sibi reseruauit ad monasterium quoddam ædificandum in solitudine, vbi monasticam duxit vitam cum his amicis, qui eum imitabantur: ibique incepit Ordo Eremitarum: partem vero pauperibus dedit.* O virum magis amicum veritatis, quàm Platonis, instat dicere: Cum autem *multi vndique ad virum Sanctum confluerent, sibi cellam quandam in monte ædificauit, vbi solus vixit per aliquod tempus. Cæterum quia reliqui Monachi, & fratres sui non poterant viuere sine eius conuersatione, & suauitate decreuerunt ad eum accedere, & ne illi molestiam*

lestiam exhiberent, singuli particulares sibi cellas construxerunt ad radicem montis instar speluncarum quarundam. Erant autem monachi, & fratres eius tunc circiter centum, & viginti. Porro Beatus Valerius Episcopus Hipponensis audita fama Augustini plurimum letatus est, cum virum nactus esset, qui plurimum prodesse poterat ouibus suis. Veruntamen Diuus Augustinus plurimum fugiebat mundanam gloriam, atque dignitates ipsas: timebatque ne forte se etiam renitentem, & quasi inuitum dignitatibus præficerent, & propterea non solebat visitare Episcopum Valerium. Hic verò Beatus Valerius accesßit ad visitandum Augustinum, & cæteros religiosos: vidensque Sanctam eorum conuersationem, plurimum lætatus est, & magnas Deo gratias egit, approbauitque Beatus Valerius eam religionem, & institutum: sicut olim fieri solebat, vt singuli Episcopi in sua diæcesi approbarent instituta ipsorum religiosorum. Sic enim primum ordo Beati Basilij, & Benedicti approbatus fuit. Cæterum cum in monasterio suo, in solitudine scilicet illa, quam habitabat Beatus Augustinus, haberet monachum quendam, & subditum suum, qui vocabatur Simplicius, cuius patrem nonnulli interfecerant, cumque ipse à sanguine motus iuisset, vt mortem patris vindicaret in ciuitatem Hipponensem: Augustinus etiam illuc iuit, vt reduceret ouem suam. Cumque in ciuitate ipsa Hipponensi esset Sanctus Episcopus Valerius, proposuit clero

& populo suo, quam vtilissimum esset, vt August. presbyter fieret, & curatus eius; quod cũ placuisset populo, quãuis plurimum propter suam humilitatem recusaret Augustinus: nihilominus tamen populus portas omnes ciuitatis diligenter obserauit, ita vt August. non posset effugere, atq; hoc modo curio, siue curatus institutus est, & Sacerdos ordinatus à B. Valerio. Cum autem intelligeret prædictus Epũs B. August. maxime deditum esse vitæ monasticæ, dedit ei hortos quosdam iuxta ciuitatem, vbi monasterium ædificaret. Atque hoc fuit 2. monasterium Eremitani ordinis, ibiq; tradidit tertiam regulam, quæ est ea, quam nunc tenet vniuersus ordo. Verax est, & viã veri Dei in veritate docet: non enim respicit personam hominum, nec curat inuidiam inuidorum: pergit autem dicere: *Postmodum Valerius non fuit contentus presbyteratu August. sed potius de consensu Metropolitani, eum Episcopum Hipponensem creauit sub titulo coadiutoris sui, conuocatis ad id Episcopis quibusdam. Cum ergo vidit se in munere tam laborioso, & tantæ solicitudinis pleno positum, cæpit incumbere in huiusmodi administrationem diligentissimè, fecitque, vt clerici ipsi viuerent in communi secundum institutum sanctorum Apostolorum &c.* Hæc omnia Thomas Trugillus prædicatorij instituti alumnus, cuius testimonium, quod eremitani ordinis institutioni reddit, adeo est præclarum, adeo euidens, vt illuminare Solem tentet, qui vult exponere.

Decimum numerando testimonium tulit Alfonsus villegas. 1. tomo sui sanctoralis in

vita

vita Augustini, vbi eisdem fere verbis cum Thoma Trugillo rem isthanc fusissimè explicat, cuius verba (id enim instituimus) ad longum nihilominus producemus: *Inde Tagesten proprium solum repetijt, distributaque substantiæ parte mendicis, altera quam reseruauerat monasterium in solitudine construxit: inibique cum fratribus & filio vitam elegit Apostolicam & monasticam: primaque ordinis sui Eremitani iecit fundamenta. Et quamuis eo anno qui fuit Christi 391, non fuerit per Sedem Apostolicam confirmatus, imo nec Ordinarij auctoritate: tamen hic & tunc dedit suo ordini, ac monasticæ vitæ primordia: in qua in strictiori obseruantia & summa pænitentia viuebatur: Cumque ad monasterium visendum populus multus conflueret, subijt in montem Augustinus, mapalibusque relictis solitarius aliquo temporis interuallo vixit. Et quoniam alij Monachi, dulci & sancto eius contubernio carere non poterant, eum in monte sunt secuti, Et ne illi essent molesti, in ipso montis cacumine cellulas, in antrorum formam effoderunt: erant illi numero centum viginti. At Sanctus Valerius auditis, quæ de Sanctitatis ac doctrinæ eius fama percrebuerant, exultauit hominem sibi talem datum quem idoneum officij Episcopalis sumeret coadiutorem:* Paulo post. *Inuisit eum aliquoties magnoque gaudio perfusus est, comperto Augustini & Monachorum eius viuendi modo*, Non multo deinde post. *Approbauit auctoritate sua Episcopali & confirmauit*

eundem Valerius qui tunc illius æui vniuersalis Ecclesiæ modus erat, vt penes Ordinarios esset religionum approbandarum vel reijciendarum auctoritas & potestas; ac sub huiusmodi sanctionibus & confirmationibus steterunt vt approbatæ Sancti Basilij & Benedicti Religiones: Inauguratum presbyterum Augustinum, cum intelligeret extra monasterium ægrè viuere, hortum ad ciuitatis mænia adiacentem, ei donauit; in quo monasterium ædificaret; quod fuit ordinis Eremitani Secundum: In illo Tertiam fratribus suis præscripsit Regulam; eam quam adhuc hodie profitentur, & seruant Fratres Eremitæ: Ordinatus vero Episcopus ad Cathedralis Ecclesiæ mores reformandas totum se contulit, ad modum viuendi Apostolicum quantum potuit eos reducens. Et quo melius intentum assequeretur, eos in palatio Episcopali collegit, in quo eius regula acceptata, viuebant sine proprio, & tribus religiosis votis emissis: Vnde tu, & illi qui postea hanc regulam sunt secuti, Canonici Regulares sunt appellati.

Hæc habemus ex doctissimo Alfonso Villegas rerum Ecclesiasticarum sagacissimo venatore.

Vndecimus surgit nostræ veritati testis Stephanus à Garibay historicorum nostri temporis facile princeps. *Is lib.*7. Compendij historialis *cap.*57. circa annum 398. non scribit aliter, quam subscribam: *Eodem tempore anno scilicet 398. initium dedit Aurelius Augustinus Ordini Eremitico*

mitico, nũcupato Augustiniano, cui formam & regulam viuendi præscripsit, in cuius obseruantia strictiori: florent in toto orbe, specialiter in Hispania Fratres Eremitæ Augustiniani. Beatus Doctor cum in Manichæorum errorem incidisset, reductus est ad fidem, per S. Antistitem Mediolanensem Ambrosium; Et biennio post primam regulam, Fratribus Eremitis ordinatam, hoc est, Anno 400. fundauit ordinem Canonicorum Regularium cum esset Hippone ciuitate Africæ Maritima, (quæ nunc Bona) Episcopus, in Regno Hispanis dicto Tunes: Cum enim renitens gradum Episcopalem adscendisset, nec in illo cum Fratribus Eremitis viuere posset, huic secundo ordini dedit initium, vt iuxta vitam Apostolicam in communi cum illis viueret: Et Antiquissimi hi ordines incrementa, decrementa, & ampliationes vbi vbi habuerunt

Duodecimus testis erit Illustrissimus Cæsar Baronius nostrorum temporum laus historiæ, cuius verba grauissima superiori libro iam posita, in hoc libro, & loco libentissimè reponemus: 4. igitur parte suorum Annalium *ad annum 391. pap.* 640. hæc verba affert. *Quod igitur Augustinus primus fuit, qui monastica vita instituta inuexit in Africam, eademque primus seruare cœpit, alijsque seruanda tradidit. Quid clarius?* non solum in Africa monasticam vitam instituit Augustinus, sed etiam monasticæ vitæ instituta primus in Africam importauit. Deinde. *Inde accidit, vt donatistæ iactarint, eius vitæ genus ab ipso*

fuisse

fuisse excogitatum. Donatistæ Augustinum vitæ monasticæ primum in orbe inuentorem accusarunt, *vt ex lib.* 30. contra literas Petiliani *cap.* 40. Iam supra ostendimus, quod tamen Donatistæ dant per odium, idem adimunt huius tempestatis homines Augustino.

Addit exinde Baronius: *Euexerat ipse in Italia eius vitæ formam, viderat enim (quod ipse testatur) apud Mediolanensem ciuitatem nobile monasterium. Conspexerat, & Romæ plura, eademque peregregia, quæ tanquam beatorum ciuium choros laudauit, quam quidem disciplinam æmulatus in Africana Ecclesia quamprimum instituere conatus est* Tu cum Audis [in Africana Ecclesia] intellige in Africa: nec enim Africam appulsus Augustinus statim conatus est in Ecclesia, idest in domo Episcopi clericos congregare, sed statim tamen eremitarum, (quos in Italia viderat) vitam monasticam voluit instituere, atque fundare.

Et paulò post subiungit: *Cæterum iam ante presbyteratum adhuc laicus vna cum suis sociis, de quibus diximus, idem vitæ genus in Africa excoluerat apud Tagasten, sed nondum aliquod ab eo instructum fuerat monasterium: cuius erigendi gratia se Hipponem contulerat.* Nobis in hac narratiuncula non benè conuenit cum Baronio quin potius libet sentire cum aliis, Augustinum, quo tempore amici lucrandi gratia venit Hipponem jam in eremo, ac solitudine commune cum socijs monasterium habuisse. Sed quoniam hac de re plura di-

ra diximus in huius lib. *cap.* 8. in præsentiarum tacere libet.

Adiungit Baronius: *At erit iucundius hæc ipsa omnia ab ipsomet Augustino ad populum pro concione narrantem percipere: ait enim in serm de diuersis. Quærebam vbi construerem monasterium, & viuerem cum fratribus meis* &c. Augustinus in illo *serm* 1. de communi vita clericorum ita habet: *Et quia hic disponebam esse in monasterio cum fratribus.* Factus enim presbyter statuit apud Hipponem viuere cum fratribus in monasterio. Vnde non quærebat locum ubi primum extrueret monasterium. Sed de his satis.

Adijcit consequenter: *verum quod dicit Possidonius Augustinum factum presbyterum monasterium intra Ecclesiam mox instituisse: aliter se rem habuisse, cum præcedens sermo declarat: tum quæ subdit his verbis: Perueni ad Episcopatum &c.* Possidonium Augustino contradicere existimat Baronius, vnde Possidoniũ hac ex parte non probat. Nos, quia sensum Possidonij cum Augustino concinentem in superioribus huius libri capitibus exposuimus; Baronio hâc ex parte repugnamus. Sed hæc ad nostrum institutum faciunt parum: faciunt maximè, quæ sequuntur: *Vt ex his videas duo ab eo erecta fuiße Hippone monasteria: alterum cùm adhuc presbyter esset; in horto: alterum verò cum factus est Episcopus; in ipsa Episcopali domo, quæ inhærens esse solet Ecclesiæ. Instituit præterea & monialium monasterium, eisdemque regulas viuen-*

viuendi præscripsit, sicut & clericis fecit. Eremitanũ ordinem ante ordinem Canonicorum regularium ab Augustino institutum in duobus illis monasterijs Hippone erectis, disertè affirmat doctissimus Baronius.

Quod idem ex eodem auctore colliges ad annum 389. vbi isthæc verba apponit: *Augustinus rediens cum socijs Alipio, & Euodio in patriam quem condixerant vitæ statum, cum adhuc in Italia essent, exercere cæperunt: secedentes enim rus, ibidem triennio permansere: quibus exercitijs? ait Possidonius, à se alienatis curis secularibus cum ijs, qui eidem adhærebant, Deo viuebat ieiuniis, orationibus, bonisque operibus in lege Domini meditans die, ac nocte, & pro toto illo triennio laicus permansit.* Laicus enim quia nondum clericus, sed jam tamen monachus, vt superioris libri postremo cap. euidenter ostendit; id quod etiam Baronius antea declarauit. Etenim (vt ait) Augustinus cum socijs in Africa exercere cæperunt, quem in Italia cõdixerant vitæ statum, nimirum monachalem, alienatis à se curis sæcularibus, & rus secedentes ieiu nijs, & orationibus indulgentes; in quo vitæ statu ruri triennium permanserunt: non in statu tamen anachoretarum, sed potius Cœnobitarum. Vnde etiam sub vnius Augustini obedientia cuncti viuebant: id quod Sigisbertus disertis explicauit verbis loco superius explicato; & vt Baronio demus nullum eos in illa solitudine mona-

sterium

ſterium ædificaſſe, ac nullas ſibi cellas, ſeu potius caſas coagmentaſſe, in quibus ſinguli toto illo triennio morarentur ſuis ſimul temporibus in vnum conuenientes, nemo puto rectè ſentiens affirmabit: illas ergo cellulas, illamque ſimul commorantium fratrum ſocietatem nos monaſterium appellamus. Nec negabit quiſquam fuiſſe monachorum Eremitarum ſimul agentium congregationem, hanc ergo religionem Eremiticam ibi primo ab Auguſtino fundatam iam docet Baronius.

Decimum tertium adhuc, idque grauiſſimum Hieronymi Plati teſtimonium producamus. Is *lib.* 2. de Bono ſtatu religioſi *cap.* 22. *p.* 411. ſic narrat: *Auguſtinus in Africa, vt Poßidonius narrat, virorum, & fœminarum monaſteria fundauit, quod quidem tum alij multi, tum in primis Antonius hoc ipſum eſſe putat inſtitutum, cui nunc Eremitarum nomen eſt, ſic enim commemorat Auguſtinum antequam eſſet Epiſcopus propè Hipponenſem ciuitatē monaſterium in nemore cōdidiſſe, ꝗ eo viuo, & deinde mortuo magnoperè auctū, & per alias deinceps ciuitates propagatum aliquot annis poſtea Barbarorum irruptione diſiectum eſſe, aliquoſque in Italiam veniſſe, alios alià donec Innocen. IV. &c.* In hoc ego teſtimonio non ſolum aduerto eremitani ordinis ante Epiſcopatum Auguſtini inſtitutionē in monaſterio in nemore propè Hipponem conſtructo, ſed etiam eiuſdem monaſterij, id eſt eiuſdem Eremitani inſtituti per omnes Africanas ciuitates propagationem;

vt inde scilicet colligamus monasteria monachorum, quæ tum apud Augustinum; tum apud alios per Africam fusa, & disseminata legimus, fuisse eremitani instituti; quod antequam fieret Episcopus fundauerat Augustinus.

Illustre est, quod decimo quarto loco testimonium excitamus ex doctissimo Hieronymo Torrensi in sua Confessione Augustiniana *lib.4.cap.8.§.6.* cui præfigit hunc titulum [*Augustinum fuisse monachum, & monachorum institutorem*]; quod est, vt vides, huius tertij, & superioris libri argumentum nostrum.

Ex *sermone etiam* 1. de communi vita clericorum hanc collegit Torrensis, & scripsit pro margine conclusionem. *Augustinus distributo pretio bonorum suorum in monasterio degens; fratres, quibus idem esset propositum, collegit, & cum eis communem vitam instituit.* Quam conclusionem deduxit vir doctissimus ex illis verbis Augustini: *Cæpi boni propositi fratres colligere compares meos nihil habentes, sicut nihil habebam, & imitantes me, vt quomodo ego tenuem paupertatem meam vendidi, & pauperibus erogaui, sic facerent illi, qui mecum esse voluissent, vt de communi viueremus.* Quæ verba dixit Augustinus in monasterium illud, quod in horto antequam esset Episcopus ædificauit: ac de eo quoque monasterio suam conclusionem intelligit doctissimus Torrensis.

Ex eodem etiam *sermone* 1. de communi vita cle-

ta clericorum vir idem hanc conclusionem decerpsit: *Nemini monachorum Augustini licebat aliquid sicut proprium possidere.*

Ex rursus *ex libro* 3. contra literas Petiliani *cap.* 40. ita colligit: *Petilianus hæreticus monasterijs, monachis, & Augustino tanquam monachorum institutori grauissimè infensus*; & plura alia, quæ videri, & legi apud hominem possunt.

His omnibus sicut grauissimis, sic etiam vetissimis testimonijs summatim (ne opus abeat in immensum) decimoquinto loco adiungamus testimonia. Richardi Cænomâni apprîmè doctissimi ex familia fratrum minorum in suo antidoto contra censuram impudentis Erasmi ad tertiam regulam Augustini; quæ (quod sæpe monuimus) habetur ad exitum tomi primi operum Augustini editione Parisiensi: Gregorij de Valentia in lib. de statu, & notis religiosorum *cap.* 2. *argumento* 2. Petri Maturi in annotationibus doctissimis ad 3. partem historialem D. Antonini *tt.* 24. *cap.* 14. §. 2. Adde Marcum Antonium Masta Salernitanum in annotationibus ad D. Iordanem *lib.* 1. *cap.* 13. Marcum Gazonem in suis Chronicis *fol.* 135. *&* 142. Raphaelem Volaterranum *lib.* 2. suę Anthropologiæ, vt alios quamplurimos dissimulemus, qui passim eandem veritatem tanquam omnibus exploratissimam, & magis quam proprias (vt aiunt) manus notam probant.

Distulimus ad locum vltimum domestica testimonia, quæ tot, ac tam grauium testium, quos hactenus loqui fecimus incorrupta, & conspirans auctoritas omni prorsus suspicione leuabit.

Quod igitur Augustinus Eremitarum ordinem antequá aut Episcopus esset, aut presbyter, in Africa instituerit, ac propterea etiam antequam clericorum regularium societatẽ coegerit in domum Episcopi; iam olim asseruit annos ab hinc circiter ducentos Henricus de Vrimaria vir & vita, & doctrina clarus, in lib. de Origine ordinis. Paucis post eum annis idem confirmauit B. Iordanus *lib.* 1. de viris fratrum *cap.* 7. *&* 13. Ambrosius deinde Coriolanus, tum in defensorio Ordinis; tum in Chronicis eiusdem. Postea Iacobus Bergomensis in supplemento Chronicorum *lib.* 9. *ad annum* 390. dum agit de Augustino, atque de illius ordine. Exinde Baptista Alovisianus, ab eo Iosephus Pamphilius Episcopus Signinus in suis Chronicis. Postremo Hieronymus Romanus & in vita Sancti Augustini, & in ordinis defẽsorio, & aliqui sunt alij, qui res ordinis literis, & posteritatis memoriæ commendarunt.

Concludet autem testimonium grauissimum sanctissimi Archiepiscopi Valentini Thomæ de Villanoua *in sermone primo* in laudem Sancti Augustini luce illi dicata, habito. Post quorum omnium testimonia addenda et-

da etiam sunt à nobis testimonia Martini Quinti, Xisti Quarti, Gregorij decimitertij quorum verba adducuntur inferius *libro quinto cap.*1.

Quod si cui molestiam testium multitudine vllam peperimus, ab eo tam demissè veniam petimus, quàm spero facilè (vt est causæ grauitas) impetrabimus.

CAPVT II.

Eliduntur breuiter, quæ faciunt pro aduersariis.

NEgare Erasmus nec ausus est, nec potuit Augustinum aliquot virorum, & mulierum monasteria in Africa ædificasse, eademque iuxta Apostolicam, quam illis scripsit, regulam sapiētissimè fuisse moderatum, quin potius id ingenuè fatetur in epistola nuncupatoria, quam *primo tomo* operum Augustini præfixit. Negauit tamen omni rubore exhausto, vllam fuisse in illo cætu professionem, obligationemvè votorum monasticorum: sed singulos quosque illius cætus, fuisse iuris sui, ac potuisse vt vellent societatem illam, qua fuerant libertate ingressi, eadem deserere.

Quidni? homo cum primis impius, sacram cælibatus professionem tanquam impiam impiè abominatur. Id non-

nonnullis Augustini locis vult esse demonstratum. Cuius imperitiam in illis citandis, explicandisque nos hoc loco demonstraremus quàm apertissimè, nisi id muneris ante nos cumulatissimè præstitisset Richardus Cenomanus in Antidoto contra memoratam Erasmi censuram. quid? quod in hac disputatione Erasmum non suscepimus expugnandum; sed duntaxat eos, qui volunt Augustinum in Africa solos canonicos regulares, non item Eremitas instituisse?

Quàm ipsi opinationem suam, quibus argumentis, rationibusq; confirmēt, prorsus nō video, quamuis eorum scripta, allegationesq; iterùm atq; iterùm peruolutauerim. Si quid video, video equidem eos solo Augustini testimonio ad nostram euertendam verissimam assertionem contentos; testimonio, inquam, eo quo se Augustinus dicit aut laicum antequam fieret Episcopus, aut clericum postquā Episcopus factus fuit. Etenim si antequam Episcopi dignitatem adipisceretur monachorū ordinem fundasset, vtiq; cum suis monachis in eo ordine monachus, non laicus viueret.

Verùm cum suis eremitis antequam fieret Episcopus in monasterijs duobus secundum Apostolicam regulam Augustinum vixisse, & monachatum simul cum illis solenni norma fuisse professum; nos in capitibus superioribus tam apertis ex Augustino depromptis testimo-

ſtimonijs fecimus planum; vt reſpondere illis aduerſarij, non dicam veriſimiliter, ſed cum veriſimilitudinis ſpecie haud vnquam poſſint. Qua ſignificatione autem, Auguſtinus ſe & laicum antequam presbyter fieret, & clericum poſtquam presbyter, & Epiſcopus factus fuit, appellet; cum prolixè iam oſtenderimus in vltimo libri Superioris capite; non eſt quod tuas, amice lector, aures eiuſdem incūdis repetitis ictibus obtundamus.

At priuſquā progrediar, mirari ſat non poſsū qualiter R.D.P. Landmeter in ſuo de vetericlerico-monacho, Louanii Anno 1625 edito, agri proprij limites ita liberaliter emenſus fuerit, vt digrediendo, longiſſimè errans, & palans egrediatur: hâc ſemitâ, obſecro, reſecro, reuertatur.

Idipſum conteſtor ex voto Georgiū Witweiler in ea quam germanicè ſcripſit Auguſtini vita, qui vt eſt nouæ ſocietatis (ab Heroibus tamen viris mihi perdilectæ) ſocius; ſic nouarum rerum inuentor nouus, dum Antiquiſſimum Eremitarum ordinem, antiquiſſimo capite Auguſtino, & fundatore, iniuſtè priuare conatur. ſed cū Gabriele Pennotto in ſua Hiſtoria tripartita nimia libertate in ordinem Eremitarum debacchante, quem ad interneccionem mordere conatur, vbi eius opera ex Typographia (vt promittuntur) legere licuerit, manus libentiſſimè conferam, &

cum mihi vix vno momento visa fuerint, repromitto madentia folia ex Typo accepturũ, quo ocyus effusam ipsius in calumniando liberalitatem (si fieri poterit) arceam & reprimam. næ malè pennatus audet Aquilis & Angelis se inserere sperandum, vt à Præsentatione, in plenam deijciat vallem, & depennet.

LIBER IV.

DE APPROBATIONE ORDINIS EREmitarum S. Augustini mox vt primum fuit in Africa institutus.

Præfatio.

QVoniam religionis, cuiusq; natura, atque essentia (sicut est à nobis lib. 1. cap. 3. *copiosiùs explanatum) approbatione per Ecclesiam legitimè facta completur; vt Eremitani Ordinis ab Augustino in Africa instituti naturæ perfectionem absoluamus, religionis approbationem, quam ipsa iam Augustini ætate, ille ordo nactus fuerit demonstremus. De legitima igitur eiusdem Eremitani Ordinis approbatione per Ecclesiam, tū ordinaria, tum Apostolica auctoritate facta, nobis est in hoc libro quanta poterimus contentione agendum: quo deinde possimus & institutione, & approbatione illius iã penitus demonstrata, de illius ipsius vsque ad nostra tempora immutabili continuatione, & nunquam intermista serie, in libro sequenti accommodatissimè disputare.*

CAPVT I.

Ordo Eremitarum ab Augustino in Africa institutus, verè, ac legitimè fuit per Ecclesiam Augustini ætate approbatus.

BEatum Augustinum post suam in Africam ab Italia reuersionem *anno Domini 389.* (vt testatur Baronius 4.*p.* Annalium ad eundem annum) instituisse quendam ordinem Eremitarum ab ordine regularium Canonicorum diuersum, atque distinctum, affluenter, vt existimo, *in lib. tertio* præcedente ostendimus: de isto igitur ordine qui viuente B. Augustino in Africa maxime floruit, & in eadem ipsa regione post B. Augustini mortem vsque ad Africanam impijs Vandalorum armis inductam vastitatem stetit, ac mansit, modo est perquirendum an fuerit illo ipso tempore per Ecclesiam ritè approbatus?

Est autem affirmatiuè huic controuersiæ respondendum, nec ea poterit responsio sine ingenti temeritate negari. Huius autē affirmationis veritatem hac vnica ratione facile demōstrabimus. Cōstat inter Catholicos viros, tū B. Augⁿᵐ tū Eremitas eiusdē instituti affectatores, solennē emisisse in eodēEremitano ordine pro-

professionem, tribusque religionis votis solenniter fuisse religatos, id multis nos ostendimus *in lib. 2. & 3.* tum probatissimis Augustini locis; tum varijs optimorum auctorum testimonijs allatis in medium : iam verò nulla professio, nullumque votum in religione aliqua emissum dici possunt solennia nisi facta sint in religione per Ecclesiam legitime approbata, vt patet ex tex. in cap. Vnico de voto in 6. & ex communi sententia doctorum ibidem, & ex D. Tho. cum reliquis Theologis 2. 2. *q.* 88 *art.* 7. vbi sæpe id repetit Caiet. Adde Syluestrum cum cæteris Thomistis verbo *votum* 1. *q.* 5. & verb. Religio 3. *q.* 18. Emanuelem Rodericum in sua summa 2. *p. cap.* 87. *concl.* 2. *vt patet ex dictis lib* 1. *art.* 2. *&* 3. Concedendum est igitur religionem Eremitarum ab Augustino in Africa iam inde ab ipso Augustini tempore fuisse Ecclesiæ auctoritate probatam.

Id quod expresse concedit Henricus Henriquez in sua summa Theologica *lib.* 10. de sacramento ordinis *cap.* 35. § . 30 *lit.* G, & ante eum Alphonsus de Villegas 1. *tomo* sui sanctoralis in vita P. Augustini, Thomas Trugillo in suo Concionatorum thesauro in sermone sancti Augustini, Alfonsus Illescas *lib. secundo* historiæ Pontificalis *cap.* 9. in vita Innocentij primi, & *cap.* 10. in vita Zozymi Papæ. docuit B. Iordanus *lib.* 1. de vitis patrum *ca.* 19.

Corio-

Coriolanus in defensorio ordinis; vt interim omittam omnes Catholicos, qui solennem Augustini eiusque ordinis cælibatum hæreticis nostri temporis obijciunt: atque Bellarminus lib. 2. de Monachis cap. 4.

Quare nostrum hoc verissimum assertum neminem habet, qui contradicat, nisi eos qui aut Augustini, suæque religionis Monachatum pernegant, aut votorum solennitatem de medio tollunt, quorum hi præfrictæ impietatis, illi peregrinæ imperitiæ sunt arguendi, si firma sunt, vt sunt, quæ *lib. 2. & 3.* de Augustino, ordineq; Eremitano fusè conscripsimus.

Capvt II.

Ordo Eremitarum S. Augustini tempore eiusdem Augustini approbatus fuit ordinaria potestate Episcoporum, & ea tum potestas sufficiebat.

Sed iam inuestigandum est, & explicandum à quonam ordo Eremitarum S. Augustini fuerit illis sæculis approbatus, ac priusquam nostram, & veram de proposita quæstione sententiam explicemus, aduersariorum opiniones diligentius inquiramus.

Quia tamen huius, quæ tractatur hoc

cap. quæstionis solutio pendet ex ea, quæ inquirit: ad quem nam de iure pertineat confirmare religiones? sententias ea de quæstione obortas breuiter repetemus: libri namque primi *cap. tertio* tres ea de re sententias non retulimus modò, sed exposuimus.

Quarum prima docet, id semper ad summum Pontificem tanquam ad supremum totius Ecclesiæ caput, & principem pertinuisse, & ad nullum alium, nisi de consensu ipsius. Quam opinionem, vt ibidem diximus, probat Henriquez in sua summa *lib.* 10. *cap.* 35. §. 3. Secunda priori aduersaria, concedit quidem post Concilium Lateranense sub Innocentio tertio celebratum hoc munus solius esse summi Pontificis; attamen ante præcitatum Cõcilium non omnino fuisse necessariam summi Põtificis auctoritatem, sed satis fuisse, vel propriam cuiusque instituentis vt putauit Bellarminus *lib. secundo* de Monachis *cap.* 4. vel ordinariam diæcesanorum; quæ fuit communior sententia aliorum. Quam nos ibidem in hunc sensum explicauimus, vt omnino Episcoporum approbatio fuerit necessaria, vel expressa post Concilium Chalcedonense, vel tacita, quatenus Episcopi scientes, & prudentes religionem institutam non reprobabant; qui approbationis modus vsui fuit ante Chalcedonensis Concilij definitionem: atque hæc

hæc noſtra ſententia tertium locum obtinet.

Harum igitur trium ſententiarum optionem aduerſarijs libētiſſimè offerrimus: ex ſingulis enim electis noſtrum ſemper inſtitutum contra eos facile concludemus: ordinem in quam Eremitarum S. Auguſtini, viuente adhuc Auguſtino, fuiſſe auctoritate Eccleſiæ legitime comprobatum.

Etenim ſi Bellarmini opinionem probabunt, ipſe Bellar. *lib.* 2. de Monachis *cap.* 4. pro noſtra ſententia pugnat in hæc verba: *Porrò ante definitionē præcitati Cōcilij (Lateranēſis ſcilicet) liberū erat cuique nouam inſtituere religionem, nec ad hoc neceſſaria erat ſummorum Pontificum approbatio: etenim Antonius, Baſilius, Auguſtinus & Benedictus Auctores fuerunt religionis: qui tamen non leguntur ab aliquo ſummo Pontifice quæſiuiſſe religionis à ſe inſtitutæ approbationem: quia nimirum nondum extaret ius Eccleſiaſticum id præcipiens.* Hæc Bellar. ex cuius verbis ſatis apertè conſtat liberum fuiſſe Auguſtino, nouam tunc inſtituere religionem, ac proinde ſine expreſſa ſummi Pontificis approbatione, legitimè tunc fuiſſe auctoritate Eccleſiæ comprobatam, ideò præciſe, quia ab Eccleſia non improbabatur.

Sed non dabunt aduerſarij Bellarmino liberum aliquādo, fuiſſe cuiq; abſq; ſuperioris auctoritate nouam inſtituere religionem. Quid igitur? ſatis ne fuit auctoritas Epiſcoporum? an poti-

potius ne hæc quidem fuit, sed summi Pontificis consensum accessisse semper oportuit? Si satis erat Augustini æuo ordinaria Episcoporum auctoritas, quemadmodum fert communis sententia: concedere necessario debent satis fuisse tunc temporis auctoritatem, & consensum Beati Valerij Episcopi, imo & eiusdem Augustini, qui Sancto Valerio successit Episcopus, vt ordo Eremitarum institutus ab Augustino, diceretur Ecclesiæ auctoritate firmatus: atqui illico ostendemus Beatum Valerium Episcopum fuisse cum Augustino consentientem, religionemque ab eo institutam comprobasse. Augustinum prætera iam Episcopum, religionem, quam instituerat, approbasse. Quis nisi consulto cęcus, & furore amens inficiabitur? aduersarijs igitur (velint nolint) dandæ sunt manus, & penitus concedendum ordinem Eremitarum tempore Augustini fuisse per Ecclesiam legitima ordinariorum auctoritate (quæ tunc satis erat) approbatum.

Ad opinionem tamen Henrici Henriquez fortasse confugient, atque asserent ad religionis firmitatem semper fuisse necessariam summi Pontificis consentionem, & auctoritatem. Si confugiunt, falsam eos defendere opinionem latè ostendimus *lib.* . Sed gratis eam illis tanquam veram donemus. Quid tum postea? obtinuitne Augustinus institutæ à se reli-

religionis apostolicam approbationem ? si nunquam obtinuit, profecto nec ipse vere professus religionem fuit, nec socij, quia nulla (vt in hoc cap. iam statuemus) esse potest solennis vera professio, nisi in religione per Ecclesiam legitimè approbata, qualis tunc non esset Aug. religio. At quis nisi effusissimè temerarius, Augustinum simul cum suis fratribus solennem fecisse professionem negabit? qui hoc Augustino denegat, ipsi vtique Augustino denegat Augustinum, illum dico Augustinum, qui de se, suisque consocijs hanc solennis formæ, atque inenodabilis professionis laudem sæpe gloriatur, *vt lib. 2. & 3.* non breuiter ostendimus. Quod si saniori recuperata mête, aduersarij fateantur Aug.[i] suorũq; professionem esse verè solennem, admittant necesse est Augustinũ suæ, hoc est Eremitanę familiæ approbationem & petijsse à Sũmo Põtifice & obtinuisse, si vera est Henriquez sententia, quã sequuntur. Nam & ipsemet Henriquez in *allegati iam lib. decimi cap. 35 §. 3 lit.* G. idipsum his verbis aperte concedit: *Regulam d. Basilij non legimus confirmatam à Papa: at satis est legisse de alijs, vt intelligamus Basilium, aut Augustinum non admisisse ad religionem nisi in ea regula, quæ iam esset approbata per Pontificem.* Hæc Henriquez. Et sane quidem optimè posita opinione de necessaria Summi Pontificis approbatione: ea namque posita, alterum è duobus conceda-

tur

tur oportet, vel Augustini, comitumque professionem fuisse inualidam, quod temerè diceretur, nulloque consilio, vel Augustinum initio antequam aliquem ab nuncupandam suæ religionis professionem cooptaret, religionis ipsius approbationem à Sede Apostolica obtinuisse, id quod si aduersarij nobis concedant, iam nostri voti compotes ipsis consentientibus aduersarijs effecti erimus.

Hæc omnia eo animo attulimus, vt disputatio nostra aliquantisper recreandi lectoris gratia spatiaretur; quid enim iuxta rei veritatem de proposita quæstione dicendum sit; subiunctis nonnullis propositionibus iam ex explicabimus.

Prima sit: Ordo Eremitarum S. Augustini, quando in Africa ab Augustino fuit primum institutus, non indiguit peculiari Sedis Apostolicæ approbatione, sed potuit absque ea dici, & esse per Ecclesiam legitimè approbatus. Hæc conclusio expresse ponitur à Bellarmino *lib.* 2. de Monachis *cap.* 4. vt ex ijs verbis liquet, quæ ex ipso desumpta, paulo ante citauimus in hoc capite. Probarunt eandem B. Iordanus *lib.* 1. de vitis Patrum *cap.* 19. Coriolanus, Romanus, Villegas, & Trugillus inferius citandi.

Probatur deinde ratione hac perspicua, & euidenti, quoniam ante definitionem Concilij Lateranensis sub Innocen. III. vt ordo de nouo institutus diceretur per Ecclesiam legitimè

timè cõprobatus, non erat necessaria Sedis Apostolicæ approbatio & assessio peculiaris: etenim illud Concilium continet ius nouum ad futura respiciens, non ad præterita, vt ex illis verbis: *Ne quis de cætero nouam religionem inueniat.* præclarè colligit glossa communiter recepta ad verbum *praceßit in cap. Vnico §. sane de religiosis domibus in 6.* id quod nos inferius *lib. 7. cap. 1.* fusè sumus explicaturi. Cùm igitur ante definitionem præcitati Concilij nusquam fuerit adempta libertas nouã aliquam sine Sedis Apostolicę consensu religionẽ instituendi; nec Sũmus Pontifex auctoritatẽ approbãdi nouas religiones sibi vspiã reseruauerit; profectò Sedis Apostolicæ auctoritas, stabiliendis religionibus denuo exortis, nequaquam fuit Augustini seculo necessaria.

Huc accedit quod antiqui religionum effectores, ex quo genere Antonius, Hilarion, Basilius, Benedictus, & si qui sunt alij qui tamen sunt quamplurimi, ad suas religiones effingendas, instituendasque non leguntur auctoritatem Summorum Pontificum desiderasse, aut quæsiuisse, quod tamen proculdubio facerent viri tum sanctissimi tum doctissimi si fuisset ad id hoc Pontificiæ auctoritatis adminiculum tunc temporis necessarium. Nam post definitionem Concilij Lateranensis, quando illa omnia adiumenta opus erant: B. Dominicus, & Beatus Franciscus, cæterique Patres religionum nouarum molitores ad

edidit Sic & Augustinus de cautelis moderni temporis minimè curauit. Hæc B. Iordanus ante ducentos annos vel circa. Quę omnia confirmat doctissimus M. Antonius Salernitanus in annotationibus ad idem caput 19. Beati Iordani.

Secunda propositio. Ordo Eremitarum S. Augustini quando primum fuit ab Augustino conditus, vt per Ecclesiam censeretur legitimè approbatus, non indiguit expressa Episcoporum approbatione: satis nimirum fuit quod iam conditus, & institutus non fuit per ordinarios rejectus, & improbatus.

In huius conclusionis placito eatenus est Bellarminus dicto *lib. 2.* de Monachis *cap. 4.* quatenus sentit ante Concilium Lateranense sub Innocentio III. peractum fuisse cuique liberum nouam inuenire, atque instituere religionem: agit autem de religione legitimè approbata.

Eandem sententiam tuetur M. Antonius Salernitanus in annotationibus ad dictum *cap. 19.* B. Iordani: *Liber* (inquit) *antea erat cuique regulariter viuendi modus, sed quia nimia hæc religionum diuersitas grauem in Ecclesiam inducebat confusionem*, &c, quæ fuit sententia eiusdem Iordani in dicto cap. 19. *dum ait. Nulla fuit adhuc prohibitio, vel restrictio de ordinibus instituendis, sed quilibet libere Deo seruiuit, sicut libuit &c.* Quam nos sententiam superius *lib. 1. cap. 3. concl. 5. & 6.* ita declarauimus, vt semper quidem fuerit neces-

ſaria ap̄pbatio religionis denuo inſtitutæ. Verùm poſt definitionē Concilii Chalcedonenſis neceſſaria fuit, expreſſa Epiſcoporum approbatio, & ante præcitatū Conciliū ſuffecerit permiſſus Epiſcoporū ſiue (vt ita loquar) approbatio permiſſiua illorū, quatenus ſcilicet Epiſcopi ſcientes, & prudentes inſtitutum ordinem non reprobabant; id quod in dicto loco copioſius iam oſtendimus.

Cum igitur Auguſtinus Concilium Chalcedonenſe, ætate præceſſerit. (inſtituit enim religionem Eremiticā *anno Domini* 391. obijtq; *anno* 434.) Chalcedonenſe porrò Concilium celebratur *anno* 448. liquido conſtat, integrū fuiſſe Auguſtino, & non requiſito, nec cōſulto Epiſcopo inſtituere ordinem nouum, qui ex eo præciſe cenſeri debuerit ad ſolēnem inducendam profeſſionem per Eccleſiam approbatus, quod per Epiſcopum eius inſtitutionis ſcientem non fuerit exactus, & informatus: conſonè ad ea teſtimonia, quæ de iure communi, tam ciuili, quam Canonico adduximus dicta concluſione 5. & 6.

Atque hæc erat communis, tritaq; inſtituendarum religionum, & approbandarū conſuetudo in Eccleſiæ mores id temporis recepta, & quotidiano vſu corroborata. Hoc namq; fuêre modo approbati Ordines quotquot ante B. Auguſtinum ſunt à diuerſis patribus in lucem editi; vt ſatis luculenter explicat B. Iordanus *lib.* 3. de vitis patrum *capite tertio*, &

planum est ex ijs, quæ fusè tradunt Cæsar Baronius in primis quatuor tomis Annalium Ecclesiasticorum, Sigisbertus Monachus in suis Chronicis & Hier. Plato *li.* 1. de Bono statu religiosi: nullus. n. legit ab ordinarijs cõsensũ, auctoritatẽve postulasse ad suas religiones, & viuẽdi formulas in solitudinib. instituẽdis.

Quod igitur de cæteris ordinibus, siue ante, siue post Aug. tempestatem vsque ad Chalcedonense Conciliũ excitatis, oẽs scriptores dicunt, dicendũ vtiq; erit de Ordine Erem. instituto ab Aug. ante Conciliũ Chalcedonẽse.

Stet igitur, & firma maneat nostra cõclusio, ordinem Eremitarũ Aug. i ætate ab ipso Aug. o institutum eo ipso ꝙ recens ortus, nõ fuit per ordinarios reprobatus (id, quod est omni luce clarius) fuisse per Ecclesiã legitimè approbatũ.

Tertia propositio. Ordo Eremitarum S. Augustini satis legitimè per Ecclesiam in ipso sui exortu approbatur, cum per B. Valeriũ Hipponensem Episcopum in sua institutione approbatur. imo cum ab eodem Augustino iam Episcopo rursus approbatur.

Statuitur conclusio à Doctore Alfonso de Villegas 1. *tom.* sui Sanctoralis in vita Aug. dũ hæc ex Iberographo deducta scribit. *Approbauit S. Valerius* (agit de Ordine Erem. ab Augo. fundato) *eum statũ ꝙ erat eo tẽpore in Ecclesia moris vt Episcopi approbarent, vel rescinderẽt, q̃ in Ecclesia Dei vtilia, vel inutilia deprehenderent. Eandem confirmatio-*

nem in ipsis sui originis crepundijs habuerunt SS. Basilij & Benedicti Ordines. Eandem probauit Thomas de Trugillo in secundo tomo sui Thesauri in sermone Sancti Augustini, dum ita scribit: *Approbauit Beatus Valerius Episcopus eam religionem, & institutum, sicut olim fieri solebat, vt singuli Episcopi in sua diœcesi approbarent instituta ipsorum religiosorum: sic enim primum ordo B. Basilij, & Benedicti approbatus fuit.*

Idem docuerant Ambrosius Coriolanus, & Hieronymus Romanus in suis defensorijs. Quod similiter tradiderat vtroque longè superior B. Iordanus *lib* 1. de vitis fratrum *cap.* 19. dum in oratione iam superius citata asserit, Augustinum pro confirmatione ordinis à se instituti contentum fuisse ordinarij diœcesani auctoritate. Quod si ita censuit Augustinus, quis inficiabitur isthanc Episcoporum approbationem illis fuisse seculis satis, ac super, vt ordo & diceretur, & esset per Ecclesiam legitimè comprobatus? nunquid hoc solum latuit Augustinum, aut si non latuit, religionem ab Ecclesia non receptam nunquid instituit?

Porrò verò S. Valerium Episcopum Hipponensem approbasse ordinem Eremitarum Sancti Augustini nemo dubitat, quisquis ea perlegerit, quæ ex Possidonio, Sigisberto, imo ex Augustino deprompta scriptores, & annales, testes temporum tradidere. Sanctus enim

Vale-

Valerius multa de Augustino in Africam ex Italia reuerso, deque religione ab eo instituta cum audiuisset, eum ad se per literas accersiuit; hortoque donauit propè Hipponem regiam vrbem in Africa celeberrimam ad exædificandum ibi monasterium satis idoneo: ibi Augustinus S. Valerij non solum consensu, atque hortatu; sed etiam ope, & suppetijs monasterium construxit, & in eo cum charissimis sibi commilitonibus quadriennium mansit. In eo monasterio commorantem Augustinum sæpè Valerius inuisebat, vt prodidit literis Possidonius in vita Augustini, & Sigisbertus in epistola ad Macedonium, ac Orosius Paulinus: cæterique discipuli Augustini, ex quorum riuis hortos suos irrigauit D. Antoninus id enarrans *3. p. historia tt. 24. c.* 14. §. 2. Gondisaluus Illescas *lib.* 2. historiæ Pontificalis *cap.* 8. in vita S. Anastâsij Papæ, & Alfonsus de Villegas *primo tomo* sui Sanctoralis in vita Augustini, Thomas Trugillo *in 2. p.* sui thesauri in Sancti Augustini sermone, quibus adde Illustrisiimum Cæsarem Baronium *4. p.* Annalium Ecclesiasticorum *ad annum* 391. *pag.* 639. vt interim omittamus Henricum de Vrimaria in lib. de Origine ordinis, B. Iordanum *lib.* 1. de vitis fratrum *cap.* 7. & 13. Ambrosium Coriolanum Bergomensem, Iosephum Pamphilũ, Baptistam Aluuisianum, Hieronymum Romanum, & hujus classis alios. Quinimo testa-

tum habemus idipſum apud integerrimæ fidei teſtem Auguſtinum, in ſermone 1. de communi vita Clericorum illis verbis: *Et quia hic diſponebam, eſſe in monaſterio cū fratribus, cognito inſtituto, & voluntate mea, Beata memoria ſenex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo nunc eſt monaſterium. Capi boni propoſiti &c.* Vt omittamus ea, quæ ex ſermonibus ad fratres in Eremo attulimus, proximo ſuperiori libro. Cum igitur S. Valerius Hipponenſis Epiſcopus Auguſtinum probè nouerit, & monachum, & monachorū Parentem, illique ædificandi monaſteria ingenuam fecerit poteſtatem, imo ad id operis hortum conceſſerit. opem inſuper, & auxilium tulerit, ad eum ſæpius colligendi animi, & cōciliandæ deuotionis cauſa diuerterit; religionem profectò ab Auguſtino inſtitutam, non modo non improbauit, (quod ad legitimā illius approbationē id temporis ſatis erat,) ſed approbauit potius, & interpoſita auctoritate ſua ordinaria confirmauit. hæc enim omnia legitimam, atque ordinariam religionis approbationem in iure ſatis conueniunt, vt iam patefecimus.

Age verò, & attentè conſidera, num potuerit Auguſtinus poſt approbationem hanc S. Valerij ordinem à ſe inſtitutum ordinaria iuriſdictione ipſe iā Epiſcopus approbare? Si potuit, nūquid nō voluit? imo verò voluit & reapſa confirmauit, cum de vinea à ſe plantata ſæpe fu-

pè fuerit iã factus Episcopus gloriatus, seseq; esse monachum multis in locis asseruerit, ad suos quoque monachos sæpe diuerterit, & fuerit apud illos diutius comiter diuersatus. Quisquis igitur de approbatione Augustini Episcopi voluerit ambigere, is audebit de meridiana luce dubitare.

Caput III.

Eremiticus ordo ab Augustino institutus, fuit adhuc incolume Augustino, per Summos Pontifices approbatus

SIt huius capitis vnica propositio: Ordo Eremitarum S. Augustini viuente adhuc Augustino, per Innocentium Papam huius nominis I. deinde per Zozymum Summum Pontificem, Innocentijque successorem, plene fuit auctoritate Sedis Apostolicæ confirmatus.

Et quidem quod attinet ad Innocentium Papam hoc nomine I. ille confirmationis diploma, siue Bullam solennem expediuit, expeditamque misit ad B. Valerium Episcopum Hipponensem, in qua præcepit fratribus, tam in Africa degentibus, quam commorantibus in Italia in monte Pisano, atque in centum cellis, vt sub regula ab Augustino præscripta secundum vitam Apostolicam communiter viuerent, eamque profiterentur, ac seruarent.

Ad hoc concessit ordini priuilegia, & indulgen-

dulgentias, fecitque amplissimam potestatem, vt monasteria eiusdem ordinis vbique locorum extrui possent.

Quarum rerum omnium præclarum dat testimonium Gondisaluus Illescas 2. lib. Historiæ Pontificalis cap. 9. in vita Innocentij Primi his verbis: *Anno sui Pontificatus II. regulam & modum viuendi Eremitis Fratribus ab Augustino præfixum, approbauit, & confirmauit. Fuit Innocentius Augustino amicissimus, indulta & priuilegia ordini ipsius elargitus est, etiam facultate data vt Eremitoria ædificarent.*

Idem ille de Zozymo Papa libri eiusdē c. 10. inquit, *Regulæ ab Augustino Eremitis datæ approbando subscripsit, auctoritate etiam elargita, vt verbum Dei per totum orbem libere prædicarent.*

Quæ omnia præterea constant ex antiquissimis ordinis Chronicis, atque ex Henrico de Vrimaria in lib. de origine ordinis, ex Ambrosio Coriolano ordinis generali, diligentissimoque antiquitatum ordinis indagatore, in suis Chronicis ordinis in Catalogo Pontificū. Item ex Iosepho Pamphilo Episcopo Signino: ex Hieronymo Romano lib 1. historiæ S. Augustini cap. 18 fol. 41. & 42. & in defensorio ordinis sæpissimè.

Horum omnium communis vox est Bullam confirmationis, quam paulò superius meminimus ab Innocentio expeditam, in registro hujus Pontificis aliquando fuisse. cōcors enim

enim illius Bullæ testimonium reddunt: tempus expeditionis designant: ad quem denique fuerit directa promunt. Quare licet ob temporum iniuriam, & edacem rerum antiquitatem registrum huius Pontificis, & cum registro prædicta Bulla confirmationis minimè inueniatur: tamen secundum iuris principia propositæ historiæ satis fidei conciliatur, testimonijs eorum, qui annales, monumenta temporum, antiquitatis commemorationem, præteriti temporis nuncios; veritatis denique lucem circumscripserunt.

Nam principis priuilegium, atque quoduis aliud instrumentum, si amissum est per testes commodissimè probari, est in iure ab omnibus eius professoribus receptissimum *ex tex. in cap. Cum olim ordin.* 12. *de priuileg. vbi late glossa ad verbum, sine reprehensione*, & communiter doctores *facit tex. in leg. sicut iniquum*, vbi etiam glos. Bart. & doctores *c. de fide instrumentorum*. Communis ex Mascardo *primo tomo concl.* 83. *& latius concl.* 245. Adde Antonium Gabr. *primo tomo* communium *lib.* 4. *titulo.* 11. *de Tabellionibus numero* 120. *& numero* 206. *&* 207. Ad antiquissimas autem res pro veris habendas, Historici qui antecedentium seculorum Annales literarum Monumentis consignant, loco probatissimorum testium sufficiunt. Nec iniuria: siquidem antiquissi-

marum rerum auditus apud hiſtoricorum libros incorruptos conſeruatur, & per illos veluti per puras manus ad poſteros inuiolatus tranſmittitur. Cum ea quæ à maioribus auditione acceperunt, vel quæ ſuis oculis ipſi hauſerunt, obligata fide publica, ſempiternæ poſteritatis memoriæ conſecrant, vt ex Guidone Papa conſil. 88. numero 2. ſatis colliges, & ex Albano conſil. 64. numero 27.

Id quod eſt vſque adeo verum, vt hiſtorici etiam domeſtici in rebus domeſticis enarrandis, teſtes ſunt omni exceptione, maiores etiam ſi de ijs, quæ religionis ſunt, ſcribant: quinimo in huiuſmodi rebus credendis, aut explodendis illorum potius quam exterorum ſtandum eſt teſtimonio, maxime ſi antiquitate præſtant, & res ſui ordinis multos ante annos, quando adhuc nulla erat de præcedentijs exorta controuerſia, conſcripſerunt. Nam teſtes domeſtici de auditu deponentes admittuntur iuxta doctrinam *Baldi in cap. primo §. Vaſſallus titulo* Si de pheudo fuerit controuerſia, Poſtilla ad quartam Toloſanam deciſionem, verb. Idem in factis antiquis, ſequitur Maſcardus primo volum. concl. 104. numero 7. maxime ſi teſtificantur de ijs qui domi contigêre, vt idem Maſcardus ibidem docet numero 8. ex Haymone ſtrauella de

Anti-

Antiquitate temporum verſ. viſo de fama num. 13. Cum igitur Chronicorum auctores in aſciſcenda rebus antiquis auctoritate teſtium loco ſuccedant: eorum teſtimonium in ijs præcipuè eſt admittendum, quæ domi, hoc eſt in ſua religione, facta fuère; multòq; confidentius ſi (vt diximus) antiquiſſimo tempore conſcripſerunt, nulla dum circa res eas controuerſia nata. Denique longè confidentiſſimè ſunt audiendi ſi cum antiquitatis peritia vitæ ſanctimoniam coniunxerunt, quæ mentiri eos, & conſultò in ſcribendo labi non patiatur.

Quare cum antiquiſſima noſtri ordinis Chronica à viris, tum doctrina: tum ſanctitate præcellentibus edita ſint, & confirmationis ab Innocen. primo factæ anno ſui Pontificatus ſecundo, Bullæ quoque ad Valerium directæ teſtimonium reddant, atque ex eo fonte omnes alij rerum antiquarum ſcriptores, non ſolum domeſtici, ſed etiam externi eadem haurientes de eadem teſtificatione concordiſſimè teſtificentur, eorum vtique teſtimonia pro ſyncerâ, iuridicâ, & ſatis commoda debent probatione haberi: maximè cum facta, dictauè antiquiſſima, vix poſſint aliam probationem habere. Adde quod in ſimilibus rebus probandis argumenta alias minus idonea, & aliquanto minus habentia

vi-

virium abunde sufficiunt vt liber primus non eneruatè demonstrat. Atque hæc tam de institutione, quam de approbatione Ordinis Eremitarum agente adhuc inter mortales Augustino facta dixisse sit satis.

LIBER V.

QVOD ORDO ILLE, QVI SVB TITVLO Eremitarum sancti Augustini vnus ex quatuor mendicantibus in Ecclesia Dei hodie floret, sit ille, quem Aug. in Africa instituit.

Præfatio.

QVid sit in superioribus libris effectum, nihil esse ducimus repetere necessariũ: nõ enim aut memoriæ, aut prudentiæ lectoris tantoperè diffidimus, quin eum putemus assequi sine ea repetitione posse ad demonstrationẽ Eremitani ordinis per Augustinum in Africa instituti, & per Ecclesiam eius ætate approbati (qui fuit duplex antecedentium librorum scopus) quàm apta cadat ea, ad quam in præsenti libro accingimur, demonstratio perpetuitatis, ac ductus vsque ad nostra tempora sine cessatione continui, ita vt ille idem Eremitanus ordo, qui ætate Augustini, & post illius mortem in Africa vsque ad Vandalicam vastationem cultissimus floruit, eâdem semper vnitate, & serie, vsque ad nostra tempora interitus expers permanserit: varijs tamen (vt est omnium rerum alea) nunc decrementis inclinationibus nunc

nunc etiam incrementis obnoxius. Ex quo articulo totius controuersiæ dissolutio maxima ex parte pendet.

CAPVT I.

Referuntur aduersariorum sententiæ circa propositam thesim in hoc libro impugnandæ.

VT nullam aduersariorum petitionem declinare callidè videamur: initio disputationis quam multas potuimus reperire illorum de proposita quæstione sententias, omnes penitùs explicabimus vt appareat, nisi omnes illas postea refellamus, & repellamus, totum nos oleum, totamque operam perdidisse. Igitur aduersarij, licèt in opinionis fundamento dissentiant : in opinione tamen, & conclusione consentiunt; aiuntquè nullo excepto omnem ordinem qui sub titulo Eremitarum sancti Augustini inter quatuor mendicantes in Dei Ecclesia celebris, ac notus hodie floret, non fuisse à sancto Augustino institutum, sed ab auctore alio longè diuerso: siue quoniam Augustinus in Africa nullum Eremitarum Ordinem instituit, sed solum Canonicorum (quod eorum nonnulli volunt) siue quoniam ordo institutus in Africa ab Augustino iam aboleuerit, & ita sit expertus

eam

eam quam toti Africæ impia Vandalorum arma intulerunt vastationem, ita vt reuixerit postea nusquam, quod alijs magis doctis magis arridet.

Cum igitur Eremitanus ordo, qui nunc viget, non debeat (ex eorum sententia) Augustinum parentem agnoscere, cui parenti sit exponendus? aduersarij non constanter explicant vt moris est eorum, qui vspiam adoriuntur falsa dogmata introducere.

Sunt enim quibus placeat hunc Ordinem Eremitarum à S. Guillielmo Aquitaniæ quondam Duce in Gallia sumpsisse principium. Alijs sedet animo dicere non tam nobili, hoc est ducis Aquitanici, sed Guilliermi cuiusdam Parisiensis satu fuisse prognatum. Crebrior est, & communior sententia aliorum, qui faciunt Alexand. Quartum huius Eremiticæ religionis auctorem, ac fundatorem: tunc (credo) temporis, quando plures Eremitas diuersarum congregationum in vnum coegit, & vniuit Ordinem, anno Domini 1256. siue potius (quod malunt alij) anno Domini 1258. Hanc sententiam quicunque amant, sumpserunt à Ioan. Andræa, vt suo loco dicemus.

Nos hoc dogma tam absurdum esse, & à veritate tam apertè abhorrens: quam quod potest apertissimè abhorrere omni argumen-

gumentorum genere demonstrabimus, Summorum Pontificum definitionibus, vnanimi historicorum narratione, & fide: Chronologia quadam perpetuam ab Augustino vsque ad nostra tempora seriem Ordinis continente, vulgari denique fama Christiani populi opinione recepta; quæ omnia, si cælum fauerit, sequentibus in capitibus faciemus euidentissima.

CAPVT II.

Ordinem, qui sub tt. Eremitarum S. Augustini in Ecclesia Dei nunc temporis floret, habere Augustinum auctorem propriumq; parentem, varia summorum Pontificum testimonia comprobant.

PRincipio illud volumus esse concessum, quod est apud iuris scientes non in opinione dubia, sed in præsentia atque ante omnium oculos collocatum testimonio Summi Pontificis, & Principis, etiamsi de alieno facto sit, deberi plenam fidem & minimum eam, quæ onus probandi contrarium transferat in aduersarium; tunc præsertim cum super illud factum fundat suam intentionem, vt iuristæ loquuntur. Quàm conclusionem probant Doctores innumeri citati ab Antonio Gabriele inter communes *tomo tertio titulo de probationibus concl. tertia num.* 43. *cum sequen-*

sequentibus. Docet glossa in Cap. Nonnulli verbo sine speciali mandato de rescriptis in Clementina prima verbo fecisse narramus de probationibus : esseque hanc sententiam minimè dubiam , imo potius communi calculo receptam quando Papa , aut Princeps de antiquo facto aliquid asserit, aut testificatur; docent Antonius de Butrio & Immola in Clement. prima de Probationibus,Socinus consilio 246. Decius consil. 445. Iason consil.65. vol.tertia cum Aymone de antiquitatibus temporum 1. p. n.33. quos omnes refert , & sequitur Antonius Gabr.dicto consil.3 nu.54. maximè quando id affirmat ex motu proprio , & non ex narratione alterius , vt asseruit Ancharranus , Antonius de Butrio , & mmola in dicta Clement. prima de Probationibus , Oldradus , Alexander Socinus , Cornæus & Rebufus, quos refert idem Antonius Gabriel vbi supra num.55. Iuxta quos idem dicendum erit quando Papa , vel Princeps consultus respondet , vel sententiam dicendo aliquid decernit , quod est in iure perquam notissimum.

His ita positis primum Summi Pontificis testimonium esto decretum illud Ioannis 22. in Bulla , quæ incipit : Veneranda sanctorum Patrum , Doctorum Ecclesiæ vita &c. quam expediuit anno 11. sui Pontificatus , hoc

est

est anno salutis 1327. vel circiter. Hæc bulla ad priorem generalem fratrum ordinis Eremitarum S. Augustini directa talia verba habet: *Dignum arbitramur, & congruum, vt vbi tanti doctoris, ac præsulis corpus tumulatum quiescere dicitur, ibi, vltra id, quod sibi honoris, & laudis ab vniuersali exhibetur Ecclesia, singulari quadam reuerentia à vobis, & fratribus vestri ordinis, qui sub eiusdem patris regula degitis, & sancta obseruatione militatis, quique diuinis insistitis laudibus: vacatis orationi, intenditis exhortationi, insudatis studio, & animarum saluti propensius inuigilatis, specialiter honoretur. Quatenus inibi tanquam membra suo capiti: filij patri: Magistro discipuli: duci milites cohærentes: Deo, & ipsi sancto, auctoritate fulti Apostolica præcordialibus gaudiis iubiletis, vbi & præceptoris vestri, & ducis Augustini noueritis reliquias fore sepultas. Ea propter, ad honorem sanctæ, ac indiuiduæ Trinitatis, beatæ, & gloriosæ, semperque Virginis genetricis dei Mariæ, & eiusdem beati Augustini Doctoris egregij, omniumque sanctorum, nec non diuini cultus augmentum: de fratrum nostrorum consilio, auctoritate Apostolica statuimus & ordinamus quod fratres vestri ordinis, quibus præsit prior secundum obseruantiam ipsius Ordinis Eremitis iuxta Ecclesiam, & monasterium Sancti Petri in cælo aureo Papiensi, vbi sacrum corpus eiusdem B. Augustini esse dicitur solenniter tumulatum: mediate, vel immediate, prout eisdem priori, & fratribus videbitur, & fieri commode poterit vsque ad*

23. *vel 30. numerum diuinis iuxta subscriptam formam debeant insimul perpetuis temporibus habitare. Datum Auennioni 13. Kal. Martij Pontificatus nostri anno* 11. Hæc Bulla in Archiuo nostri Monasterij Papiensis & in archiuio Romano totius Ordinis, quam verbum ex verbo exprimens transtulit Beatus Iordanus de Saxonia vir & sanctitatis, & doctrinæ suæ meritò omni fide dignissimus *in lib. de vitis fratrum cap.* 18. frater etiam Ambrosius Coriolanus vniuersi quondam Ordinis generalis vir auctoritate grauissimus in suo *Ordinis defensorio veritate secunda argumento* 70. Iosephus Pamphilus Episcopus Signinus in *suis Chronicis ordinis*, dum agit de Guillielmo Cremonensi generali *fol.* 51. & Hieronymus Romanus *in defensorio Ordinis prima p. cap. nono fol.* 247. *colum. secunda & tertia.* Addimus Beatum Antoninum 3.*p.historiali tt.*24.*c.* 14.§. 4.quo in loco huius Pontificiæ concessionis facit mentionem.

Ac antequam Summi Pontificis verba diligentius expendamus precium erit caussam huius concessionis explicare, etiam, quam explicat B. Iordanus loco citato. Cum Ioannes 22. Summus Pontifex Fratrem Guillielmum de Cremona Doctorem eximium, & totius Ordinis priorem generalem, quem in minoribus constitutus habuit familiarissimum, Cardinalatus dignitate vellet conde-

cora-

cotare Guillielmus à Summo Pontifice obtinuit, vt sanctissimum Augustini corpus Papiæ in Ecclesia Sancti Petri de cælo aureo sepultum, & curæ Canonicorum regularium commissum; fratribus Eremitis veris eiusdem Augustini filijs, veroque eiusdem capitis mystico corpori potius donaretur. Negotium planè arduum Illustrissimis Cardinalibus in Consistorio discutiendum proponit Summus Pontifex: fuit autem post multas, & longas vltrò, citroque altercationes habitas tandem conclusum; & in acta relatum, Eremitarum Ordinem ab Augustino sumpsisse originem, corpusq; proinde S. Augustini fratribus Eremitis tanquam veris, & legitimis S. Augustini filijs esse concedendum; ea adhibita forma, & modo, quo explicatur in Bulla, vt vtrique soboli, Eremitis inquam; & Canonicis regularibus vnum esset commune templum, vnum odæum, siue chorus communis in quo ab vtrisq; diuina officia pariter celebrarentur: cura tamen sanctissimi corporis Eremitis tanquam veris tam lauti patrimonij hæredibus, speciatim commissa foret; qui modus seruari inde cæpit & seruatur hodie in ea Ecclesia.

Hæc omnia habemus ex B. Iordano, cæterisq; quos citauimus; atque ex cōmunibus ordinis Chronicis. Quinimò suppresso nomine fratris narrat idē Beatissimus Iordanus in dicto *ca.* 18.

dulgentias, fecitque amplissimam potestatem, vt monasteria eiusdem ordinis vbique locorum extrui possent.

Quarum rerum omnium præclarum dat testimonium Gondisaluus Illescas 2. lib. Historiæ Pontificalis cap. 9. in vita Innocentij Primi his verbis: *Anno sui Pontificatus II. regulam & modum viuendi Eremitis Fratribus ab Augustino præfixum, approbauit, & confirmauit. Fuit Innocentius Augustino amicißimus, indulta & priuilegia ordini ipsius elargitus est, etiam facultate data vt Eremitoria ædificarent.*

Idem ille de Zozymo Papa libri eiusdẽ c. 10. inquit, *Regulæ ab Augustino Eremitis datæ approbando subscripsit, auctoritate etiam elargita, vt verbum Dei per totum orbem libere prædicarent.*

Quæ omnia præterea constant ex antiquissimis ordinis Chronicis, atque ex Henrico de Vrimaria in lib. de origine ordinis, ex Ambrosio Coriolano ordinis generali, diligentissimoque antiquitatum ordinis indagatore, in suis Chronicis ordinis in Catalogo Pontificũ. Item ex Iosepho Pamphilo Episcopo Signino: ex Hieronymo Romano lib 1. historiæ S. Augustini cap. 18 fol. 41. & 42. & in defensorio ordinis sæpissimè.

Horum omnium communis vox est Bullam confirmationis, quam paulò superius meminimus ab Innocentio expeditam, in registro hujus Pontificis aliquando fuisse: cõcors

enim

enim illius Bullæ teſtimonium reddunt: tempus expeditionis deſignant: ad quem denique fuerit directa promunt. Quare licet ob temporum iniuriam, & edacem rerum antiquitatem regiſtrum huius Pontificis, & cum registro prædicta Bulla confirmationis minimè inueniatur: tamen ſecundum iuris principia propoſitæ hiſtoriæ ſatis fidei conciliatur, teſtimonijs eorum, qui annales, monumenta temporum, antiquitatis commemorationem, præteriti temporis nuncios; veritatis denique lucem circumſcripſerunt.

Nam principis priuilegium, atque quoduis aliud inſtrumentum, ſi amiſſum eſt per teſtes commodiſſimè probari, eſt in iure ab omnibus eius profeſſoribus receptiſſimum *ex tex. in cap. Cum olim ordin.* 12. *de priuileg. vbi late gloſſa ad verbum, ſine reprehenſione,* & communiter doctores *facit tex. in leg. ſicut iniquum*, vbi etiam gloſ. Bart. & doctores *c. de fide inſtrumentorum.* Communis ex Maſcardo *primo tomo concl.* 88. *& latius concl.* 245. Adde Antonium Gabr. *primo tomo* communium *lib.* 4. *titulo.* 11. *de Tabellionibus numero* 120. *& numero* 206. *&* 207. Ad antiquiſſimas autem res pro veris habendas, Hiſtorici qui antecedentium ſeculorum Annales literarum Monumentis conſignant, loco probatiſſimorum teſtium ſufficiunt. Nec iniuria: ſiquidem antiquiſſi-

marum rerum auditus apud historicorum libros incorruptos conseruatur, & per illos veluti per puras manus ad posteros inuiolatus transmittitur. Cum ea quæ à maioribus auditione acceperunt, vel quæ suis oculis ipsi hauserunt, obligata fide publica, sempiternæ posteritatis memoriæ consecrant, vt ex Guidone Papa consil. 88. numero 2. satiscolliges, & ex Albano consil. 64. numero 27.

Id quod est vsque adeo verum, vt historici etiam domestici in rebus domesticis enarrandis, testes sunt omni exceptione, maiores etiam si de ijs, quæ religionis sunt, scribant: quinimo in huiusmodi rebus credendis, aut explodendis illorum potius quam exterorum standum est testimonio, maxime si antiquitate præstant, & res sui ordinis multos ante annos, quando ad huc nulla erat de præcedentijs exorta controuersia, conscripserunt. Nam testes domestici de auditu deponentes admittuntur iuxta doctrinam *Baldi in cap. primo §. Vassallus titulo* Si de pheudo fuerit controuersia, Postilla ad quartam Tolosanam decisionem, verb. Idem in factis antiquis, sequitur Mascardus primo volum. concl. 104. numero 7. maxime si testificantur de ijs qui domi contigêre, vt idem Mascardus ibidem docet numero 8. ex Haymone strauella de

Anti-

Antiquitate temporum verſ. viſo de fama num. 13. Cum igitur Chronicorum auctores in aſciſcenda rebus antiquis auctoritate teſtium loco ſuccedant: eorum teſtimonium in ijs præcipuè eſt admittendum, quæ domi, hoc eſt in ſua religione, facta fuère; multòq; confidentius ſi (vt diximus) antiquiſſimo tempore conſcripſerunt, nulla dum circa res eas controuerſia nata. Denique longè confidentiſſimè ſunt audiendi ſi cum antiquitatis peritia vitæ ſanctimoniam coniunxerunt, quæ mentiri eos, & conſultò in ſcribendo labi non patiatur.

Quare cum antiquiſſima noſtri ordinis Chronica à viris, tum doctrina: tum ſanctitate præcellentibus edita ſint, & confirmationis ab Innocen. primo factæ anno ſui Pontificatus ſecundo, Bullæ quoque ad Valerium directæ teſtimonium reddant, atque ex eo fonte omnes alij rerum antiquarum ſcriptores, non ſolum domeſtici, ſed etiam externi eadem haurientes de eadem teſtificatione concordiſſimè teſtificentur, eorum vtique teſtimonia pro ſyncerâ, iuridicâ, & ſatis commoda debent probatione haberi: maximè cum facta, dictauè antiquiſſima, vix poſſint aliam probationem habere. Adde quod in ſimilibus rebus probandis argumenta alias minus idonea, & aliquanto minus habentia vi-

virium abunde sufficiunt vt liber primus non eneruatè demonstrat. Atque hæc tam de institutione, quam de approbatione Ordinis Eremitarum agente adhuc inter mortales Augustino facta dixisse sit satis.

LIBER V.

QVOD ORDO ILLE, QVI SVB TITVLO *Eremitarum sancti Augustini vnus ex quatuor mendicantibus in Ecclesia Dei hodie floret, sit ille, quem Aug. in Africa instituit.*

Præfatio.

QVid sit in superioribus libris effectum, nihil esse ducimus repetere necessariũ: nõ enim aut memoriæ, aut prudentiæ lectoris tantoperè diffidimus, quin eum putemus assequi sine ea repetitione posse ad demonstrationẽ Eremitani ordinis per Augustinum in Africa instituti, & per Ecclesiam eius ætate approbati (qui fuit duplex antecedentium librorum scopus) quàm apta cadat ea, ad quam in præsenti libro accingimur, demonstratio perpetuitatis, ac ductus vsque ad nostra tempora sine cessatione continui, ita vt ille idem Eremitanus ordo, qui ætate Augustini, & post illius mortem in Africa vsque ad Vandalicam vastationem cultissimus floruit, eâdem semper vnitate, & serie, vsque ad nostra tempora interitus expers permanserit: varijs tamen (vt est omnium rerum alea) nunc decrementis inclinationibus

nunc

nunc etiam incrementis obnoxius. Ex quo articulo totius controuersiæ dissolutio maxima ex parte pendet.

CAPVT I.

Referuntur aduersariorum sententiæ circa propositam thesim in hoc libro impugnandæ.

VT nullam aduersariorum petitionem declinare callidè videamur: initio disputationis quam multas potuimus reperire illorum de proposita quæstione sententias, omnes penitùs explicabimus vt appareat, nisi omnes illas postea refellamus, & repellamus, totum nos oleum, totamque operam perdidisse. Igitur aduersarij, licèt in opinionis fundamento dissentiant : in opinione tamen, & conclusione consentiunt; aiuntquè nullo excepto omnem ordinem qui sub titulo Eremitarum sancti Augustini inter quatuor mendicantes in Dei Ecclesia celebris, ac notus hodie floret, non fuisse à sancto Augustino institutum, sed ab auctore alio longè diuerso: siue quoniam Augustinus in Africa nullum Eremitarum Ordinem instituit, sed solum Canonicorum (quod eorum nonnulli volunt) siue quoniam ordo institutus in Africa ab Augustino iam aboleuerit, & ita sit expertus

eam

eam quam toti Africæ impia Vandalorum arma intulerunt vastationem, ita vt reuixerit postea nusquam, quod alijs magis doctis magis arridet.

Cum igitur Eremitanus ordo, qui nunc viget, non debeat (ex eorum sententia) Augustinum parentem agnoscere, cui parenti sit exponendus? aduersarij non constanter explicant vt moris est eorum, qui vspiam adoriuntur falsa dogmata introducere.

Sunt enim quibus placeat hunc Ordinem Eremitarum à S. Guillielmo Aquitaniæ quondam Duce in Gallia sumpsisse principium. Alijs sedet animo dicere non tam nobili, hoc est ducis Aquitanici, sed Guilliermi cuiusdam Parisiensis satu fuisse prognatum. Crebrior est, & communior sententia aliorum, qui faciunt Alexand. Quartum huius Eremiticæ religionis auctorem, ac fundatorem: tunc (credo) temporis, quando plures Eremitas diuersarum congregationum in vnum coegit, & vniuit Ordinem, anno Domini 1256. siue potius (quod malunt alij) anno Domini 1258. Hanc sententiam quicunque amant, sumpserunt à Ioan. Andræa, vt suo loco dicemus.

Nos hoc dogma tam absurdum esse, & à veritate tam apertè abhorrens: quam quod potest apertissimè abhorrere omni argumen-

gumentorum genere demonstrabimus, Summorum Pontificum definitionibus, vnanimi historicorum narratione, & fide: Chronologia quadam perpetuam ab Augustino vsque ad nostra tempora seriem Ordinis continente, vulgari denique fama Christiani populi opinione recepta; quæ omnia, si cælum fauerit, sequentibus in capitibus faciemus euidentissima.

CAPVT II.

Ordinem, qui sub tt. Eremitarum S. Augustini in Ecclesia Dei nunc temporis floret, habere Augustinum auctorem propriumq; parentem, varia summorum Pontificum testimonia comprobant.

PRincipio illud volumus esse concessum, quod est apud iuris scientes non in opinione dubia, sed in præsentia atque ante omnium oculos collocatum testimonio Summi Pontificis, & Principis, etiamsi de alieno facto sit, deberi plenam fidem & minimum eam, quæ onus probandi contrarium transferat in aduersarium; tunc præsertim cum super illud factum fundat suam intentionem, vt iuristæ loquuntur. Quàm conclusionem probant Doctores innumeri citati ab Antonio Gabriele inter communes *tomo tertio titulo de probationibus concl. tertia num. 43. cum sequen-*

ſequentibus. Docet gloſſa in Cap. Nonnulli verbo ſine ſpeciali mandato de reſcriptis in Clementina prima verbo feciſſe narramus de probationibus: eſſeque hanc ſententiam minimè dubiam, imo potius communi calculo receptam quando Papa, aut Princeps de antiquo facto aliquid aſſerit, aut teſtificatur; docent Antonius de Butrio & Immola in Clement. prima de Probationibus, Socinus conſilio 246. Decius conſil. 445. Iaſon conſil. 65. vol. tertia cum Aymone de antiquitatibus temporum 1. p. n. 33. quos omnes refert, & ſequitur Antonius Gabr. dicto conſil. 3. nu. 54. maximè quando id affirmat ex motu proprio, & non ex narratione alterius, vt aſſeruit Ancharranus, Antonius de Butrio, & mmola in dicta Clement. prima de Probationibus, Oldradus, Alexander Socinus, Cornæus & Rebufus, quos refert idem Antonius Gabriel vbi ſupra num. 55. Iuxta quos idem dicendum erit quando Papa, vel Princeps conſultus reſpondet, vel ſententiam dicendo aliquid decernit, quod eſt in iure perquam notiſſimum.

His ita poſitis primum Summi Pontificis teſtimonium eſto decretum illud Ioannis 22. in Bulla, quæ incipit: Veneranda ſanctorum Patrum, Doctorum Eccleſiæ vita &c. quam expediuit anno 11. ſui Pontificatus, hoc

eſt

est anno salutis 1327. vel circiter. Hæc bulla ad priorem generalem fratrum ordinis Eremitarum S. Augustini directa talia verba habet: *Dignum arbitramur, & congruum, vt vbi tanti doctoris, ac præsulis corpus tumulatum quiescere dicitur, ibi, vltra id, quod sibi honoris, & laudis ab vniuersali exhibetur Ecclesia, singulari quadam reuerentia à vobis, & fratribus vestri ordinis, qui sub eiusdem patris regula degitis, & sancta obseruatione militatis, quique diuinis insistitis laudibus: vacatis orationi, intenditis exhortationi, insudatis studio, & animarum saluti propensius inuigilatis, specialiter honoretur. Quatenus inibi tanquam membra suo capiti: filij patri: Magistro discipuli: duci milites cohærentes: Deo, & ipsi sancto, auctoritate fulti Apostolica præcordialibus gaudiis iubiletis, vbi & præceptoris vestri, & ducis Augustini noueritis reliquias fore sepultas. Ea propter, ad honorem sanctæ, ac indiuiduæ Trinitatis, beatæ, & gloriosæ, semperque Virginis genetricis dei Mariæ, & eiusdem beati Augustini Doctoris egregij, omniumque sanctorum, nec non diuini cultus augmentum: de fratrum nostrorum consilio, auctoritate Apostolica statuimus & ordinamus quod fratres vestri ordinis, quibus præsit prior secundum obseruantiam ipsius Ordinis Eremitis iuxta Ecclesiam, & monasterium Sancti Petri in cælo aureo Papiensi, vbi sacrum corpus eiusdem B. Augustini esse dicitur solenniter tumulatum: mediate, vel immediate, prout eisdem priori, & fratribus videbitur, & fieri commode poterit vsque ad*

corare Guillielmus à Summo Pontifice obtinuit, vt sanctissimum Augustini corpus Papiæ in Ecclesia Sancti Petri de cælo aureo sepultum, & curæ Canonicorum regularium commissum; fratribus Eremitis veris eiusdem Augustini filijs, veroque eiusdem capitis mystico corpori potius donaretur. Negotium planè arduum Illustrissimis Cardinalibus in Consistorio discutiendum proponit Summus Pontifex: fuit autem post multas, & longas vltrò, citroque altercationes habitas tandem conclusum; & in acta relatum, Eremitarum Ordinem ab Augustino sumpsisse originem, corpusq; proinde S. Augustini fratribus Eremitis tanquam veris, & legitimis S. Augustini filijs esse concedendum; ea adhibita forma, & modo, quo explicatur in Bulla, vt vtrique soboli, Eremitis inquam; & Canonicis regularibus vnum esset commune templum, vnum odæum, siue chorus communis in quo ab vtrisq; diuina officia pariter celebrarentur: cura tamen sanctissimi corporis Eremitis tanquam veris tam lauti patrimonij hæredibus, speciatim commissa foret; qui modus seruari inde cæpit & seruatur hodie in ea Ecclesia.

Hæc omnia habemus ex B. Iordano, cæterisq; quos citauimus; atque ex cōmunibus ordinis Chronicis. Quinimo suppresso nomine fratris narrat idē Beatissimus Iordanus in dicto *ca.* 18.

Augustinum aliquot ante diebus, quàm hæc ita à Cardinalibus decernerentur, & à Summo Pontifice concederentur, in mirandam quandam effigiem, & humana maiorem sese dedisse videndum cuidam fratri, prædixisseque beneficium toti ordini conferendum. Quem fratrem fuisse ipsum B. Iordanum communis posterorum opinio obseruat. Vnde vniuersus Eremitanus ordo vt hoc beneficij tanquam diuinitus, & præter vsitatum Iuris cursum apud se positum veneraretur, statuit in Capitulo generali Senis coacto anno salutis 1338. vt aniuersaria eius ipsius tanquam secundæ ordinis vnionis memoria, ac festus dies agitaretur in toto ordine quinta luce Maij, sicut in antiquis chronicis ordinis nostri refertur, & testatur Iosephus Pamphilus in sua historia in vita Guillielmi Cremonensis fol. 50.

Hic iam Apostolicæ concessionis verba excutiamus, diligenter igitur est annotandum Summum Pontificem vniuisse (vt ait) membra suo capiti: filios legitimo parenti: discipulos vero magistro; milites non dubio duci; idque adeò contra antiquam Canonicorum pacificam possessionem, per spolium tamen introductam, vt suo loco dicemus.

Post multas etiam de hac lite disceptationes, variasq; doctissimorum virorum consultationes in consistorio Apostolico præsente

Sum-

Summo Pontifice, aſſidentibuſq; ei Illuſtriſſimis Cardinalibus, in quibus id tandem fuit concluſum, id demum ſcitum Eremitarum Ordinē veram ab Auguſtino originem, legitimamq; inſtitutionem trahere. Qua veriſſima deciſione, Summus Pontifex voluit eſſe nixum decretum ſuum in bulla motu proprio ex pedita vt non obſtante immemoriali Canonicorum poſſeſſione, cura illius ſanctiſſimi corporis Eremitis ſpeciatim committeretur: quippe qui iure ſuitatis (ſic loqui mos eſt iure-reperitis) hæreditatem patris ſibi reſtitui poſtularent: in quibus terminis ſeruatis iuris cōmunis principijs, Summo Pontifici aſſerenti, cumulatiſſima danda eſt fides, vt initio huius capitis ſecundum communem ſententiam poſitum, ſtatum, ratumq; eſſe iuſſimus.

Secundum teſtimonium, illudque per illuſtriſſimum habemus à Martino. Quinto in bulla, qua fratribus Eremitis Sancti Auguſtini conceſſit corpus B. Monicæ Sanctiſſimi Auguſtini matris, à ciuitate oſtienſi Romam in monaſterium S. Auguſtini transferendum. Conceſſit autem id quinto idus Aprilis: Pōtificatus verò ſui anno. 13. qui fuit annus Domini 143. Bulla hæc verba habet: *Pia charitas, atque deuotio, qua ex* Chriſtianæ *profeſſionis*, *& paſtoralis officij debito ſanctorum reliquiis afficimur, nos impellit &c. corpus Beatæ Monicæ Sancti Auguſtini matris, ex certis pijs reſpectibus, & cauſis & præ-*

sertim quia corpus dicti sancti, ipsius Ordinis fundatoris in quadam Ecclesia Papiensi dicti Ordinis venerabiliter (prout decet) reconditum extitit à loco ciuitatis nostræ Ostiensis, vbi sepultum, & reconditum fuerat, ad Ecclesiam domus fratrum Eremitarum dicti Ordinis de vrbe transferendi, & in ipsa vrbe recondendi licentiam concessimus. Et infra: *Nos autem vestro ordini fratrum Eremitarum Sancti Augustini tanquam veris matris nepotibus & hæredibus, concessimus sanctissimas reliquias ex Ostia Tyberina Romam solenni pietate transferri.* Proprium, & originale huius bullæ exemplar habetur Romæ in Archiuo Monasterij Sancti Augustini, & ex illa promuntur lectiones in secundum Noctur. in die festo translationis Monicæ, qui nona luce Aprilis aniuersari a B. celebritate peragitur in toto ordine.

Quo etiam loco annotandum est, fratrem Augustinum Romanum priorem huius Ordinis Generalem à Summo Pontifice corpus B. Monicæ Romam ex vrbe Ostiensi deuehendum, atque in ædem Sancti Augustini recondendum iure suitatis (vt cum iuristis loquamur) Eremitanis fratribus, tanquam legitimis auiæ hæredibus petiisse. Res fuit ad Illustrissimorum Cardinalium senatum in primis delata, sed post maturamq; lõgam deliberationem in eodem illustrissimo, sãctissimoq; senatu statutũ secũdo est, eius Ord. Eremitani, qui nunc in Ecclesia viget, verum fundatorem

legi.

legitimumque parentem extitiſſe Aug. ob eáque cauſam corpus matris eiuſdem Auguſtini, ſanctiſſimaſq; illius reliquias ad fratres eiuſdem ordinis tanquam ad veros nepotes, proprioſque hæredes iure (vt iuriſtæ loquuntur) ſuitatis pertinere.

Huic tanti Pontificis teſtimonio aduerſarij ſuccumbunt, nec hæc verba credunt in Pō-tificis bulla haberi, eos proinde nos ad archiuum Romani monaſterij libenter remittimus. Hæc porro verò omnia, quæ ſunt in chronicis ordinis vulgatiſſima, leges apud Ambroſium Coriolanum in ſuo ordinis defenſorio 1.*p.* argumento octauo pro ſecunda veritate & 3.*p.* dum agit de Martino V. apud Ioſephum Pamphilum Epiſcopum Signinum in Chronicis ordinis dum agit de fratre Auguſtinó Romano generali *fol.* 75. apud Hieronymum Romanum, *prima parte* ſui defenſorij *capite nono, folio* 248. *columna* 2. *&* 3. quin potius Iacobus Bergomenſis in ſupplemento chronicorū *l.* 1. *ad ann.* 1428. conteſtificatur procuratione, & impenſis Maphæi Vegij illuſtriſſimi oratoris, & Martini V. datarij B. Monicę amātiſſimi, hæc omnia & obtenta fuiſſe, & geſta.

Tertio loco accedat noſtræ veritatis præclariſſimus teſtis Xiſtus IV. in bulla indulgenciarum, quas conceſſit monaſterio Sancti Auguſtini Romano, in diebus Sācti Auguſtini, & S. Monicæ, ac Sancti Nicolai Tolētinati ſacris.

Habet autem hoc modo bulla: *Xistus Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. vniuersis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem. dum attentè ex pastoralis officij debito consideramus, & in pectoris nostri Pontificij archano reuoluimus, quod inter vniuersos intemeratæ Ecclesiæ doctores, præcipuus Beatissimus Aurelius Aug. subtilissimus Euangeliorum, & sacrarum litterarum perscrutator, ac verbi Dei in sermonibus ad fideles, infidelesque audax expositor, religionisque regularis, & Apostolicæ vitæ, ac castitatis: paupertatis, & obedientiæ amator; & inter cætera ordinis Eremitarum fratrum eiusdem plantator, & primus institutor extitit, rationi & iuri consonum censemus &c.* Expedita fuit hæc bulla apud sanctum Petrum septimo idus Decembris, anno primo, Pontificatus eiusdem Xisti qui fuit annus Domini 1471. seruatur in Romano monasterio S. Augustini. Legit eam totam syllabatim Frater Ambrosius Coriolanus, & verbum ex verbo transtulit, ac reposuit in suo defensorio ordinis, argumento nono pro secunda veritate. Nec potest de eius veritate, quamuis in re propria dubitari; tum propter eximiam viri auctoritatem (moderatus est enim totũ ordinem Prior generalis); tum propter cum doctrina insigni coniunctam sanctimoniam vitæ. Refert verba eadem Hieronymus Romanus 1. p. sui defensorij cap. 9 in fine, & præfata S. Aug. Ecclesia Romæ, fruitur hodie concessis in ea bulla indulgentijs.

Quar-

Quarto loco Gregorius 13. felicis memoriæ Summus Pontifex in bulla quadam indulgētiarum monasterijs Portugalliæ concessarum: data 25. Iulij anno Domini 1576. anno Pontificatus quinto ita ait: *Omnibus, & singulis vtriusque sexus fidelibus, qui deinceps perpetuis futuris temporibus domos, & Ecclesias prædictas fratrum Eremitarum Sancti Augustini in inuocationibus earum, ac sancti Augustini dicti ordinis fundatoris, & sanctæ Monicæ &c.* Habetur hæc bulla in archiuio monasterij nostri Olysipponensis.

Quinto loco nostræ assertioni fidem adiungat Alex. IV. in bulla vnionis expedita anno Domini 1258 in qua idem Alexander refert sibi secundum mentis quietem obiectum fuisse visendum quendam Pontificem cuculla nigra indutum, accinctumque è corio facta corrigia, veste denique Pontificali extrinsecus adornatum: grandem capite, membris exilem. Cum verò accîtis Illustrissimis Cardinalibus, alijsque viris & sanctitate, & religione insignibus, de hoc spectro Alexander IV. cum illis diligentius consultaret, fuit ab omnibus sine vlla discrepantia iudicatum; qui Pontifex apparuerit eum fuisse Beatissimum Augustinum Ordinis Eremitarum fundatorem: qui eo viso id Summo Pontifici, nō sine querimonia significare vellet, se, cum esset in Dei Ecclesia tantus, tam grandisque; habere tamen membra exilia, hoc est Eremitarum ordinem, cuius

ille proprium caput erat, humilem tunc temporis, & abiectũ, in solitudinibus penè sepultum, Christianæque reipublicæ ferè incognitum. Quo cælesti monitu edoctus, permotusque Alexander IV. de amplificanda eremitana religione cæpit alacer cogitare: nec erectus eius animus antea conquieuit, quam Eremitas S: Augustini disiunctos prouincijs, diuisos titulis, appellatione distinctos, in vnum corpus compulit, coagmentauit, & vniuit.

Noli tamen per socordiam ; noli lector non aduertere, ad hanc quam iam protulimus ex Illustrissimo Cardinalium Collegio Apostolicoque consistorio, de Ordine Eremitano consultationem, sed quid consultationem dico, & non potius definitionem? nunquid non est definire Augustinum Eremitarum ordinis fuisse & esse parentem? asserere sacrum Collegium prout nos de verbo ad verbum retulimus. Audire tamen hoc loco videor maliuolentium irrisiones, qui nos & nostram visionem faciunt ludos illamque somnium, & anilem fabellam appellant: nos insuper facetos homines, nec parum risus dantes audientibus, dum dicimus hanc vnionis bullam in archiuio conuentus Ciuitatis Vrbini conseruatam haberi.

Sed bone Deus! an ignorant illi apparere viuis sanctos manes ? nam de fidelitate eorum.

rum, qui nunc huiuſce apparitionis teſtimonium reddunt, eos addubitare non reor: apparitionem namq; refert D. Antonin *3.p.tt.24.* §.3. ad finem vbi aſſerit hanc veritatem ex antiquis Ordinis priuilegijs luculenter haberi. Quod profectò vir ſanctiſſimus, & omni fide digniſſimus haud affirmaret niſi de huiuſmodi priuilegijs factus eſſet extra omnem dubitationem certior. Eidem viſioni verbis ijſdem fert fideliſſimum teſtimonium B. Iordanus de Saxonia vir & ſanctitate, & eruditione egregius Diuo Antonino antiquior in *libro primo* de vitis fratrum *cap.* 14. fert etiam teſtimonium Ambroſius Coriolanus 1.*p.* defenſorij ad nonum argumentum contra ſecundam veritatem & *rurſus in 6. veritate dum citat* Alexandrum IV. latius verò in Chronicis eiuſdem ordinis, dum de eodem Alexandro verba facit.

Eiuſdem etiam viſionis mentionem facit Iacobus Bergomenſis in ſuo Chronicorum ſupplemento *lib.*13. ad annum 1255. dum agit de eodem Alexandro. Rem eandem, & latè proſequitur & lautè ornat Ioſephus Pamphilus Epiſcopus Signinus in ſuis Chronicis ordinis. Adijce Hieronymum Romanum *prima parte* ſui defenſorii *capite octauo*, quo in loco teſtatur ſe vidiſſe huius Bullæ tranſumptum authenticum in Gallia in Conuentu de

gra-

gratia. Denique Aeneas Siluius in suis Magnis chronicis eiusdem visionis, & Apostolicæ bullæ honestissimè commeminit: ac nouissimè Hieronymus Plato *lib.* 2. de bono statu religiosi *cap.* 22 *pag.* 411. Cum igitur memoratæ visionis, bullæ quoque Apostolicæ, tot, tantos, tamque inter se consentientes testes habeamus, non est quod aduersariorum risus reformidemus. At enim, si licet ita diffidere, temporumque annalibus auctoritatem negare: quam oro fidem rerum olim gestarum apud nos conseruare poterimus? æquiori iudicio iura decreuerunt, vt in peruetustis rebus confirmandis, annalibus & historiam narrantibus libris fides tribueretur, atque antiqua instrumenta, quæ vel incendij vis absumpsisset, vel sors aliqua è medio abstulisset, testimonijs historicorũ firmissimè probari, & pro integris haberi possent: de quo nos argumento in primo libro tam multa iam diximus, vt si quæ repetere modo velimus, non immerito legentibus, à fastidio timeamus. Quare de testimonijs, decisionibusque Summorum Pontificum dicta sint satis.

CAPVT III.

Ordinem Eremitarum, qui nunc floret, eum ipsum ab Augustino fuisse institutum communi historicorum narratione confirmatur.

Quam

QVam veritatem capite superiori Summorum Pontificum definitionibus, & decretis clarissimè confirmauimus, eandem nunc communi eorum, qui annalium monumenta conscripserunt, assertione aggredimur comprobare, quorum huminum auctoritas in rebus antiquissimis confirmandis quanta sit, libro 1. diligenter ostendimus.

Primum igitur testimonium producamus ex d. Anton. 3. p. historiali titulo. 24. cap. 14. §. 3. vbi cum incidit in mentionem de familia eremitana in Africa ab Augustino instituta, hæc omnia fusè scribit: *Cum autem omnipotens Deus B. Augustinum de valle huius miseriæ ad cælestis regni gloriam euocasset: crebescente hostili vandalorum insultu, & successu temporis inualescente eorum perfidia, monasterijs, & Ecclesijs in Africa gentilitatis ritu prophanatis, concrematis, & deuastatis, personisque eorum exsulatis, & fugatis, vt habetur in Chronicis, tunc etiam fratres illi, qui in cænobijs sub B. Augustino nutritore degerant, hinc inde dispersi sunt, quorum quidam deuenêre in Thusciam, quia forte B. Augustinus in transitu suo de Mediolano in Africam aliquos inde sumpserat: & si ex illis forte illo tempore non aliquis fuisset superstes: eorum tamen posteri per eos edocti, poterant de Thuscia boni aliquid audiuisse, scilicet quomodo ibi essent fratres aliqui eiusdem propositi per Augustinum etiam instructi, & similia. Sic illuc venientes nonnulli eorum in cellis solitarie, alij in cænobijs eremiticis sese receperunt seruientes domino, sicut cuique*

Domi-

Domino, sicut cuiq; Dominus inspirauerat & sic illa Sãcta societas per B. August. instituta, & per eum semper (vt dictum est) obseruata, non omnino dispersa fuit, & abolita, sed in aliquibus bonis patribus conseruata donec nouissimis temporibus illam dispersionem Deus dignatus est adunare. Denique ab illa dispersione multi fluxerunt anni vsque ad tempora Innocentij Papæ III. qui fuit primus Papa, quem circa ordinem ipsum aliquid speciale fecisse legi. Quanquam verisimile sit quod ante eum plures Romani Pontifices ipsum ordinem fuerint congruis fauoribus prosecuti, licet propter temporis antiquitatem, & fratrum sanctam simplicitatem, nihil à nobis de hoc scriptum inueniatur. Et statim inferius: *Qualiter autem fratres dicti ordinis illo interuallo tanti temporis id est à dispersione sua de Africa vsq; ad tempora dicti Papæ Innocentij tertij vixerint, quidue egerint, in scripto authentico non inueni. Sed hoc vnum certum est, quod illa sancta propagatio S. Augustini, non omnino extincta fuit, sed in aliquibus bonis fratribus in quadam simplicitate viuentibus perdurauit vsque ad annum Domini 1215. quando celebratum fuit Concilium Lateranẽse sub præfato Innocentio Papa III.* Hæc Sanctus Antoninus. Quo in loco illud annotãdum est D. Antoninum hic apertissime agere de ordine ab Augustino instituto in Africa, vt satis patet ex §. 2. & ex illis præterea verbis: *Fratres illi, qui in cænobijs sub B. Augustino nutritore degebant, hinc inde dispersi.* Et clarius ex illis *Sancta Societas per Augustinum instituta, & per eum sem-*

semper obseruata. Hanc igitur Eremitanam religionem ab Augustino institutam apertissimis verbis affirmat, imo esse certum asserit non fuisse omnino abolitam, & extinctam, sed à dispersione fratrum per Vandalos inuecta, semper permansisse vsque ad tempora Innocentij III. & sub eo celebratum anno Domini 1215. Lateranense Concilium. Quod verò hic ordo ab Augustino institutus, necvnquam postea ad Innocentium vsque III. intercisus, vsque ad nostrá tempora etiam post vnionem factam continens, idemque permaneat, per quam apertissimè colliges ex ijs, quæ docet idem D. Antonin. *in dicto §. 3. & 4. vsque ad* 6. verum de hac re nobis inferius est agendum fusius.

Eidem veritati satis aperto testimonio est Antonius Sabellicus Enneadis 7. lib. 9. dum de eadē familia Eremitana sic ait. *Rem auspicatissime (in Africa) inchoatam & Sanctam fidem auctam impia Vandalorum arma, quæ totam inde Africam sunt peruagata, atroci infestatione propemodum extinxêre. Adijt inde nec vnam cladem Eremitarum nomen: cæterum sæpius, varieque instauratum in plures abijt familias. Nunc præcipua nominis celebritas est penes eos. qui ab Eremo nomen sortiti sunt: hi nigra tunica amiciuntur, concolor tegmen à scapulis ad caput inducunt: subter candida tunicula cū cādida lista, scortea cinguntur Zona, bibulo cornu fibulata.*

Calcia-

Calciatus nihil à communi diuersus &c. Et statim inferius: *Mirum est quantum eremitanorũm res toties afflicta ad postremum creuit. Sunt nostra tempestate. vt Alouisiani Commentarij demonstrant, eremitani ordinis conuẽtus, quorũ ratio iniri potest circiter duo mille, initiatorum ad triginta millia numero.* Deinde refert in albũ, tũ doctores, tum beatos ordinis, & quot in Ætiopia (in quam Orbis partem Africa propinquã, fratres ordinis Wãdalica iniuriam declinantes penetrarunt) ordo habeat monasteria. Ecce tibi igitur Sabellius seriem ordinis Eremitani ab Augustino in Africa procreati vsque ad sua tempora perpetuam deduxit.

Primo, Illa etiam Sabellij verba non prætéribo, quæ eodem loco ponit posteaquam controuersiam inter Eremitanos, & Canonicos de institutionis primatu subortam, nec decisam reliquit: *Cæterum eremitica (quod satis constat) familia multo est hodie celebrior, atque adeo nobilis, vt inter Christianæ pietatis ordines, & celebritate, & virorum fruge credatur nulli inferior.* Quanuis autem Sabellius sententiam in commemorata lite non ferat, sed rem relinquat in medio: res tamen adeo est ab Augustino explicata, atque decisa in sermone 1. de communi vita clericorum, & alijs in locis, vt nullus dubitationi reliquus factus sit locus: id quod tamen nihil nobis negotij modo facessit: solum enim ex allegato testimonio annotamus Sabellium agere

gere de familia Eremitarum ab Augustino instituta Atque hanc clamare ita esse hodie nobilem in Ecclesia, vt inter cæteros Ecclesiæ monasticos ordines nullus credatur aut celebritate, aut virorum fruge superior. Ambigi igitur non potest quin Sabellius Eremitani ordinis, nostris his tēporibus celeberrimi initia, ad Augustinum institutorem referat. & primum illum ordinem ab Augustino in Africa institutum ad nostra vsque tempora, alia, ex alia continuatione perducat; in qua etiam sententia persistit libro 1. Enneadis 9. dum agit de Innocentio III. & lib. 6. eiusdem Enneadis dum Prædicatorum, & Minorum institutiones commeminit.

Grauissimum (idque numero 3.) pro eadem veritate testimonium dicit Gondisaluus Illelcas in sua celebri Romanorum Pontificum histotia cap. 33. oratione tali. *Ordo Tertius qui eodem filo ad perfectionis apicem assumptus est Eremitarum S. Augustini, eius tamen origo diu ante præcessit, est enim extra dubium Augustinum ante Episcopatum Hipponensem, Eremum incoluisse, indeque ad illam dignitatem vocatum & coactum, relictis fratribus suis Eremitis habitu & viuendi methodo, quæ illi semper in Eremo viuentes vsque ad Guilielmi tempora strictißimè retinuerunt, & sanctißime obseruarunt: is vero Guilielmus Pictonum Comes ad annum Domini* 1057. *Diui Bernardi ætate, eiusque opera conuersus, habitum Eremitarum*

 sum-

sertim quia corpus dicti sancti, ipsius Ordinis fundatoris in quadam Ecclesia Papiensi dicti Ordinis venerabiliter (prout decet) reconditum extitit à loco ciuitatis nostræ Ostiensis , vbi sepultum , & reconditum fuerat , ad Ecclesiam domus fratrum Eremitarum dicti Ordinis de vrbe transferendi , & in ipsa vrbe recondendi licentiam concessimus. Et infra : *Nos autem vestro ordini fratrum Eremitarum Sancti Augustini tanquam veris matris nepotibus & hæredibus, concessimus sanctissimas reliquias ex Ostia Tyberina Romam solenni pietate transferri.* Proprium, & originale huius bullæ exemplar habetur Romæ in Archiuo Monasterij Sancti Augustini , & ex illa promuntur lectiones in secundum Noctur. in die festo translationis B. Monicæ, qui nona luce Aprilis aniuersaria celebritate peragitur in toto ordine.

Quo etiam loco annotandum est, fratrem Augustinum Romanum priorem huius Ordinis Generalem à Summo Pontifice corpus B. Monicæ Romam ex vrbe Ostiensi deuehendum , atque in ædem Sancti Augustini recondendum iure suitatis (vt cum iuristis loquamur) Eremitanis fratribus, tanquam legitimis auiæ hæredibus petiisse. Res fuit ad Illustrissimorum Cardinalium senatum in primis delata, sed post maturamq; lōgam deliberationem in eodem illustrissimo, sāctissimoq; senatu statutū secūdo est, eius Ord. Eremitani, qui nunc in Ecclesia viget, verum fundatorem legi-

legitimumque parentem extitisse Aug. ob eá-que causam corpus matris eiusdem Augustini, sanctissimasq; illius reliquias ad fratres eiusdem ordinis tanquam ad veros nepotes, propriosque hæredes iure (vt iuristæ loquuntur) suitatis pertinere.

Huic tanti Pontificis testimonio aduersarij succumbunt, nec hæc verba credunt in Pōtificis bulla haberi, eos proinde nos ad archiuum Romani monasterij libenter remittimus. Hæc porro verò omnia, quæ sunt in chronicis ordinis vulgatissima, leges apud Ambrosium Coriolanum in suo ordinis defensorio 1.*p.* argumento octauo pro secunda veritate & 3.*p.* dum agit de Martino V. apud Iosephum Pamphilum Episcopum Signinum in Chronicis ordinis dum agit de fratre Augustinó Romano generali *fol.* 75. apud Hieronymum Romanum, *prima parte* sui defensorij *capite nono, folio* 248. *columna* 2. *&* 3. quin potius Iacobus Bergomensis in supplemento chronicorū *l.* 1. *ad ann.* 1428. contestificatur procuratione, & impensis Maphæi Vegij illustrissimi oratoris, & Martini V. datarij B. Monicę amátissimi, hæc omnia & obtenta fuisse, & gesta.

Tertio loco accedat nostræ veritatis præclarissimus testis Xistus IV. in bulla indulgentiarum, quas concessit monasterio Sancti Augustini Romano, in diębus Sácti Augustini; & S. Monicæ, ac Sancti Nicolai Tolétinati sacris.

Habet autem hoc modo bulla: *Xistus Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. vniuersis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem. dum attentè ex pastoralis officij debito consideramus, & in pectoris nostri Pontificij archano reuoluimus, quod inter vniuersos intemeratæ Ecclesiæ doctores, præcipuus Beatissimus Aurelius Aug. subtilissimus Euangeliorum, & sacrarum literarum perscrutator, ac verbi Dei in sermonibus ad fideles, infidelesque audax expositor, religionisque regularis, & Apostolicæ vitæ, ac castitatis: paupertatis, & obedientiæ amator; & inter cætera ordinis Eremitarum fratrum eiusdem plantator, & primus institutor extitit, rationi & iuri consonum censemus &c.* Expedita fuit hæc bulla apud sanctum Petrum septimo idus Decembris, anno primo, Pontificatus eiusdem Xisti qui fuit annus Domini 1471. seruatur in Romano monasterio S. Augustini. Legit eam totam syllabatim Frater Ambrosius Coriolanus, & verbum ex verbo transtulit, ac reposuit in suo defensorio ordinis, argumento nono pro secunda veritate. Nec potest de eius veritate, quamuis in re propria dubitari; tum propter eximiam viri auctoritatem (moderatus est enim totũ ordinem Prior generalis); tum propter cum doctrina insigni coniunctam sanctimoniam vitæ. Refert verba eadem Hieronymus Romanus 1. p. sui defensorij cap. 9 in fine, & præfata S. Aug. Ecclesia Romæ, fruitur hodie concessis in ea bulla indulgentijs.

Quar-

Quarto loco Gregorius 13. felicis memoriæ Summus Pontifex in bulla quadam indulgẽtiarum monasterijs Portugalliæ concessarum: data 25. Iulij anno Domini 1576. anno Pontificatus quinto ita ait: *Omnibus, & singulis vtriusque sexus fidelibus, qui deinceps perpetuis futuris temporibus domos, & Ecclesias prædictas fratrum Eremitarum Sancti Augustini in inuocationibus earum, ac sancti Augustini dicti ordinis fundatoris, & sanctæ Monicæ &c.* Habetur hæc bulla in archiuio monasterij nostri Olysipponensis.

Quinto loco nostræ assertioni fidem adiungat Alex. IV. in bulla vnionis expedita anno Domini 1258 in qua idem Alexander refert sibi secundum mentis quietem obiectum fuisse visendum quendam Pontificem cuculla nigra indutum, accinctumque è corio facta corrigia, veste denique Pontificali extrinsecus adornatum: grandem capite, membris exilem. Cum verò accîtis Illustrissimis Cardinalibus, alijsque viris & sanctitate, & religione insignibus, de hoc spectro Alexander IV. cum illis diligentius consultaret, fuit ab omnibus sine vlla discrepantia iudicatum; qui Pontifex apparuerit eum fuisse Beatissimum Augustinum Ordinis Eremitarum fundatorem: qui eo viso id Summo Pontifici, nõ sine querimonia significare vellet, se, cum esset in Dei Ecclesia tantus, tam grandisque; habere tamen membra exilia, hoc est Eremitarum ordinem, cuius

ille proprium caput erat, humilem tunc temporis, & abiectũ, in solitudinibus penè sepultum, Christianæque reipublicæ ferè incognitum. Quo cælesti monitu edoctus, permotusque Alexander IV. de amplificanda eremitana religione cæpit alacer cogitare: nec erectus eius animus antea conquieuit, quam Eremitas S: Augustini disiunctos prouincijs, diuisos titulis, appellatione distinctos, in vnum corpus compulit, coagmentauit, & vniuit.

Noli tamen per socordiam; noli lector non aduertere, ad hanc quam iam protulimus ex Illustrissimo Cardinalium Collegio Apostolicoque consistorio, de Ordine Eremitano consultationem, sed quid consultationem dico, & non potius definitionem? nunquid non est definire Augustinum Eremitarum ordinis fuisse & esse parentem? asserere sacrum Collegium prout nos de verbo ad verbum retulimus. Audire tamen hoc loco videor maliuolentium irrisiones, qui nos & nostram visionem faciunt ludos illamque somnium, & anilem fabellam appellant: nos insuper facetos homines, nec parum risus dantes audientibus, dum dicimus hanc vnionis bullam in archiuio conuentus Ciuitatis Vrbini conseruatam haberi.

Sed bone Deus! an ignorant illi apparere viuis sanctos manes? nam de fidelitate eorum.

rum, qui nunc huiusce apparitionis testimonium reddunt, eos addubitare non reor: apparitionem namq; refert D. Antonin 3.*p.tt.*24. §.3. ad finem vbi asserit hanc veritatem ex antiquis Ordinis priuilegijs luculenter haberi. Quod profectò vir sanctissimus, & omni fide dignissimus haud affirmaret nisi de huiusmodi priuilegijs factus esset extra omnem dubitationem certior. Eidem visioni verbis ijsdem fert fidelissimum testimonium B. Iordanus de Saxonia vir & sanctitate, & eruditione egregius Diuo Antonino antiquior in *libro primo* de vitis fratrum *cap.* 14. fert etiam testimonium Ambrosius Coriolanus 1.*p.* defensorij ad nonum argumentum contra secundam veritatem & *rursus in 6. veritate dum citat* Alexandrum IV. latius verò in Chronicis eiusdem ordinis, dum de eodem Alexandro verba facit.

Eiusdem etiam visionis mentionem facit Iacobus Bergomensis in suo Chronicorum supplemento *lib.*13. ad annum 1255. dum agit de eodem Alexandro. Rem eandem, & latè prosequitur & lautè ornat Iosephus Pamphilus Episcopus Signinus in suis Chronicis ordinis. Adijce Hieronymum Romanum *prima parte* sui defensorii *capite octauo*, quo in loco testatur se vidisse huius Bullæ transumptum authenticum in Gallia in Conuentu de gra-

gratia. Denique Aeneas Siluius in suis Magnis chronicis eiusdem visionis, & Apostolicæ bullæ honestissimè commeminit: ac nouissimè Hieronymus Plato *lib.* 2. de bono statu religiosi *cap.*22 *pag.*411. Cum igitur memoratæ visionis, bullæ quoque Apostolicæ, tot, tantos, tamque inter se consentientes testes habeamus, non est quod aduersariorum risus reformidemus. At enim, si licet ita diffidere, temporumque annalibus auctoritatem negare: quam oro fidem rerum olim gestarum apud nos conseruare poterimus? æquiori iudicio iura decreuerunt, vt in peruetustis rebus confirmandis, annalibus & historiam narrantibus libris fides tribueretur, atque antiqua instrumenta, quæ vel incendij vis absumpsisset, vel sors aliqua è medio abstulisset, testimonijs historicorũ firmissimè probari, & pro integris haberi possent: de quo nos argumento in primo libro tam multa iam diximus, vt si quæ repetere modo velimus, non immerito legentibus, à fastidio timeamus. Quare de testimonijs, decisionibusque Summorum Pontificum dicta sint satis.

CAPVT III.

Ordinem Eremitarum, qui nunc floret, eum ipsum ab Augustino fuisse institutum communi historicorum narratione confirmatur.

Quam

QVam veritatem capite superiori Summorum Pontificum definitionibus, & decretis clarissimè confirmauimus, eandem nunc communi eorum, qui annalium monumenta conscripserunt, assertione aggredimur comprobare, quorum huminum auctoritas in rebus antiquissimis confirmandis quanta sit, libro 1. diligenter ostendimus.

Primum igitur testimonium producamus ex d. Anton. 3. p. historiali titulo. 24. cap. 14. §. 3. vbi cum incidit in mentionem de familia eremitana in Africa ab Augustino instituta, hæc omnia fusè scribit: *Cum autem omnipotens Deus B. Augustinum de valle huius miseriæ ad cælestis regni gloriam euocasset: crebescente hostili vandalorum insultu, & successu temporis inualescente eorum perfidia, monasterijs, & Ecclesijs in Africa gentilitatis ritu prophanatis, concrematis, & deuastatis, personisque eorum exsulatis, & fugatis, vt habetur in Chronicis, tunc etiam fratres illi, qui in cænobijs sub B. Augustino nutritore degerant, hinc inde dispersi sunt, quorum quidam deuenêre in Thusciam, quia forte B. Augustinus in transitu suo de Mediolano in Africam aliquos inde sumpserat: & si ex illis forte illo tempore non aliquis fuisset superstes: eorum tamen posteri per eos edocti, poterant de Thuscia boni aliquid audiuisse, scilicet quomodo ibi essent fratres aliqui eiusdem propositi per Augustinum etiam instructi, & similia. Sic illuc venientes nonnulli eorum in cellis solitarie, alij in cœnobijs eremiticis sese receperunt seruientes domino, sicut cuique*

Domi-

Domino, sicut cuiq; Dominus inspirauerat & sic illa Sācta societas per B. August. instituta, & per eum semper (vt dictum est) obseruata, non omnino dispersa fuit, & abolita, sed in aliquibus bonis patribus conseruata donec nouißimis temporibus illam dispersionem Deus dignatus est adunare. Denique ab illa dispersione multi fluxerunt anni vsque ad tempora Innocentij Papæ III. qui fuit primus Papa, quem circa ordinem ipsum aliquid speciale fecisse legi. Quanquam verisimile sit quod ante eum plures Romani Pontifices ipsum ordinem fuerint congruis fauoribus prosecuti, licet propter temporis antiquitatem, & fratrum sanctam simplicitatem, nihil à nobis de hoc scriptum inueniatur. Et statim inferius: *Qualiter autem fratres dicti ordinis illo interuallo tanti temporis id est à dispersione sua de Africa vsq; ad tempora dicti Papæ Innocentij tertij vixerint, quidue egerint, in scripto authentico non inueni. Sed hoc vnum certum est, quod illa sancta propagatio S. Augustini, non omnino extincta fuit, sed in aliquibus bonis fratribus in quadam simplicitate viuentibus perdurauit vsque ad annum Domini 1215. quando celebratum fuit Concilium Lateranēse sub præfato Innocentio Papa III.* Hæc Sanctus Antoninus. Quo in loco illud annotādum est D. Antoninum hic apertissime agere de ordine ab Augustino instituto in Africa, vt satis patet ex §. 2. & ex illis præterea verbis: *Fratres illi, qui in cænobijs sub B. Augustino nutritore degebant, hinc inde dispersi.* Et clarius ex illis *Sancta Societas per Augustinum instituta, & per eum sem-*

semper obseruata. Hanc igitur Eremitanam religionem ab Augustino institutam apertissimis verbis affirmat, imo esse certum asserit non fuisse omnino abolitam, & extinctam, sed à dispersione fratrum per Vandalos inuecta, semper permansisse vsque ad tempora Innocentij III. & sub eo celebratum anno Domini 1215. Lateranense Concilium. Quod verò hic ordo ab Augustino institutus, nec vnquam postea ad Innocentium vsque III. intercisus, vsque ad nostrá tempora etiam post vnionem factam continens, idemque permaneat, per quam apertissimè colliges ex ijs, quæ docet idem D. Antonin. *in dicto §.3. & 4. vsque ad* 6. verum de hac re nobis inferius est agendum fusius.

Eidem veritati satis aperto testimonio est Antonius Sabellicus Enneadis 7. lib. 9. dum de eadē familia Eremitana sic ait. *Rem auspicatissime (in Africa) inchoatam & Sanctam fidem auctam impia Vandalorum arma, quæ totam inde Africam sunt peruagata, atroci infestatione propemodum extinxêre. Adijt inde nec vnam cladem Eremitarum nomen: cæterum sæpius, varieque instauratum in plures abijt familias. Nunc præcipua nominis celebritas est penes eos. qui ab Eremo nomen sortiti sunt: hi nigra tunica amiciuntur, concolor tegmen à scapulis ad caput inducunt: subter candida tunicula cū cādida lista, scortea cinguntur Zona, bibulo cornu fibulata*

Calcia-

gere de familia Eremitarum ab Augustino instituta Atque hanc clamare ita esse hodie nobilem in Ecclesia, vt inter cæteros Ecclesiæ monasticos ordines nullus credatur aut celebritate, aut virorum fruge superior. Ambigi igitur non potest quin Sabellius Eremitani ordinis, nostris his tẽporibus celeberrimi initia, ad Augustinum institutorem referat. & primum illum ordinem ab Augustino in Africa institutum ad nostra vsque tempora, alia, ex alia continuatione perducat; in qua etiam sententia persistit libro 1. Enneadis 9. dum agit de Innocentio III. & lib. 6. eiusdem Enneadis dumrPædicatorum, & Minorum institutiones commeminit.

Grauissimum (idque numero 3.) pro eadem veritate testimonium dicit Gondisaluus Illelcas in sua celebri Romanorum Pontificum historia cap. 33. oratione tali. *Ordo Tertius qui eodem filo ad perfectionis apicem assumptus est Eremitarum S. Augustini, eius tamen origo diu ante præceßit, est enim extra dubium Augustinum ante Episcopatum Hipponensem, Eremum incoluisse, indeque ad illam dignitatem vocatum & coactum, relictis fratribus suis Eremitis habitu & viuendi methodo, quæ illi semper in Eremo viuentes vsque ad Guilielmi tempora strictißimè retinuerunt, & sanctißime obseruarunt: is vero Guilielmus Pictonum Comes ad annum Domini* 1057. *Diui Bernardi ætate, eiusque opera conuersus, habitum Eremitarum*

sumpsit, qui permissu Anastasij IV. & Adriani etiam IV. in ciuitates ex Eremo concesserunt.

Vides vt grauissimus, ac fidelissimus historicus asserat rem totius dubitationis inanem, quod is, de quo agimus, Eremitanus ordo suam ab Augustino trahat originem: & quam viuendi formam acceperat ab Augustino (vt in solitudine morarentur inquam) eandem vsque ad B. Guillielmi tempora retineret; qui Guillielmus concessu Pontificum ordinem ab incultis Eremis reuocarit, & ad hominum contubernia, atque vrbium nitorem transtulerit.

Iuuant & illa eiusdem auctoris verba lib. secundo eiusdem historiæ cap. 8. in vita Anastasij cum de secundo monasterio agit, quod Augustinus in horto prope Hipponem construxit: *His tertiam regulam præfixit, quam sui ordinis fratres, & 42. alij ordines profitentur.*

Aperiat quarto loco nobis mentem de hac quæstione suam Hieronymus Plato de Societate Iesu libro secundo de bono statu religiosi cap. 22. pag. 411. *Ipse Augustinus (Plato ait) in Africa, vt Poßidonius narrat, virorum, & fœminarum monasteria fundauit: quod quidem tum alij multi; tum inprimis Antoninus hoc ipsum putat esse institutum, cui nunc Eremitarum nomen est: sic enim commemorat Augustinum antequam esset Episcopus prope Hipponensem ciuitatem monasterium in nemore condidisse, quod eo viuo, & deinde mortuo magno-*

pere

pere auctum, & per alias deinceps ciuitates propagatum, aliquot annis postea Barbarorum irruptione disiectum esse, aliosque in Italiam venisse, alios aliò, donec Innocentius IV. qui anno Domini 1243. Summum gessit Pontificatum, cùm multi alij essent hic, illic sparsi Eremitæ, in vnum omnes corpus contraxit, quod huius consilium multo etiam diligentiùs executum esse Alexand. IV eius successorem cælesti quadam visione impulsum, cum ei apparuisset B. Augustinus grandi capite, membris etiam exilibus. Quare hoc tanto incremento accepto familia illa magnoperè adaucta, & deinde magis etiam multiplicata viguit, vt videmus, in Ecclesia, nomenque Eremitarum, quod ab initio ex solitudine habuit, nunc etiam in medijs vrbibus seruat. Hæc Hieronymus Plato, apud quem id aduertimus diligentissimè quod bonus auctor ait, hoc ipsum, quod nunc temporis Eremitæ S. Augustini seruant; esse institutum illud, quod Augustinus effinxit, & peperit in monasterio in nemore ædificato ante episcopatum eiusdem: quia nimirum illud idem institutum in præcitato monasterio ab Augustino fundatum, expulsis Vandalorum irruptione ex Africa eiusdem instituti fratribus; & per varias mundi partes dispersis vsque ad nostra tempora semper permansit.

Afferamus & S. testimonium ex Thoma de Trugillo in se thesauro concionatorum dum in mense Augusto vitam describit Augustini: ibi namq; affirmat ordinem Eremitarum Sancti Augustini (de eo agit, qui nunc est)

initium sumpsisse ex primo monasterio, quod Augustinus ex suo patrimonio vendito in solitudine ædificauit, hæc enim proponit verba: *Inde venit (Augustinus scilicet) Tagasten, vbi vendidit patrimonium, quod habebat, & partem quidē pretij pauperibus dedit: partem vero sibi reseruauit ad monasterium quoddam ædificandum in solitudine, vbi monasticam duxit vitam cum ijs amicis, qui eum imitabantur: ibique incepit ordo Eremitarum, ordo inquam Eremitarum qui nunc floret in Ecclesia.*

Cui sexto loco accinit doctissimus Alfonsus de Villegas in 1. p. sui Sanctoralis in vita Aug. agēs enim. de primo paulo ante cōmemorato monasterio ita ait: *Et hic quidem primaria ordinis Eremitarum S. Augustini monachorumque Augustinensium iacta fundamenta.*

Et 3. p. quæ est sanctorum extrauagantium, dum de B. Guillielmo agit apertissime ostendit ordinem Eremitarum vsque ad illa tempora permansisse, collapsum tamen, ac pene iacentem: quem B. Guillielmus cum professus esset mirum in modum erexerit, & amplificarit, id multis adductis testibus latè confirmat, Sabellio. vg. Raphaele, volaterrano, Nauclero, Cornelio Grapheo, Petro Gaselino & compluribus alijs.

Adijcimus Septimo loco testimonium Stephani de Guaribaij historici in ter hispanos Sūmæ auctoritatis, & veritatis. Is l. 7. Compendij historialis cap. 57. ad annum 398. ita ait.

Eodem

Eodem tempore sacer Doctor Aurelius Augustinus, anno sci. 398 ordinem Religiosorum Eremitarum instituit, qui nunc vbi vbi terrarum, (ad inuidiam vero) in Hispania florent. Et statim postquam egit de institutione Ordinis Canonicorum regularium, adiicit de vtroque Ordine *Qui quidem Ordines antiquissimi, ætatum decursu, incrementa, decrementa, restitutionesque habuerunt.*

Non effugiat nos Illustrissimi Cæsaris Baronij testimonium quarta p. Annalium Ecclesiasticorum *ad annum* 391. vbi postquam duorum Monasteriorum mentionem fecit, quorum alterum fuit Eremitarum; alterum regularium Canonicorum, hæc verba adiungit: *Ex hac quidem Augustini plantatione accepti palmites longè lateque diffusi, tum in Africa; tum etiam in aliis plerisque Ecclesiis Occidentis fructu vberrimo locupletarunt Ecclesiam.*

Vltimo loco præcitatam veritatem tot externis testibus confirmatam, vberioris confirmationis gratia, grauissimis nostrorum testimonijs testatam, ratamque reddemus. Quæ tamen testimonia etiamsi sint domestica, propter virorum sanctitatem egregiam, maximamque antiquitatem nullam recipient suspicionis censuram.

Igitur adest nobis testis eiusdem veritatis amplissimus confirmator Henricus de Vrimaria notæ sanctitatis, & eruditionis

apud nostros in suo lib. de origine Ordinis.

Post eum eiusdem & doctrinæ, & sanctitatis vir B. Iordanus de Saxonia lib. 1. de vitis fratrum cap. 14. ijsdem, quibus D. Antoninus, verbis eidem veritati testimonium tulit, ab hoc enim tam egregio viro suum D. Antoninus testimonium mutuatus est, vt vir summa sanctitate prœditus testimonium viri sanctissimi confirmaret, id quod ego non sine manifesta Dei prouidentia accidisse reor, scilicet vt duorum cælitum concors in omnibus testimonium veritatem isthanc omni dubitatione lauaret.

Sese ijsdem adiunxit Ambrosius Coriolanus in defensorio Ordinis.

Post Coriolanum censuit idipsum Philippus Bergomensis in supplemento Chronicorum lib. 9. ad annum 390. dum agit de Ordine Eremitarum Sancti Augustini, vbi pluribus verbis summatim tamen rem persequitur omnino videndus.

Addemus Baptistam Alouisianum: Illustrissimum Episcopum Signinum: Iosephum Pamphilum: denique Hieronymum Romanum; quippe qui pro qua pugnamus veritate, magno animi impetu omnes propugnant.

CAPVT IV.

Huius, qui nunc est, Eremitani Ordinis origo ostenditur ex Chronologia totius Ordinis, continente seriem Ordinis Eremitani, quem Augustinus in Africa instituit vsq; ad nostra tempora continuatam.

ID quod Summorum Pontificum definitionibus, & communi historicorum narratione superius confirmauimus; restat adhuc communiendum proposita breui quadam Chronologia Ordinis Eremitani in Africa ab Augustino instituti. Ex qua planum fiet (id quod Diu. Antoninus, & complures alij auctores affirmant) Sanctam Augustini Eremitarum propaginem Vandalica irruptione non fuisse extinctam, sed per varias mundi partes dispersam, varijs quidem susceptis nunc imminutionibus, nunc incrementis vsque ad nostra tempora incolumem permansisse.

391. ¶ Ordo igitur Eremitarum Sancti Augustini hanc primum lucis vsuram hausit anno Domini 391. iuxta sententiam in Chronicis Ordinis magis receptam: nascitur enim Augustinus anno Domini 357. sacro fonte abluitur anno 388. Reuertitur in Africam 391.

quo tempore instituit primum Monasterium in solitudine à consortio hominum remotissima, vbi permansit ieiunijs, orationibus, bonisque operibus totus occupatus: siue illud situm fuerit apud Tagastenſ, Sicut Baronio, siue in finibus vrbis Hipponis, vt alij verius credunt: nec enim de situ contendimus, sicut nec de supputatione Baronij, qui 4.p. Annalium putat Augustinum natum anno 357. Romam Carthagine se contulisse anno 383. conuersum autem ad fidem fuisse anno 385. baptizatum verò anno 388. reuersum porrò in Africam 389. & apud Tagasten triennio permansisse in agro, siue nemore eo, in quo abiectis iam curis secularibus simul cum socijs adhuc laicus eo ieiunijs, oratonibus, bonisque operibus inseruiuit. Ad finem denique anni 392. fuisse presbyterum ordinatum, extruxisseque in horto Valerij Monasterium primum. Iuxta quam Baronij supputationem ordo non incæpit anno 391. sed anno 389.

Quocunque modo res habeat, ordo nactus est originem in Africa à tempore, quo Augustinus cum socijs in solitudine ieiunijs, & orationibus vacans Deo obsequi cæpit: etenim ab illo tempore cænobiticam cum suis vitam inchoauit, siue in constructo monasterio, siue in cellulis, vti jam diximus.

§ Or-

392. ¶ Ordo eremitanus ab Augustino adhucLaico, hoc est sacris non initiato institutus à Valerio Hipponensi Episcopo auctoritate ordinaria confirmatur, cum sæpe ad Augustinum in primo monasterio commorantem diuertit, & cum Augustino, socijsque conuersatur. Denique dum Augustinum ad ædificandum 2. monasterium horto donat, in quo cum suis ipso Valerio consentiente vitam transigat apostolicam: nam in hoc 2. monasterio tertiam suis eremitis regulam scripsit iam presbyter. Quarę non dubium, quin eam cum Valerio communicarit, obtuleritq; ei auctoritate ordinaria confirmandam. Et quidē de conscriptione tertię regulę consentiūt plures.

394 ¶ Ordo eremitanus hoc anno ab eodē Aug iam Episcopo, auctoritate etiam ordinaria confirmatur. Nam hoc ille anno creatur Episcopus, vt omnes concedunt: cur autem Episcopus ordinem à se institutum, cum posset, & deberet sua ordinaria auctoritate iterum non confirmaret?

409. ¶ Hic annus fuit 2. Pontificatus Innocentij primi: in eodem idem Innocentius viuente adhuc Augustino regulam, ordinemque Eremitarum apostolica auctoritate confirmat, simulque præcipit tam fratribus Eremitis in Africa degentibus, quàm commorantibus in Italia in monte Pisano, atque in centum cellis, vt sub præcitata Augustini re-

gula communiter viuant. Augustinus enim in patriam reuersus cum his Eremitis aliquādiu permansit, atque illis secundam regulam præscripsit. Quo factum est, vt nonnulli putârint ordinem in hisce locis habuisse primam originem. Verùm cum Eremitæ illi alterius antea obedientia tenerentur, haudquaquam dixerim Eremitarum ordinem hic incæpisse, sed in Africa potius, vt testatur Abbas Ioachimus in introductorio *lib.* ad Apocalypsim *cap.* 20. ibi enim Eremiticā sub regula Apostolica vitam instituere decreuerat Augustinus. Concessit etiam Innocentius primus facultatem Eremitanis fratribus ædificandi monasteria, concessit indulgentias ijs, qui manus adiutrices porrigerent, quæ omnia habentur in antiquissimis Chronicis Ordinis atq; in Ordinis registro; leguntur apud Henricum de Vrimaria, Coriolanum, & Hieronymum Romanum & alios, quos citat idem Romanus in 1. Ordinis Centuria *ad annum* 401.

Et ne solis vtamur domesticis testimonijs, idem apertissimè asseuerat Gondisaluus Illescas *lib.* 2. historiæ Pontificalis *cap.* 9. in vita Innocentij primi in hæc verba: *Anno Pontificatus sui II. regulam Eremitis præscriptam, secundum quā vitam religiosam traducebant, approbauit & confirmauit, Fuit ille arctissimo amoris vinculo Aug.o deuinctus, ordinique indulgentias & Priuilegia dedit, ac facultatem fundandi & exstruendi Eremitoria.* Quin potius

Au-

Augustinum hanc approbationem ordinis à se instituti obtinuisse, priusquam ad solennia vota suas Eremitas admisisset; docuit nostris temporibus Henricus Henriquez in sua summa Theologica *lib.* 10. de Sacramento ordinis *cap.* 35. §. 3. *lit.* G. Quam omnino sententiam approbare debent, qui cum eodem probant ad legitimam cuiusque ordinis approbationem, solennitatemque votorū fuisse semper necessariam Sedis Apostolicæ confirmationem. Etenim Augustinum ad vota verè solennia suos admisisse Eremitas latè ostendimus superiori libro. Verum vt secunque habent, hoc fundamentum, quod Innocentius primus vel Augustini petitione, vel motu proprio suam approbando Ordini Eremitano auctoritatem Apostolicam interposuerit, non videtur longè abesse à vero, quin potius habere moralem maximam cum vero coniunctionem: credendum est enim Beatum Valerium, qui secū in eodem Episcopatu Augustinum admisit Episcopum coadiutorem, huius rei certiorem fecisse Innocentium Primum, qui tunc tractabat vniuersæ Ecclesiæ gubernacula, & ad eū de vita, doctrinaq; Aug.ⁱ, deq; eius religioso instituto copiosas literas exarasse. Quibus permotus Innocentius & Augustinum laudibus, & Ordinē fauoribus afficiēdū existimauit. Cū quo deinceps amicitiā inijt multis ad Aug.m datis epistolis, acceptisque totidem ab

Au-

Augustino; Quæ profectò probabilitas ad rem antiquissimam comprobandam non habet virium parum,vt ex ijs,quæ diximus in *lib.*1.perspicuè constat.

Hæc Innocentij epistola,qua Eremitanum ordinem confirmauit,missa ad B. Valerium Hipponensem Episcopum reperiebatur olim in registro huius Pontificis: proferunt enim eius rei testimonium antiqua ordinis chronica,quibus propter suam antiquitatem, & illorum temporum candorem, ac simplicitatem, nulla dum de præcedentiis exorta controuersia, fides integra danda est, vt diximus in *lib.*1.Maximè cum adhuc in Romano Archiuio multa huius rei vestigia reperiantur,teste Hieronymo Romano *libro primo* Historiæ Sancti Augustini *cap.*18.*fol.* 41. *colum.*3.

423. ¶ Hoc anno Zozymus Papa superstite adhuc Aug.º iterum ordinem, & regulam cõfirmat,& ea omnia,quæ ab Innocentio I. Ordini concessa fuerant rata haberi, facitque Eremitis S.Augustini facultatem, vt possint libere per totum terrarum orbem Euangelium euulgare.Testes sunt Henricus de Vrimaria, Coriolanus, Romanus, cæteriq; Ordinis historiographi, cum quibus conuenit Illescas *libro* 2. historiæ Pontificalis *capite decimo*, in vita Zozymi Papæ his ad finẽ adiectis. *Subscripsit approbando Zozymus Regulæ S. Aug. & Erem. licentiã fecit, verbũ Dei liberè per totũ mundũ seminãdi.*

Quæ

Quæ Approbatio, & concessio in registro ordinis reperitur, vt affirmat Hieronymus Romanus in sua prima Centuria ordinis ad annum 419 quod maxima dignum est fide: cum enim præclara de Augustino existimatio, famaq; toto orbe celebris percrebresceret: cum Augustinus sua singulari doctrina in confirmanda fide hæresibusq; confutandis totam Ecclesiam illustraret, decebat S. Pontificis benignitatem, vt & Augustinum, & quæ erant Augustini amplissimis laudibus, atq; fauoribus prosequeretur. Par igitur erat vt quæcunque Innocentius Augustino, ordinique concesserat, Zozymus confirmaret, & amplioribus beneficijs rem auspicatissime inchoatam, & mirum in modum in Africa amplificatam condecoraret.

432. ¶ Hoc anno ad Summum Põtificatum euehitur Xistus III. post Bonifacium, & Cælestinum primum. Is Augustino iam mortuo prædecessorum gratias confirmat, & alias deinde largitur ordini, vt ex Chronicis antiquis refert Coriolanus in sua ordinis Chronologia, & Romanus in prima ordinis Centuria ad annum 435. videbat enim vberes ordinis fructus, quos in Africa, imo & iam in Italia Eremitani Fratres Augustini defuncti discipuli, in Dei Ecclesia producebant.

440. ¶ Leo Papa I. ad Petri cathedram hoc anno ascendit post Augustini mortem anno

4. Is mirabili studio, & propensione animi fuit in Augustinum. Vnde nō solum Eremitanum ordinem à suis prædecessoribus Innocentio, Zozymo, & Xisto cōfirmatum de nouo confirmat: sed etiam huius Sanctissimi Doctoris amore incensus, statuit vt ordo ab Augustino institutus vbiq; locorum, & gentium nomine Eremitarum per antonomasiam ab omnibus appellaretur, quia nimirum Fratres S. Augustini eremum separatis inter se cellis tunc incolebant: ab hoc igitur tempore, atq; huius dono Pontificis, ordo S. Augustini titulum Eremitarum sortitus est primum.

De hoc Pontifice Illescas libr. 2. Historiæ Pontificalis cap. 14. scribit hæc verba: *Fuit hic Pontifex Sanctus, Ordini Sancti Augustini deuotione & affectu addictissimus, voluitq; fratres illius Eremitas appellari, eo quod annis multis vsque ad Anastasii IV. tempora in desertis vixissent locis vt ex Innocētij III. vita, fit euidens.* Concinunt in hoc omnia etiam antiquissima ordinis Chronica, atque ordinis Registrum. Vide Coriolanum, & Romanum centuria prima ad annum 445. & 446.

461. ¶ Hoc tempore in Italia floruit Sanctus Seuerinus Eremitani Ordinis alumnus, in monasterio montis Pisani, à quo Eremitanus ordo non parum accepit incrementum in Italia. Is in grassatione Attilæ assumptis secum duobus socijs cum Augustini regula reuertitur in Panoniam, propriam patriam, &

inbi

inibi Euangelium prædicauit; compluresque ad fidem conuertit. Vide Hieronymum Romanum in prima ordinis Centuria ad an. 464.

466. ¶ Hilarius Papa ordinem beneficiis multis complectitur, vt ex Chronicis ordinis refert Hieron. Rom. in 1. Centuria ordinis ad annum 466.

472. ¶ Simplicius Papa primus idem fecit. Romanus est auctor vbi supra ad eundẽ annũ.

495. ¶ Gelasius Papa primus natione Afer propter summam in Augustinum animi deuotionem, approbauit omnia Augustini opera, vt patet ex cap. Sancta Rom. Eccle. 15. dist. & præterea ordinẽ multis fauoribus est prosecutus, & omnes à suis prædecessoribus concessas ordini gratias confirmauit. Ita ex ordinis Chronicis refert Romanus 2. Centuria ad annum 495.

500. ¶ Circa hæc tempora Africana Ecclesia propter maximam Vandalorum in Ecclesiam, & monachos insectationẽ, in Africa penitus fuit extincta, & cum ea simul ibidem Eremitanus ordo cadit, Eremitis scilic. in varias orbis plagas dispersis, vt oẽs narrant historiæ.

500. ¶ In hac dispersione S. Fulgentius Episcopus Ruspensis, Augustini discipulus, & Eremita, compluresq; alij eiusdem instituti monachi, assumpto secum sanctissimo parentis Augustini corpore in Sardiniam insulam naui appulerunt; ibi sacrosanctum corpus

stetit,

stetit, & mansit vsque ad annum 722. sub cura Fratrum Eremitani ordinis, qui in eadem insula in hanc vsq; diem perpetuo manserunt, & Augustini sepulchrum summo adhuc cultu obseruant; quin etiam nostro adhuc in monasterio cum eximia veneratione seruatur Pontificale ornamentum, quo Augustinus indutus recitare solebat. Inuentus est & ibidem baculus Augustini simul cum mythra, & vtrumque, inde Valentiam ad nostrum monasterium translatum fuit. Hæc ex Romano in secunda ordinis Centuria ad annum 497. quæ ferè omnia accepit ex Ioanne Damasceno cognomento Chrisorus in additionibus ad Chronica Eutropij lib. 15.

500. ¶ Hoc anno, qui fuit post Augustini mortem primus supra quinquagesimum, Roricius Episcopus Lemouicensis ædificauit in Gallia monasterium S. Augustini, vt affirmat Antonius Monchiasenus de Mochares lib. 2. qui inscribitur de diuino missæ sacrificio cap. 25. in Catalogo Episcoporũ Lemouicensium, ex quo id refert Hieronymus Romanus lib. 2. historiæ S. Augustini ca. 5. fol. 99. col. 2. & ca. 10. fol. 108. col. 2. etenim facta Eremitanorum fratrum dissipatione ob Tyrannidem Vandalorum, complures fratres Galliam tenuerunt, vt suo loco dicemus.

500. ¶ Circa hæc eadem tempora ædificatum est in Bætica Hispaniæ Prouincia mona-

sterium Seruitanum, siue, vt alij appellant Feruitanum: etenim Sanctus Donatus vitæ sanctitate, & famę celebritate in Hispania admodum notus in Africa in Eremitarum habitum dante quodam Eremita Augustiniano, se induit, & vrgentibus ad dispersionem Vandalis cum 70. Eremitis socijs traiecit in Hispaniam, vbi sumptibus cuiusdam Illustris Matronæ, cui nomen Mincha præcitatum Feruitanum monasterium ædificauit.

Traiectionis, & monasterij testimonium profert Sanctissimus Ildephonsus Archiepiscopus Toletanus *in suis Chronicis*, quæ manu scripta vidit Stephanus Morales, & habentur post Chronica S. Isidori.

Post Ildephonsum idem affirmat Ioannes Abbas Viclarensis Episcopus Gironensis natione Lusitanus, oriundus ex opido Scalabicastro vulgo nunc Santarenũ, floruit *anno domini* 587. Ex quibus id excepit, & retulit Hieronymus Romanus *lib. 2 historiæ S. Augustini cap. 6. & 10. & in secunda Centuria Ordinis ad annum* 503. & ante eum Stephanus de Guaribay *lib. 8. Compendij historiarum Hispaniæ cap. 20.* in hæc verba, *Vigebat illa tempestate sanctitate & miraculis clarus religiosus quidam Sanctus nomine Donatus, Abbas Domus Seruitanæ Monasterij Xathiuacensis regi Valentiæ, quid cum 70. ferè religiosis, & maxima librorum copia ex Africa aduenerant, quorundam Barbarorum rabiem declinantes. In aduentu ex Africa, prout*

quod in ciuitate Xathiuacensi asserunt ædificatum, quod etiam mihi probatur, cum enim Donatus ex Africa Orientali nauigaret, compendiosior nauigatio erat ad portum Valentianum, vbi ocyus locum ad ædificandum requireret. Cæterum qualecunque fuerit, hoc monasterium Sanctus Ildephonsus asserit expressè Sanctum Donatum illius auctorem fuisse primum, qui regulam & Ordinem Monachorum nouum, nusquam anteà visum, in Hispanias induxit. Suadeo autem mihi Monachos eorumque regulam fuisse Sancti Augustini, deduximus enim ex Concilio Tarraconensi, & seqq. fuisse in Hispanijs Monachos & Monasteria, quibusdam verò probatur eos fuisse Benedictinos, quod tamen non potest consistere, cum non fuerint illi ipsi quos Sanctus Donatus ex Africa traduxit, cui licet regnante hoc rege fuerit celebris, insignis, & multum notus, tamen multis ante temporibus ad Hispaniæ littora appulerat, narrat verò Sanctus Ildephonsus fuisse primos Monachos in Hispania, propter ignotam religionem, & regulam quam attulerunt & qua vixerunt: quod si hoc non esset, impoßibile foret hos primos in Hispania Monachos credere, cum illorum in Concilijs anteactis fuerit habita mentio. Hæc Ambrosius de Morales.

In his testimonijs pro nobis diligentissimè adnotamus & magnifacimus illustre iudicium Ioannis Abbatis Biclarensis dum referente Stephano Guaribay esse quàm pro-

Iam Eremitarum & Ordinem in Hiſpaniam tranſuexiſſe pro comperto videtur habendum.

Deinde in Illuſtri Sáctiſſimi Ildefonſi Hiſpalenſis Archiepiſcopi teſtimonio prudenter obſeruamus, quod Sanctus ille Donatus monachus, monachorumq; regulam, & inſtitutum primus in Hiſpaniam importauerit, vt inde colligamus Eremitas Sancti Auguſtini religioſæ, ac monachalis vitæ, prima aperuiſſe in Hiſpania fundamenta, atq; eſſe omniũ religioſorum in Hiſpania antiquiſſimos, filioſque propterea primogenitos; quæ fuit opinio Hieronymi Romani *in 2. Ordinis centuria ad annum* 503. Nec enim audiendus eſt Ambroſius de Morales dum obijcit ante Donatum, & ſocios iam fuiſſe Monachos in Hiſpania, quorum mentio fiat in Cócilio Tarraconenſi coacto ſalutis anno 606. etenim Donatus in Hiſpaniam tranſmiſit Eremitas ſuos *anno Domini* 500. longo tempore ante Ioannem Biclarenſem, qui Donati mentionem fecit, & floruit circa *annum* 589. ante Concilium Tarraconenſe. Quin potius non videtur probabile monachos, quorum fit mentio in dicto Concilio; fuiſſe ordinis S. Benedicti, cum Benedictus viguerit *anno Domini* 538. quo eodem tempore, vel circa nigrorum monachorum religio inſtituta, quæ eſt à Gregorio 1. confirmata circa *annum* 600. non potuit igi-

lum refert Hieronymus Romanus *Centuria 2. ordinis ad præfatum annum* vbi asserit hanc veritatem esse in Gallia peruulgatam.
586.& 587. ¶ Claruerunt hoc tempore duo fratres Leonardus alter: alter Lifardus Ordinis S. Augustini, vterq;, vt ex monasterio Lemouicensi, quod S. Roricius fundauit in Gallia, vt Baptista Aluuisianus refert, Romanus *centuria 2. circa hosce annos.*
592 ¶ Hoc tēpore resplenduerunt duo Eremitani Ordinis lumina S. Columbanus, & S. Gallus; vterque natione quibusdā Galli, alijs Scoti. In Italia in monasterio montis Pisani ambo simul Eremitanæ militiæ nomen dederunt; reuersi autem per Galliam, Ordinem ibi mirum in modum amplificarunt: ambo in antiquum Ordinis Kalendarium sunt relati; sparsaque visuntur hodie per Galliam non pauca nostri Ordinis monasteria sub vtriusq; nomine Deo dicata, quod, esse vera quæ diximus, non tenuiter sane confirmat. Vide Hier. Romanum *Centuria 3. Ordinis ad annum* 592. *&* 593. cū seq.
600. ¶ Eutropium monachum Episcopumque Valentinum in Hispania Ordinis S. Benedicti ascribit Trithemius, cum tamen constet eum floruisse *anno* 600. qua tempestate, scilicet Benedicti Ordo nondum in lucē exierat, quippe qui exijt *anno* 633. teste Palmenio *in addit. ad Euseb.* Constat præterea Eutropiū Monachalem habitū habuisse ex Monasterio seruitano, q̄ erexit S: Donatus: atqui hoc mona-

sterium simul cū ædificatione Donato fuisse Ordinis Eremitani Sancti Augustini: paulo superius ostendimus testimonio, iudicioque Ioannis Biclarensis *ad annum* 500.

606. ¶ Hoc anno Bonifacius III. Cathedram Petri adiit, concessit is Eremitis S. Augustini in Eremo degentibus, vt ad inopias, quibus multis, & grauibus eremus premitur aliquanto lenius tolerandas, possint immobilia, ac fructifera bona sibi à fidelibus relicta, possidere. Concessionis bulla seruatur in archiuio monasterij Montispessulani in Gallia. Vide Romanum *in 3. Ordinis centuria.*

¶ Hoc anno regnante in Hispania Rege Sumtila enituit Arthuagus natione Gottus filius Regis Ricaredi qui Gotticæ gentis historiam scripsit, illustrisq; fuit, & vehemens contra Arrianos concionator: habitū Eremitani Ordinis induit *vt ex Ordinis Chronicis refert* Ambrosius Coriolanus *in suis,* & Iordanus Saxo ferratensis in suis. Videndus est Romanus in *3. Centuria Ordinis ad annum* 620. *& li. 2. hist. S. Aug. cap.* 8. *fol.* 100. *col.* 3.

655. ¶ Hoc anno Iodocus filius Regis Vngariæ Ordini Eremitarum S. Augustini semācipat referente Baptista Alouisiano *in Commētarijs Ordinis,* & Hieronymo Romano 3. *Centuria ad hunc annum, & lib. 2. historia* S. Aug *cap.* 10. *fol.* 108. *col.* 2. *& lib.* 3 eiusdem historiæ in vita eiusdem Iodoci.

691

691. ¶.Fundatur hoc anno monasterium Auionen cui nomen erat cella monachorum iuxta Rhenum fluuium sumptibus Vbigerni, quod quidem monasterium nunc temporis Benedictinorum fratrum possessione tenetur, ac appellatur monasterium Ethonense; *tantum aui longinqua valet mutare vetustas*; nam initio fuit Eremitarum S. Augustini, vt proditum est quadam scriptura, quæ in archiuio illius conuentus retinetur, vnde Romanus deprompsit, & retulit in *Centuriam* 4. *ordinis* in principio *ad annum* 691.

710 ¶ Si vera sunt, quæ Baptista Alouisianus in Comment. Ordinis scribit, hoc anno viguit S. Ioannes Romanus ordinis Eremitarum. Ex Alouisiano idem refert Hieronymus Romanus *in* 4. *ordinis Centuria adhunc eundem annum.*

710. ¶ Floruit hoc anno in Hispania frater Erthinodus tempore Regis Beticæ, Professus ordinem Eremitarum, & ad populum de rebus sacris insignis declamator: est huius rei testis Ambrosius Coriolanus *in Chronicis ordinis*; ex quo idem affirmat Romanus *in* 4. *Ordinis centuria ad annum* 717 *& lib.* 2. *historiæ S. Augustini fol.* 100. *col.* 3. *in fine.*

723 ¶ Hoc anno tempore Gregorij Papæ II. Rex Luilprandus ex Sardinia insula Papiam transtulit corpus Sancti Augustini, ædificauitque sacras ædiculas ad singulas mansiones in honorem Sancti Augustini in monte Sauiano

diæcesis Tholosanæ vnam alteram in vrbe Terdona: III. Papiæ in Ecclesia S. Petri. His adstipulantur Paulus historicus *lib. 6. cap. 4. &* supplementum Chronicorum *lib.* 10. in quibus omnibus Ecclesijs fertur Rex Lutprandus Eremitanis fratribus ceu legitimis Augustini filijs, monasteria ædificasse.

Et pro monasterio quidem sancti Petri de cælo aureo testimonium profert B. Iordanus *lib. 1. de vitis fratrum cap.* 18. Quo loco refert fratres ordinis apud Ioannem XXII. affirmasse semetipsos patris Augustini corpus, quod possidebant tunc temporis Canonici regulares, iam possedisse olim in Ecclesia Sancti Petri, fuisse tamen inde paganica persecutione pulsos, eaque, propter tenues, & in auditos à Canonicis sua Possessione (quæ ciuiliter etiam tunc in ordine perseuerabat) contra iuris principia fuisse spoliatos, de qua spoliatione ad Summi Pontificis pedes deuoluti conquerebantur, & restitutionem, quæ spoliatis concedi solet, in integrum efflagitabant: qua quidem re diligentius cognita Summus Pontifex maturo habito consilio litem eo modo terminauit, quem *huius libri cap.* 2. explicauimus inter agendum de breui Ioan 22.

771. ¶ Adalinda Carolo Magno affinis, ædificauit in Sueuia monasterium Buconense monialibus S. Augustini, vt attestatur Gaspar Bruchius *in Centuria monasteriorum Germaniæ*, & ex eo

Hiero

Hieronymus Romanus *Centuria 4. ordinis ad annum 771.* & *lib. 2. historiæ S. Augustini cap.* 10.

796 ¶ Leo Papa tertius Romanorum iram, tumultumque declinans, hoc anno Galliam petijt, & Carolum Magnum Imperatorem adijt, ac in Galliæ confinibus plura ordinis monasteria in eremo constructa inuisit, mansitque non paucos dies in monasterio S. Mauritij, à fratribus acceptus beneuolentissimè, quorum orationibus, & seipsum, & Ecclesiæ pacem, & suam ad Romanam Sedem pacificam reuersionem, cum iam ab illis discederet impensè commendauit. Pacatis postea rebus, cum Romam rediret bonus hospes, officij fratrum memor, ad prædicti monasterij incolas scripsit epistolam totius humanitatis plenam fecitque eos, vt aperte dicam, Sedi Apostolicæ immediatos. Patent hæc omnia ex eâdem Pontificis epistola quæ habetur in archiuo monasterij oppidi de grassa. Illius fidele exemplum, atque transumptum à fratribus eiusdem monasterij habuit Hieronymus Romanus, vt ipse refert *in 5. ordinis Centuria ad annum præsentem.* Quod autem cõmemoratum Sancti Mauritij monasterium fuerit Eremitici ordinis Sancti Augustini; *ex concilio Basiliensi*, & ex Antonio demochares alijsque historicis scriptoribus inferius ostendemus.

852 ¶ Sedit hoc anno Benedictus Papa III. & omnes gratias à prædecessoribus Eremitico ordini

dini concessas instaurat, ac etiam, & adiunctis alijs auget. Patet *id ex Chronicis ordinis*, Annotarunt Coriolanus *in sua Chronica*, & Romanus *Centuria* 1. *ordinis ad annum* 853.

853 ¶ Monasterium nostrum Cremonense in Prouincia Lombardiæ situm hoc iam anno esse erectum authenticè legitur. Romanus *in dicta Centuria* 5. *ordinis ad eundem annum.*

900 ¶ Hoc anno in Gallia apud Montēpessulanū in prouincia Narbonēsi, erectū est monasterium ordinis Augustini, cuius erectionis, ac fundationis scripturas authenticas, alia quoque eiusdem monasterij priuilegia eodem tēpore concessa, se vidisse in archiuio eiusdem monasterij testatur Hieronymus Romanus 2. *p. Defensorij cap.* 6 *fol.* 337. *col.* 4. suasitquè fratribus, vt ea ad Prouincialem deferrent propter impendentem Caluinismi irruptionem. Quam veritatem à fidelissimo scriptore assertam, atque testatam confirmat incisa in lapidem scriptura, (qui est titulus honoratus) iuxta altare Virginis: ex qua scriptura deprehenditur ædificium illud longè ante quingentos annos esse constructum. Est autem scriptura incisa in lapidem : & marmorata laus antiquitatis nostræ, & iuxta iuris regulas apta vt plenam fidem gignat circa probationes rerum antiquissimarum, quemadmodum probat, *glos. in cap. Cum causam verb. per liberos*, & ibi scribentes *de probationibus. glos. in cap. sine* 24. *q* 2.

Con-

Consentiunt Doctores, de quibus per Mascardum 1. *vol. concl.* 105. *n.* 70.
953 ¶ Creatur hoc anno Pontifex Summus Ioannes Papa XII. qui redintegrauit omnia Ordinis priuilegia à prædecessoribus illi tributa, & quædam alia de nouo concessit. De quibus *in Chronicis Ordinis.* vide Coriolanum *in suis Chronicis*, & Hieronymum Romanum *centuria 6. ad hunc ipsum annum.*
976. ¶ Ex scripturis seruatis in archiuio monasterij S. Honorati in insula D. Margaritæ constat præcitatum Monasterium hoc anno iam extitisse. Alterius etiam monasterij eodem iam anno erecti, facit mentionem Ioannes Christophorus Caluete de Strella *lib. 1. suæ nauigationis.* Refert illum Romanus *Centuria 6. præsentem annum.*
995. ¶ Gregorius V. hoc anno Petri clauem tenuit, in Eremitanum Ordinem mirificè affectus. Vnde singulas indulgentias à prædecessoribus ordini concessas, ordinatè enumerauit, atque denuo confirmauit, vt ordinis Chronica referunt. Vide Romanum *centuria 7. ad hunc annum.*
997. ¶ Syluester Papa II. Ordinis priuilegia renouat, alijs insuper additis. Ita ex *Chronicis Ordinis*, & ex Romano *dicta Centuria septima.*
1000 ¶ Hoc anno constructum est Monasterium Ordinis Eremitarum in Gallia in Ciuitate Lug-

rum S. Augustini, cui Sancti Andreæ nomen erat, ædiculam seu potius casam ædificauit, vbi vixit aliquot annis Eremitis fratribus familiaris; quæ casa post eiusdem obitum est effecta sacellum, & illius honori, memoriæque consecrata. Cuius rei testimonium habemus ex libro, qui ex Hispano translatus inscribitur *De Miraculis Sancti Crucifixi Burgensis. Cap.* 1. cum agit de Monasterij Burgensis fundatione, sic narrat: *Notandum vero est, quod fundatio illius tàm antiqua sit, vt neque literas, neque scriptum aliquod inueniamus, quibus annus, mensis aut dies primeuæ fundationis cognoscatur: Hinc fit, vt nos lateat, vtrum steterit ante Generalem Hispaniæ Deuastationem, quæ fuit regnante Roderico Rege Gothorum vltimo, Incarnat. Domini anno* 718. *vel vtrum fundatum fuerit immediatè à recuperatione Regni Hispanici:* Hoc *tamen liquido constat, referentibus personis, etiam scripturis (extra* Controuersi*am fide dignissimis, quod regnante in Castella, & legione Ferdinando huius nominis primo, cuius regnum cœpit anno* 1017. *inde exsulare coactus fuit magnæ sanctitatis vir, Sanctus Dominicus de Sylos. exsulij rationem breuitatis causa omittimus, illud solum in genere dicimus, quod cū ibi in Monasterio Prior esset, cōsensumq; in quādam tyrānidē negaret, in exsuliū pulsus est: Exsul Burgesiū venit, Mapalia iuxta Monasteriū S. Aug. (cui tūc S. Andreæ nomē erat (vili schemate exstruxit, in quibus aliquāto tēpore vixit: vallis vero, aut Monasterij situs, in quo etiā nunc prostat, dicebatur semella, prout ex Priuilegijs*

Mona-

cuius quidam decisus est ex Ordine Eremitarum S. Augustini, quem sanctus ille Stephanus solennibus cæremonijs professus fuerat teste Hieronymo Romano *lib. secundo historiæ Sancti Aug. c. 8. fol. 102. col. 4.* qui hac de re erit necessario perlegendus: nisi enim Stephanus Augustiniani Ordinis Eremitici extitisset alumnus, nullo sanè iure, imò nulla iuris specie Augustiniani Eremitæ possessionē sanctissimi corporis affectarēt. Quāuis alij contentionē illam fuisse obortam referant, non de possessione corporis Sancti Stephani, sed cuiusdam agri, in quo Grandimontenses aggrediebantur Monasteriū ædificare. Quocunq; modo se res habeat Eremitæ S. Augustini id temporis iam extabant.

1029. ¶ Ioannes Papa 10 prædecessorum indulgentias Ordini nostro concessas approbat. Vide *Chronica Ordinis*, Coriolanum, & Romanum *Centuria 7. ad hunc annum.*

1055. ¶ Clemens Papa II. idem fecit - quod Ioannes decimus Lege *Chronica Ordinis*, Coriolanum, Romanum dicta 7. *ad hunc annum.*

1057. ¶ Leo nonus idem præstitit, ex ijsdem.

1958. ¶ Hoc anno Egilbotrus Archiepiscopus Cantuariensis brachium corporis Sancti Augustini, quod ex ædimo, siue sacrista Monasterij Ticinensis multa vi obtinere tandem potuit, ex vrbe Ticino (nunc Papia) in Angliam detulit, vbi Deus Sanctissimi preci-

bus, & meritis exoratus Doctoris multa edidit miracula. Quibus cõmotus Rex Canutus Augustiniano Ordini alia monasteria exædificauit, alia verò instaurauit, Odineq; ipsũ per totã Angliã abire iussum, mirum inmodum amplificauit, fuitque illud, quod Londini excitauit inter omnia monasteria celeberrimum, siue religionis integritatem, siue studia literarum, siue redditunm prouentus considetes. Cuius monasterij fratres hæreticorum debacchante sæuitia, annis præteritis illustre passi martyrium, aram templi maximam, fuso proprio sanguine, victimæ Christo gratissimæ, imbuerunt. Quæ diximus refert Hieronymus Romanus *lib. 2. historiæ S. Aug. cap. 5. fol. 99. col. 3. & Centuria 7. ad hunc annum,* vbi in testes refert Vincentium Beluacensem *lib. 26. Speculi historialis,* Philippum Bergomensem *in suo supplemento Chronicorum*, Polidorum Virgilium *lib. 8. de gestis Anglorum,* & librum cui titulus est: *fasciculus temporum*: quin potius hoc ipsum ex historia Anglica refert Episcopus Signinus *in suis Chronicis fol. 28.* Quod si iuridicam confirmationem petas, qua firmiter, & grauiter ostendatur ab eo tempore, ad hanc vsque nostram tempestatem floruisse semper in Anglia Eremiticam religionem; pro iuridica, eaque legitima confirmatione sit successiua possessio eorundem Monasteriorum, in qua Eremitani fratres nostris temporibus permanserunt:

ſerunt: etenim poſſeſſio præſens manare præſumitur ex præterita ; originemque , atque continuationem habere ex ea, vt multis citatis auctoribus reſoluit Maſcardus *ſecundo volumine* , *concl.* 1201. *num.* 17. 20. & 61.

1060. ¶ Victor Papa II. conceſſit Ordini omnia , quæ à prædeceſſoribus fuerant eidem Ordini conceſſa. Ita habent *Chronica Ordinis* , & Romanus *Centuria* 7. *ad hunc annum.*

1065. ¶ Extabat hoc anno in Hiſpania in opido Naldenſi erectum Monaſterium noſtri Ordinis ; cuius erigendi initium ; qui memoria teneret, nullus extabat , ſicut refert Hieronymus Romanus *lib.* 2. *hiſtoriæ S. Auguſtini c.* 10. *fol.* 109. *col.* 2. & 3. & latius *ſecunda p. defenſorij cap.* 14. *fol.* 332. *col.* 3. *Et* 7. *Ordinis centuria ad annum* 1064. Rem ille confirmat ex vnione eiuſdem monaſterij ad monaſterium S. Prudentij facta, hoc eodem anno; quemadmodum narrat inſtrumentum præfatæ vnionis ex Sanctio Rege Nauarræ datum æra Cæſaris *milleſima centeſima* 3. 4. *Kalen. Septembris.* Tenorem donationis refert idem Romanus 2. *p. defenſorii loco citato* , vbi videbis , ſi placuerit.

1068. ¶ Alexander Papa II. patria Mediolanenſis, maxima in Auguſtinum pietate captus liberaliſsmè habuit Ordinem Eremi-

tarum probans, & confirmans quæcunque à Sede Apostolica fuerant illi donata, pluraque alia de nouo larga manu donans: sic habent *Ordinis registrum, & antiqua Chronica*, Refert Coriolanus. Adde Romanum *centuria 7. ad hunc annum.*

1080. ¶ Gregorius VII. concessit Ordini indulgentias. Ita *Chronica Ordinis* Coriolanus, Romanus *Centuria septima ad annum præsentem.*

1089. ¶ Hoc anno Venetijs combustum est Monasterium Ordinis, teste Baptista Ignano *lib. 1. de Exemplis Illustrium virorum cap. quinto de prodigijs.* Refertur à Romano *Centuria septima ad annum præsentem.* Rerum summam tenebat tunc Venetijs dux Ordelapsus Falerus.

1100. ¶ Hoc anno sumptibus Paschalis Papæ II. Romæ constructum est templum Sanctæ MARIÆ de populo, & simul ædificatum ab eodem Pontifice Eremitici Ordinis Monasterium, in quo eiusdem Ordinis professores ad hodiernam vsque diem perpetuo permanserunt, sub regula Sancti Augustini diuino cultui mancipali. Quod Monasterium simul cum toto Ordine concessis quamplurimis indulgentijs, & immunitatibus idem Pontifex exornauit. Huius testimonium proferunt Ordinis Chronica, Ambrosius Coriolanus *prima part.*

sui

sui defensorij. Hier. Rom 2. *p. defensorii c.* 16. *fol.* 337, *col.* 4. *& Centuria* 8. *ad præsentem annū cum sequenti.* 1109. ¶ Æra 1147 anno nimirū salutis 1147. Alfonsus primus rex Portugalliæ superatis Sarracenis cæpit Olysiponem, id temporis cū cæteris, qui Regi ad eam expeditionem suppetias attulerant, appulit in eam vrbem quidam Frater Gualterus natione Belga vulgo Flander cum quinque socijs Ordinis Eremitarum, quibus Rex magnificentissimus obtulit templum Sancto Vincentio sacrū, quod extra muros ædificauit, vt ædificato ibidem monasterio numini inseruirent. Verùm non morigerantibus Regi fratribus, nec oblatas à Rege conditiones accipiētibus, imo reditum in patriam iam iam molientibus, populus ciuitatis adfuit, & eorum amore captus reditum impediuit, locumque obtulit in quodam colle è regione arcis sito, vt ibidem monasterium sui Ordinis ædificarent: illi, populi studio deliniti, & precibus inclinati, donatione accepta in oblato colle monasterium ædificarunt, cum sacra æde Sancto Genesio dicata, à qua ille deinceps collis mons Sancti Genesij nominari cæpit, *& nunc seruat honos nomen quod personat idem.* Atque in eo monasterio fratres eiusdem Ordinis permanserunt vsque ad tempora Alfonsi hoc nomine tertij Portugalliæ Regis, & Comitis Poloniæ, qui ab Innocentio IV. regnum Portugalliæ

nactus, fuit vt refertur *in cap. Grandi de supplen*
da negligentia prælatorum in 6.

Mandata sunt hæc omnia literis, & perle
guntur hodie in antiquo instrumento, quo
in regio Portugalliæ archiuio regiis præfecti
custodito; Hieronymus Romanus, qua est i
expiscandis antiquitatibus incredibili curio
sitate reperit, & hæc inde verba transtulit: *V*
Rex Alphonsus Henriquez conuenire non potuit, cu
fratribus qui ex Flandriæ partibus Vlysipponem vene
rant fundatori monasterium S. Vincentij Martyris: sta
tuerunt denuo proprium solum repetere; at ciues pluri
mum in illos affecti, ne discederent, obtulerunt eis locu
in ciuitatis altissimo, & maximè solitario, eò quod il
assererent, solitarios se debere manere & viuere. Itaqu
Frater Gualterus cum aliis quinque fratribus sociis, e
opposito Fortalitij locum elegerunt, & Ecclesiæ S. Gene
sij dederunt prima fundamenta, quàm in Dei famu
latu incoluerunt, vsque ad Alphonsi de Solonha Reg
ætatem, qui ex deuotione ad ordinem eis attribuit cen
sum Parochiæ S. Marini, per quam primariam suan
habitationem nimis arctam magis extenderent. Hæ
inter alia ibi. Quæ verba concinunt cum iis
quæ inferius referemus de monasterio S. Ge
nesij in eodem monte ab Eremitanis nostri
possesso ad *annum* 1244. à quo loco idem mo
nasterium ad summum collis verticem trans
latum fuit ad Ecclesiam, quam in eo illustri
fœmina Donna Susanna ædificauit. Vnde ian
tertium translatum est ad locum, in quo sta
hodi

hodie. Quæ omnia ex dicendis ad *annum* 1244. apertiora fient.

Vnde fratres illos Ordinis Eremitarum S. Augustini fuisse asserimus; quamuis in præcitato instrumento cuiusnam fuerint religionis non exprimatur, sed innuatur duntaxat; quatenus Eremos solas, & loca ab hominibus remota ad ædificandum monasterium iuxta sui Ordinis statuta perquirere illos narrat.

1118. ¶ Gelasius II. confirmat indulgentias, quas ab Apostolica Sede Eremitanus ordo habebat, & alias. Ita Chronica antiqua Ordinis, & Romanus *Centuria octaua ad eundem annum*.

1118. ¶ Hoc tempore stabat monasterium S. Augustini Ferrariensis. Romanus loco *ante citato*.

1119. ¶ Calistus Papa II. priuilegia omnia ordini concessa redintegrat. Chronica ordinis, & Romanus in eadem *Centuria ad hunc annum*.

1120. ¶ Hoc anno in Anglia in Monasterio nostro Londinensi ædificata est ædicula (Capellam vulgo vocant) sanctæ Iulianæ ad partem Euangelij, sicut proditum memoriæ est, & insculptum lapidi hisce notis; Aedificata anno Domini 1120. Huius lapidis testimonium protulit Romanus *2. p. defensorij cap. 16, fol. 338*.

1124 ¶ Honorius II. approbauit priuilegia omnia Ordini à summis Pontificibus cōcessa.

Chronica Ordinis Romanus *Centuria* 8. ad hunc præsentem annum.

1129. ¶ Innocentius II. idem fecit quod Honorius, & insuper noua quædam priuilegia addidit. Qui supra.

1140. ¶ Hoc tempore in Gallia ab ætate immemoriali permanserat Eremitarum ordo, vt est euidentissimo argumento B. Guillielmus Aquitaniæ dux, qui circa tempora Eugenij Papę III. electi *anno Domini* 1145. ex schismate ad pœnitentiam conuersus Eremitarum Ordini se totum corpore, & animo dedit, illumque solenniter est professus, & in eo sanctissimè vixit, ac tandem clarus miraculis in cælum ex eo conuolauit. Ecquis est autem tã rudis, antiquitatis, & historiarum tam imperitus, ac tyro, qui Guillielmum nesciat? is Eremitarum Ordinẽ in Gallia ab immemoriali tempore perdurantem, & propterea tum ob nimiam antiquitatẽ iam obsoletum; tum ob domicilium in locis ab hominum vsu remotissimis collocatum ferè incognitum; denique penè iacentem, atque extinctum, summa cum diligentia instaurauit, & concessione Anastasij IV. atque Adriani IV. Summorum Pontificum ab Eremo abduxit, & ad medias vrbes transtulit, à quo proinde instauratore Eremitæ Sancti Augustini in vniuersa Gallia vsque ad tempora Innocentij IV. Guilielmitæ sunt appellati. Quarum rerum omnium testimonium

nium ferunt Æneas Syluius *in Compendio Chronicorum*, Iacobus Bergomensis in eorundem supplemento *lib.12. ad annum* 1157. Antonius Sabellius *Enneadis* 7 *lib. 9. fol* 308. Petrus de natalibus *in Cathalogo scriptorum*, Marcus Gazo *in suis Chronicis*, Alfonsus de villegas *3. p. sui sanctoralis in vita eiúsdē Guillielmi*, Raphael Volaterranus *in Antropologia sua lib*. 21. Nauclerus, Corneusgraphus, Petrus Galesinus, *in suis chronicis*, Gondisaluus Illescas *lib. 5. historiæ Pontificialis cap. 24. in vita Adriani 4. in fine*, & cap. 23. *in vita Innocentij III.* Polidorus virgilius *de inuentione rerum*, Marcus Ioannes Traconheta *lib. 5. historiæ Mundi*, fasciculus temporum *ad annum* 1157. Hieronymus Zorita *in Annalibus Aragonis* Coriolanus *in Chronica ordinis* Iosephilus Episcopus Signinus *in sua chronica fol. 25. & 28.* Hieronymus Romanus *lib. 2. historiæ S. Augustini cap. 9. fol.* 103. *& 2. p. defensorij c. 3. fol. 229. col. 4.* & cap. 16. *fol.* 338. *&* 338. *& centu. 8. ad annum* 1144. Quibus in locis affirmat Bullas concessionum Anastasij & Adriani conseruari Parisijs in archiuio nostri monasterij Res est in tota Eremitana familia, ne dicam in tota Romana Ecclesia perquā vulgatissima: nostris enim adhuc temporibus in Gallia viget prouincia Sancti Guillelmi: quæ est est prouincia Franciæ, quam fuisse ordinis Eremitarum Sancti Augustini scribit Ioannes Molanus *additionibus ad Vsuardum*, &

Gregorius Decimus tertius in earum Bulla Indulgentiarum, quas Prouinciæ Portugalliæ concessit, aitque Guillielmũ Eremitani ordinis fuisse professum atque alumnum. Necenim dici potest Beatum Guillielmum alicuius religionis fuisse primum institutorem: ea namque ratione non indigeret Summorum Pontificum concessione, vt ab Eremis ad vrbes institutum à se ordinem transferret. Itaque instaurator ordinis Eremitani fuit; illumque in Eremo institutum ab Augustino, ab Eremo ad vrbes transtulit Summorum Pontificum auctoritate, atque Apostolica concessione.

1140 ¶ Ijsdem temporibus monasterium Ariminense Sanctæ Mariæ de Platano ordinis Eremitarum iam constitutum erat. Etenim referente Petro de Natalibus *in suo sanctorum Catalogo* Sanctus Guillielmus peragrata tota Hetruria, venit ad centum cellas, & inde Romam, ac tandem Ariminum ad Conuentum præcitatum, Petro de Natalibus subscribit Romanus 2. *p. defensorij cap.* 16. *fol.* 337. *col.* 1.

Ex quo testimonio illud possumus conuenienter inferre, hisce temporibus ordinem Eremitarum in Italia viguisse: quandoquidem Sanctus Guillielmus Centum cellas, aliaque Italiæ monasteria, teste Petro de Natalibus, visitauit.

¶ Cir-

1148. ¶ Circa hæc tempora apud Hispanos Eremitarum Ordo in nostro Burgensi monasterio celebratissimus erat, tum propter effigiem Sanctissimi Crucifixi diuinitus inuentam, & in eodem monasterio positam, quæ Summa cum veneratione ab hominibus ex tota Hispania eò religionis causa confluentibus, colebatur, tum propter innumera miracula, quæ eo loci quotidie edita, homines ex remotissimis prouincijs ad eam inuisendam, ac salutandam effigiem pelliciebant.

In cuius Sacerrimi Crucifixi mentionem quoniam scribendo dilapsi sumus nec scribenti absonum, nec legentibus iniucundum fuerit, si originem sacrosancti oraculi breuiter attingamus

¶ Inuentio fuit proculdubio admirabilis; quo illa tamen die, quo mense, quo anno contigerit; non liquido constat: illud tamen est certissimum, & quod apud scriptores in disceptationem non cadit, eam in mari à quodam mercatore, cuius nomen ignorant, miraculo fuisse inuentam, & ab eodem mercatore, quia erat in Augustinianos Eremitas maxima piæ mentis inclinatione propensus, fuisse ijsdem Eremitis in monasterio Burgensi, cui Sancti Andreæ nomen erat, à gentibus liberalissimè condonatam, vt in eodem monasterio sub eorundem fratrum

fratrum cura pro altari maiori apponeretur,à quo tempore S. Andreæ titulo sensim amisso, cæpit Sancti Crucifixi monasterium nominari. Cuius totius historię apertum testimonium continet liber ille, *qui de Miraculis Crucifixi Burgensis inscriptus* omnium manibus circumfertur, & teritur. Lege eius libri totum *caput secundum*, vel,si mauis,Stephanum Guaribay *lib.12.historiæ* Hispaniæ cap. 21. hæc verba promentem audi: *Supposito quod tempus & annus sanctæ illius inuentionis ignorentur: sufficit tamen esse vnam ex illis rebus,in quam omni deuotione propendunt vniuersa Hispaniæ regna. per mare Oceanum inter Iberiam & Flandriam est fama communis descendens à Patribus in filios verissima, & in Annalibus de eodem sancto crucifixo, quos Prior & Conuentus ediderunt: Quod quidam Mercator eius ciuitatis qui ex partibus Septentrionalibus specialiter Flandricis in Hispaniam nauigabat,in vna pyxide inclusum inuenerit,cuius mercatoris licet lateat nomē, circumfertur tamen tātus illius in Patres Eremitas huius Conuentus amor, vt Burgesium appellens eis crucifixum Sanctum donauerit: qui locatus est in eodem loco in quo nunc conspicitur.* Hoc ipsum ex narratione Dom. Roderici Episcopi de Sebasta præcit.*lib.cap.2.* apertissimè confirmat omnino videndus.

Illud insuper apud scriptores est pro comperto habitum, hoc Sancti Crucifixi venerabile simulachrum apud Eremitanos Fratres in Burgensi monasterio extitisse à tempore S.

Iuli-

Iuliani Episcopi de Cuença; omnes enim libris suis prodidere, memoratum Iulianum iam inde ab adolescentia, in humili quodam tugurio hærenti monasterio nostro, ac prope Sacellum Sancti Dominici de Sylos non paucos annos sanctè vixisse, summa cum Eremitanis nostris familiaritate coniunctum: singulis item diebus in Altari sanctissimi Crucifixi sacrificium missæ mirabili quadam cum pietate solitum fuisse offerre. Commutauit autem Sanctus vir Iulianus vitam cum morte *anno domini* 1206. vixit octo *supra septuaginta*. Consecratus Episcopus *anno ætatis quadragesimo primo* tempore Alexandri Tertij, in Episcopatu sedit *annos* 37. sicut præcitatus miraculorum Sancti Crucifixi *liber cap. tertio* refert, iuxta quam computandi rationem, creatur Episcopus Iulianus *anno domini* 1168. fratribus autem Eremitanis iuxta monasterium familiariter vtitur, ab *anno ferè* 1148. vel circa.

De Iuliano hoc in præcitato miraculorum libro *ca.* 3. ita perscribitur: *Eodē tempore quo regnabat Alphonsus, viuebat Burgensij Heros Sanctus, appellatus Iulianus eiusdem Ciuitatis nutricius: literis cum sacris, tum prophanis satis eruditus, cumq; in iuuenili ætate se videret, vtroque parente orbatum, decreuit segregatus viuere, in quibusdam mapalibus adiunctis Ecclesiæ Sancti Crucifixi Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Ciuitatis Burgensis, etiam proximis Eremo B. Dominici de Sylos: Ex quibus, nulla*

erat

erat ei Conuersatio , nisi cum Fratribus eiusdem Monasterij, in quorum templo, in Ara SANCTI *Crucifixi celebrabat ; totumque mane , in orationibus, & celebratione* SANCTI *sacrificij impendebat : & tam profunda erat illius ad* SANCTVM *Crucifixum oratio, & sollicitudo ; vt omnes raperet in admirationem. Pomeridianum tempus , partim in scripturæ sacræ lectione , partim in Concionibus ad Mauros terebat* : Et inferius,postquam enarratum est de electione eius in Episcopatum tempore ALEXANDRI TERTII ita subijcitur : *Vixit itaque* SANCTVS IVLIANVS *in Episcopatu , ad triginta septem annos , miraculis in Vita clarus , cœlum petijt anno millesimo ducentesimo sexto, ætatis annorum septuagesimo octauo: mapalia verò à morte ipsius in Eremitorium sunt sacrata, suntque* SANCTI IVLIANI *Eremus appellata*: Stephanus de Guaribay *libro duodecimo Historiæ Hispaniæ , capite vigesimo primo* de eo sic narrat: SANCTVS IVLIANVS *, fuit natione Burgensis , quam Ciuitatem magna vitæ ætate incoluit , vtramque viuens vitam, actiuam, & contemplatiuam : magna charitate intensus , Christianis & Mauris semper prædicauit : amicitias , cum solis Eremitis* SANCTI AVGVSTINI *eiusdem Ciuitatis (apud quos Crucifixus asseruatur) iunxit: In Altari eius Capellæ sacra faciens , ex nimio feruore, adstantes trahebat in exstasim : Humile tugurium iu-*

uta Conuentum SANCTI AVGVSTINI *inhabitabat: multas Hiſpaniæ Prouincias prædicans peragrauit: Per idem tempus obijt Epiſcopus Ioannes: Rex autem Alfonſus auditis quæ de Sanctitate viri percrebuerant, in alterius locum ſuffecit ſedente in Cathedra Petri Alexandro III.*

Ex ijs quæ diximus, iam patet Fratres Eremitanos Sancti Auguſtini his (de quibus colloquimur annis) in Monaſterio Burgenſi fuiſſe moratos, & Sanctiſſimi Crucifixi curam geſſiſſe: Verum eos in eodem monaſterio cum eadem Sanctiſſimi Crucifixi cura multos ante annos vixiſſe. Inde fit euidens; quod inuentio Sanctiſſimi crucifixi longè eſt hiſce annis antiquior: cuius teſtimonium reddit idem Stephanus Guaribay *in dicto lib. duodecimo, capite vigeſimo primo* dum ita ſcribit: *Beatus Prælatus Iulianus occaſionem offert, vt de Sancto Crucifixo Ordinis Eremitarum* SANCTI AVGVSTINI *mentionem faciamus: Cuius inuentionem præceßiſſe annum* 1150. *(de quo agit) eſt probabilißimum: miror quoſdam Hiſtoricos, ita ſuis obliuiſci, vt in ſuis Annalibus ætati Regis Alphonſi Duodecimi aßignent: Autumo tamen naſci errorem, ex nomine Alphonſi: cum enim legerunt inuentum Crucifixum tempore alicuius Regis, huius nominis Alphonſi: de duodecimo intellexerunt: Cum tamen multis antea tempo-*

temporibus (quamuis non ita certis hæc miraculosa inuentio contigerit . Ex quibus verbis colligimus inuentionem Sanctissimi Crucifixi antiquiorem esse Alfonso 8. Rege Castellæ, qui regnare cæpit anno Domini 1160. Pontifice Alexandro Tertio, qui Cathedram S. Petri adeptus est *anno* 1159. Cum igitur ex dictis constet sanctissimum hoc simulachrum dono fuisse datum Eremitis Sancti Augustini in Monasterio Burgensi viuentibus, inferimus monasterium illud Burgense simul cum Augustinianis fratribus Eremitis multis annis & Regem Alfonsum VIII. & Alexandrum III. præcessisse.

1151. ❡ Anastasius quartus hoc anno in Summum Pontificem electus B. Guillielmum Aquitanium ad instaurationem ordinis quam in Gallia fecit, Apostolica auctoritate, & fauore adiuuit morte tamen eum præproperè præripiente, non fuit instauratio absoluta. Testimonium reddunt omnes, quos supra citauimus ad *annum* 1140. dum de B. Guillielmo verba fecimus.

1152 ❡ Adrianus IV. Anastasio immediate successit, & ordinem Eremitanum pluribus auxit priuilegijs, atque fauoribus. Instaurationem ordinis, quam B. Guillielmus in Gallia fauore Anastasij IV. inchoauerat, sua etiam auctoritate ad vltimam perfectionem perduxit, fecitque facultatem vt Eremita-

nus or-

lius Ordo Sancti Augustini ab Eremi solitudine ad vrbium frequentiam transferret. Priuilegia omnia à prædecessoribus ordini concessa approbauit, aliaque adiunxit: speciales indulgentias, ac peccatorum remissiones concessit monasterio nostro Ostiensi, siue ciuitatis veteris, quarum Bulla conseruatur in archiuio eiusdem monasterij. In archiuio autem nostro Parisiensi retinentur Bullæ Anastasij Quarti, & Adriani Quarti de transferendo ordine ab Eremo ad vrbes. Vide Romanum *in Centuria octaua ad annos* 1152, *&* 1154. Alios quoque testes iam retulimus *ad annum* 1140. in quo de B. Guillielmo, ordinisque instauratore tractauimus.

1153. ¶ Hoc tempore floruit Conradus Aureatensis Episcopus. Fundauit monasterium ordinis Sancti Augustini in eadem vrbe. Testimonium fert Antonius Monchiacenus *lib.* 2. qui inscribitur *de Missa sacrificio cap.* 35. Refert Romanus 8. *Centuria ad annum præsentem.*

1154. ¶ Multo ante hæc tempora Episcopus Signinus in suis Chronicis fol. 28. agnoscit in Italia monasterium Ferrariense Sancti Andreæ; Bononiense Sancti Iacobi; Florentinum Sancti Spiritus; Cremonense Sancti Augustini: Romanum Sanctæ Mariæ de populo: Mantuanum Sancti Agnetis: Cesanatense, Anconitanum, & Viterbiense

Sancti AVGVSTINI. Vide eum:

1156. ¶ Æneas Siluius cum alijs refert post mortem B. Guillielmi Albertum Gallum virum, & vitæ Sanctitate, & literarum doctrina egregium, sanctique Guillielmi in instauratione ordinis adiutores, curam suscepisse Conuentus Parisiensis, quem B. Guillielmus Ordini Eremitarum ædificauit.

1159. ¶ Eligitur in Summum Pontificem Alexander Tertius. Is aliquas annorum indulgentias ordini Eremitano concessit. Chronica ordinis. Romanus *Centuria* 8. *ad annum præsentem.*

1164. Alexander Tertius (vt diximus) Cathedram S.Petri ascendit *anno Domini* 1159. Sedit in ea annos fere viginti duos, obijt enim *anno* 1181. Illi successit Lucius Tertius qui electus eodem anno, quo Alexander obijt, sedit *annos quatuor*, obijtque anno Domini 1185. Post Lucium eligitur Vrbanus Tertius, qui electus anno eodem sedit annum vnum, & menses decem: moritur enim *anno* 1187. Vrbano successit Gregorius VIII. Huic Clemens VII. Clementi Cælestinus Tertius, Post Cælestinum Innocentius Tertius eligitur *anno Domini* 1198. Excessit autem è vita *anno Domini* 1216. statim post dissolutionem Concilij Lateranensis.

1165.

1164. ¶ His omnibus Pontificibus coæuus floruit Frater Ioannes Bonus vir sanctitate illustris iacet Mantuæ in monasterio ordinis Eremitarum, ibique auctoritate Sedis Apostolicæ publicè colitur. Quem fuisse Ordinis Eremitarum Sancti Augustini refert Baptista Ignatius *in suis exemplis illustrium virorum.* Affirmant Raphael Volaterranus *in sua Anthropologia*, Marcus Gazo *in suis Chronicis fol.* 220. Franciscus Petrarcha, Polidorus Virgil. *lib.* 7 *de Inuentione rerum cap.* 4. Vincentius Valuacensis, Antonius Sabellius *Enneadis* 9. *lib.* 5 *pag.* 549. vbi inter agendum de Innocentio Tertio sic scribit: *Per id tempus Eremitanus ordo instauratus est, cum temporum iniuria ad interitum penè perductus esset; Instaurationis auctor Ioannes Bonus Mantuæ natus eiusdem vir professionis.* Ex nostris idem asserunt Ægidius Roman. *in summario totius vitæ Eremitarum*, Ambrosius Coriolanus *in suis Chronicis Ordinis*, Iacobus Bergomensis *lib.* 12. *Compendij Chronicorum ad annum* 1199. Iosephus Pamphilus Episcopus Signinus *in suis Chronicis fol.* 25. Hieronymus Romanus *Centuria* 8. *ad annum* 1164. *& lib. secundo historiæ Sancti Augustini cap.* 9. *fol.* 103. *col. quarta* & 2. *p. Defensorij cap.* 14. *fol.* 13. *col.* 3. *cap.* 16. *fol.* 337 *col.* 3. & res est in Eremitano Ordine peruulga-

ctissima id satis confirmat instrumētū professionis B. Ioannis Boni quod se vidisse affirmat Romanus Centuria 8. ad annum 1164. promisit enim obedeitiam in ordine fratrum Eremit S. Augustini &c. Is cū audisset B. Guilliel-mum ordinem Eremitarum Sancti Augustini in Gallijs labefactatum, & ædificijs, & moribus instaurasse; incensus eius exemplo eundem ordinem per totam Flaminiam, & Vmbriam innouauit, innumerisque erectis monasterijs auxit, instituta denique sanctissimè redintegrauit, à quo tanquam ordinis instauratore (vt sæpe vsu venit, & Sancto Guillielmo accidit) in illis terrarum tractibus fratres nostri ordinis appellarentur Santbonitæ, hoc est fratres Sancti Ioannis Boni sub speciali congregatione, cui ipse Ioannes Bonus præfectus est summus generalis teste Ægidio Romano in dicto *vita Eremitarum Summario*, & testatur Romanus dicta *Centuria octaua ad annum*. 1173. & cum annis quinquaginta, & amplius in Flaminia, Vmbriaque fuisset commoratus, diuino nutu Mantuam reuertitur: ibique extra muros, ciuium sumptibus monasterium ordinis extruxit, ac tandem moritur *anno Domini* 1222. & exinde dicta congregatio in Italia floruit distincta sub distincto titulo, distinctaque obedientia ab antiquo Eremitarum ordine tanquam quidam riuulus deriuata, vt suo loco dicemus.

mus. Cum igitur Sanctus hic vir Ioannes Bonus ex vita exierit anno (vt diximus) 1222. & in Flaminia annos plusquam quinquaginta floruerit, recte colligimus eum *ad hunc annum.* 1164. vel circa in Eremitarum habitum se induisse in Flaminia, teste Bergomensi *loco citato.* & ita intelligendus Romanus in dicta *Centuria 8. ad annum.* 1164.

Quod locupletissimo est argumento in illis partibus Ordinem Eremitarum illo iam tempore permansisse, collapsum tamen, & antiquitate nimia senescentem.

Omitto hoc loco id, quod grauissimi auctores asserunt & citra omnem inuidiam dictum esse volo, in hac Ioannis Boni congregatione Seraphicum Franciscum Ordinis Minorum Sanctissimum, & illustrissimum parentem. habitum Sancti Augustini dante Ioanne Bono suscepisse, & in eius manibus solennem fecisse professionem; id quod ex Vincentio Gallo *lib.* 30. *cap.* 98. refert Iacobus Bergomensis *lib.* 12. *ad annum* 1199. vbi illud etiam addit professionis Chirographum aliquando visum esse inter instrumenta antiquissima nostri Monasterij Mantuensis. Quin potius Henricus de Vrimaria in *lib. de Origine Ordinis* affirmat se præfatum Chirographum vidisse. Et in eadem opinione est Antonius Sabellius *Enneadis* 9. *lib* 6. & Baptista Ignatius *lib.* 4. *Illustrium virorum cap.* 4. *lib.* 7. Polydorus Virgilius *lib.* 7. *de inuentio-*

fol. 25. & Romanus *Centuria* 8. *ad eundem annum* 1165.

1185. ¶ Sedebat in Cathedra S. Petri Vrbanus Tertius. Illius tempore floruit Abbas Ioachimus, qui *in comment. ad Apocalypsin cap.* 20. in laudem Eremitani Ordinis multa conscribit.

1187. ¶ Creatur Summus Pontifex Gregorius VIII. natione Italus. Hic Pontifex & præcedentia Ordinis priuilegia confirmat, & alia de nouo concedit; maximæ Monasterio de Aquauiua diœcesis Pisanæ. Vide Romanum *Centuria* 8. *ad annum* 1187.

1187. ¶ Hoc anno tempore Gregorij VIII. celebratum est Bononiæ in Italia capitulum generale Ordinis (qui sub titulo Eremitarum S. Augustini in Ecclesia in Italia, alijsque mundi partibus vigebat.) Generalis salutatur Frater Ioannes de spelunca, qui Ordinem feliciter administrauit vsque *ad annum* 1222. fuit hoc capitulum primum, fuit & hic generalis primus cuius in historijs Ordinis memoria vigeat. Testes huius rei Henricus de Vrimaria *in lib. de Origine Ordinis*, & Nicolaus Aoreolus Venetus *in suo breui chronica*: ab his cæteri accepêre atque ab hoc tempore Ordo S. Augustini sub titulo Eremitarum perdurans semper habuit Generalem.

Admonitum tamen hic lectorem vellē Hēricum de Vrimaria enumerasse generales Or-

ria. Ioanni bono proximè successit frater Matthæus, vt affirmat Aegidius: at Fratri Ioanni de Spelunca successit Ioannes de Stella; quam viam si teneamus omnia consonabunt, vt inferius aperiemus. Labitur igitur in hoc Romanus vt homo in principio 9. *Centuriæ* dum putat Ioannem de Spelunca successisse Ioanni Bono, fuisseque secundum Ordinis Generalem. Contradicunt enim, tum Aegidius, qui fratrem Matthæum Ioannis Boni successorem facit; tum Henricus de Vrimaria, & plures alij, qui Iordanem de spelunca non secundum sed primum Eremitani Ordinis generalem constituunt.

1198 ¶ Eligitur hoc anno Summus Pontifex Innocentius III. præfuitque Ecclesiæ vsq; *ad annum* 1216. in quo animam exhalauit. Is Pontifex Ordinem Eremitarum S. Augustini sub suam, idest Apostolicam protectionem suscepit: multis priuilegijs, & gratijs communiuit, easque, quæ à prædecessoribus collatæ erant, denuo confirmauit. Locum S. Antonij in Ordinem in maritimis senarum, qui locus hodie appellatur vallijs aspera, possideturque à fratribus congregationis Illicitanæ. Ad hunc conuentum, confirmationis literas direxit, in quibus Ordinis Priuilegia benignè confirmat. Dedit & alias ad conuentum Lucensem in Italia. Literas huiusce priuilegij se vidisse affirmant D. Antoninus 3. *p. tt.* 24. *cap.* 14. §. 3.

& B.Iordanus *lib.1.de vitis fratrum cap.* 14. vterque sanctus; vterque doctus; vterque antiquitate venerandus. Easdem etiam se vidisse affirmat Ambrosius Coriolanus vir ob auctoritatem, & dignitatem suam omni fide dignus *in Chronicis*, atque in *defensorio ordinis*. Quod idem de se affirmat Romanus *Centuria* 9. *ad annum* 1200

Præter istos habemus eorum, quæ diximus, egregios assertores Iacobum Bergomensem *in supplemento Chronicorum lib.* 12. *ad annum* 1198. in vita Innocentij tertij. Latè Hieronymum Romanum 2.*p.defensorij cap.* 14.*fol.* 331. *col.*1. & *cap.*14.*fol.*336.*col.*2. vt omittamus eos, qui asserunt hunc Innocentium auctoritate Apostolica Eremitanum ordinem confirmasse. Quo de argumento in *libro septimo* plura dicemus.

Idem Innocentius definiuit valere professionem cuiusdam mulieris factam in manibus cuiusdam Fratris Eremit. S. August. vt patet ex cap. insinuante extra. qui clerici, vel vouentes; de quo in *lib.*7. sequenti plura dicentur. Idem in cap. dilecti filij (ord. 52.) de appellationibus, qui scribit ad priores S. Augustini, & Sancti Georgij diæcesis Cantuariensis, illisque certam quandam causam committit.

1202 ¶ Hoc anno stabat iam monasterium nostrum Salmanticense, testes sunt Iosephus

Pam-

Pamphilus *in suis Chronicis fol. 28. pag. 2.* in fine. Romanus *Centuria 9. ad eundem annum*: nam hoc ipso anno Ecclesia eiusdem monasterij D. Petro dicata consecratur, vt patet ex scriptura lapidi insculpta.

1215 ¶ Hoc anno auctoritate Innocentij III. coactum est Romæ Concilium Lateranense, quod ceu inter omnia generalia concilia celebertimum per antonomasiam generale concilium in iure appellatur, siue potius generalissimum, confluentibus, ad illud duobus Patriarchis Ierosolymitano, & Constantinopolitano: Archiepiscopis 70. Episcopis autem duobus supra quadringentos: Abbatibus verò, & prioribus octingentis.

Innocentio igitur in celeberrimo hoc, amplissimoque concilio propter nimiam religionum varietatem, quæ in Ecclesia pariebat cõfusionem de singulis agente ordinibus, quo vel extinguerentur aliqui, vel in solido statu alij conseruarentur. Ordo Eremitarum S. Augustini in registrum, albumq; religionũ Pontificum totius Concilij definitione fuit relatus: id quod D. Antonin. 3. *p. historiali tt. 24. cap.* 14. § 3. & ante eum B. Iordanus de Saxonia *l.* 1. *de vitis fratrum cap.* 14. copiose referunt.

Vnde constat Ordinem Eremitarũ concilio Lateranensi antiquiorem esse, sic enim loquitur, sic apertissimè testatur Concilium

Lugdunense sub Gregorio X. celebratum anno Domini 1271. & habetur *in cap. Vnico §. sanè vers. Caterum de religiosis domibus in 6.* in hæc verba: *Cæterum Eremitarum Sancti Augustini, & Carmelitarum Ordines, quorum institutio præfatum Generale Concilium* (*Lateranense scilicet*) *præcessit, in suo solido statu volumus permanere.* Verùm de hac concilij Lugdunensis definitione in sequenti libro 6. fusior ineunda nobis est disputatio, vbi quæ dicemus, ea putamus esse necessario perlegenda.

1216. ¶ Hoc anno creatur summus Pontifex Honorius III. rexit Ecclesiam vsque ad annũ 1227. Approbauit hoc eodem anno Prædicatorum Ordinem, & Minorum: Eremitanum verò Ordinem insistens vestigiis Innocentii sub sua etiam Sedis Apostolicæ protectione suscepit. Deinde confirmauit omnia, quæ Innocentius eidem Ordini auctoritate Apostolica iam concesserat; Testes sunt Diuus Antoninus 3. *p. tt.* 24. *cap.* 14. §. 3. Beatus Iordanus *libro primo*, de vitis fratrum *cap.* 14. Bergomensis in supplemento Chronicorum *lib. decimo tertio ad annum* 1217. Romanus 2. *p* defensorij *cap.* 14. *fol.* 331. *col.* 4. *& cap. ib. fol.* 336, *col.* 2.

1218. ¶ Consalutatur hoc anno generalis Prouinciæ, seu congregationis Ioannis Boni, F. Matthæus cognomento sanctus, quẽadmodum reddit testimoniũ Aegidius in suo summa-

matio vitæ ordinis Eremitarum. Fuit secundus generalis illius cōgregationis: nondum tamen Ioannes Bonus suum diem obierat, sed senio confectus decreuerat relicta Flaminia, & Vmbria, vbi congregatio illa florebat, reuerti Mantuam, ibiq; conquiescere. Itaque congregationis gubernationem suis, quos in domo nutrierat, dereliquit.
1220. ¶ Hoc anno constructum fuit monasterium Narbonense in Gallia teste Iosepho Pamphilo in suis Chronicis fol. 28. in principio. Constructum inquam fuit hoc anno intra mænia Ciuitatis relicto alio, quod extra ciuitatis muros ædificatum erat, eo quod excedente vetustate ruinam minitaretur. Ita asserit Romanus *nona ordinis Centuria* ad hunc eundem annum.
1222. Mantuæ moritur B. Ioannes Bonus, & ad eius sepulchrum quàmplurima patrantur miracula. Paulò post Mantuani Ciues in illius honorem aliud intra vrbem ordinis monasterium extruxerunt sub appellatione Sanctæ Agnetis, ad cuius templum, Sā ctum defuncti corpus, summa Ciuium lætitia transfertur; vbi & hodie insigni cum veneratione colitur. Ita Iacobus Bergomensis in supplemento Chronicorum *lib. 12. ad annum* 1199.
1222. ¶ Hoc eodem anno peragitur Romæ Secundum Capitulum generale sub titulo E-

remitarum Sancti Augustini. Eligitur generalis frater Ioannes de Stella, alij appellant de cella. Rexit ordinem annis 20. ita ex Henrico de Vrimaria in lib. de Origine Ordinis. Posteriores omnes retulerunt. Consentit Romanus, *nona ordinis Centuria ad annum* 1223.

1226 ¶ Hoc anno 2. Idus Aprilis, hoc est die duodecimo eiusdem mensis sedente adhuc Honorio Tertio (obijt enim anno sequenti 1227. *die* 18. *Martij*) celebre oppidum Turrium Veterum in regno Portugalliæ Olysipponensis diæcesis, donauit fratribus Eremitarum Sanct. Augustini in vicino ac maritimo monasterio de Penafirme commorantibus certa quædam prædia, cuius donationis instrumentum authenticum seruatur in archiuio eiusdem monasterij. Scripturæ tenor de verbo ad verbum est, qui sequitur: *Nouerint vniuersi præsentes literas inspecturi quod nos prætor, & aluasiles, & consiliarij de turribus veteribus interrogauimus, dedimus, & concedimus Fratri Gaibitino Eremitano Ordinis Sancti Augustini, & omnibus alijs Fratribus Ordinis tam præsentibus, quam futuris pro mandato, & voluntate Domini Ioannis Gondisalui almoxarife Domini regis Portugalliæ, & Pelagij Gondisalui tabellionis dicti* REGIS *illam hæreditatem, quam habebamus in territorio de Penafirmo qua dici-*

tur A paulo de Monadaras, cum omnibus iuribus & pertinentijs suis, promittentes in nostro Concilio quod non fecissent, nec facerent contra dictam donationem, quod non valeret, & quod nec per se, nec per aliquem non venissent, nec venire facerent. Et hoc promiserunt sub hypotheca omnium rerum suarum. Vnde nos prætor, & aluaziles, & consiliarij dedimus dictis fratribus alteram hæreditatem, quam habebamus in ipso territorio, quæ cum ipsa iungitur ab oriente mata de Concilio vsque riuum: fastis ab occidente, mare: ab Africa, pouoa, à meridie, prout habetur in terminis S. Iuliani. In cuius rei testimonium ad preces dictorum virorum. 5. o. & ay tam pro illis, quam pro nobis concedimus prædictis fratribus perpetuo præsentes literas sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Turribus veteribus secundo Idus Aprilis æra millesima ducentesima sexagesima quarta, à qua æra (quæ est Cæsaris) si triginta, & octo annos extrahas, datum fuisse reperies hoc instrumentum *anno Domini* 1226. Vnde colliges lapsum fuisse HIERONYMVM Romanum dum *in nona Ordinis centuria ad annum* 1264. Scripsit eodem anno hanc donationem, atque instrumentum fuisse confectum. Errauit autem, non ex malitia qui fuit in sua Historia veritatis sagacissimus endagator, sed homines in quibus aliquando non labimur? constat enim ex subscriptione, seu ex data confectum

fuisse

fuisse *anno domini* 1226. viuente adhuc Honorio III. In illo autem authentico, & omnis dubij experte instrumento, illud aduertimus Fratres Eremitas Ordinis S. Augustini tempore illius donationis, iam in præcitata solitudine de Penafirme, habuisse ordinis monasterium, fuit enim donatio illa facta fratri Garbitino, & alijs fratribus præsentibus, & futuris. Quare Ordo Eremitarum S. Augustini in illis partibus antiquitate sua, illius donationis tempora superabat. Quin potius aiunt B. Guillelmum monasterij illius primum fuisse fundatorem. Ita refert Romanus in dicta Cẽturia *nona ad annum* 1264.

1227. ¶Hoc año 13. *Kal. April.* hoc est 20. *die Martij*, creatur Summus Pontifex Gregorius IX. moderatus est Ecclesiam vsq; ad 11. Kal. Augusti anno domini 1241.

Is Gregorius anno 1. sui Pontificatus, hoc est eodem anno 1227. concessit fratribus Eremitarum ordinis S. Augustini, vt in regno Legionis, Castellæ, & Portugalliæ possent ædificare monasteria; cuius concessionis vi in oppido Portugalliæ celebri Scalabicastro (vulgo nunc Santarem) Olyssiponensis diæcesis Illustrissimus Comes de Orem; fratribus ordinis Eremitarum donauit ædes suas, vt ibi monasterium ædificarent, quod ipso eodẽ die erigere cæpit, vt patet ex authentico contractu inter Illustrissimum Comitem & præcitato,

tos fratres inito æra Cæsaris 1414. *hoc est anno domini 1376. die 12. Maij*, qui contractus in archiuio præcitati monasterij reperitur, in quem tenor Priuilegij Summi Pontificis de verbo ad verbum inseritur. Huius scripturæ testem oculatum se profitetur Fr. Ioannes de S. Ioseph Lusitanus, vir religione clarus in suis Chronicis, quæ manu scripta reliquit.

Idem Gregorius IX. multa ordini Eremitarum Priuilegia, indulgentias multas concessit, maximè monasterio S. Mariæ de populo: transtulit enim à Lateranensi templo ad hoc monasterium præclarissimam illam Sanctæ Mariæ imaginem depictam ab Euangelista Luca. Quæ omnia refert Ambrosius Coriolanus in suis *Chronicis* ordinis, & Romanus *Centuria nona ad annum* 1127. *&* 1231.

Idem Gregorius composuit Controuersiam circa colorem habitus inter Minores, & Eremitas excitatam. Cuius rei testimonium reddit Alexander IV. in Bulla vnionis; in qua etiam apertissimè asserit idem Alexander IV. se tempore Gregorij IX. in Gallia Cisalpina, nunc Lombardia in minoribus constitutus eiusdem Gregorij iussu Legationem obibat; vidisse Fratres Ordinis Eremitarum. de quo suo loco plura dicemus. Interim videndus Coriolanus in defensorio, & in Chronicis ordinis.

1235. ¶ His temporibus floruit Beatissima

Clara de monte Falconio, de cuius vita, ac sanctitate nihil modo dicimus: quia plures de ea viri doctissimi multa scripsere: nihil etiam de tribus lapillis in corde Sanctissimæ virginis post mortem inuentis eiusdem coloris, ac magnitudinis, quorum singuli sunt tanti ponderis quanti tres simul, ô symbolum, ô apertum Sanctissimæ Trinitatis mysterij testimonium. de hac virgine, auctoritate Nicolai Papæ Quinti aniuersaria agitur commemoratio in Monasterio Sanctæ Crucis de Montefalconio, vbi sepulta iacet. Eam Ordini Minorum Fratres minores ascribunt; cum tamen Ordinis fuerit Eremitarum Sancti Augustini testificante Bergomensi in libro Illustrium mulierum, & Fratre Augustino de Monte falconio, qui vitam illius fusissimè scripsit. Vide etiam Romanum *Centuria nona ad annum* 1235. Iosephum Pamphilum Episcopum Signinum in suis *Chronicis fol.* 25.

1242. ¶ Hoc anno, *octauo Kalend. Iulij*, id est, die 24. *Iunij* creatur Summus Pontifex Innocentius IV. qui tenuit clauem Ecclesiæ vsque ad *annum* 1254.

Is Innocentius maxima in ordinem Eremitarum Sancti Augustini animi inclinatione propensus, eundem Ordinem multis Priuilegijs exornauit, & à prædecessoribus approbatum, sua rursus auctoritate denuo comproba-

probauit. de his Bergomensis in supplemento Chronicorum *libro decimo tertio ad annum* 1244. & Ambrosius Coriolanus in Chronicis Ordinis, Ordinisque defensorio, & Romanus in *nona* Ordinis Centuria *ad annum* 1244. & 1245. vt aliorum testimonia in re notissima non valdè necessaria prætermittam.

1243. ¶ Idem Innocentius hoc anno 10. *Kal. Maij*, id est, *vigesimo secundo die Aprilis* concedit Prioribus Eremitarum Sancti AVGVSTINI in Hispania vt possint absoluere ab excommunicatione, & interdicto, omnes qui habitum religionis susceperint. Primigenium huius Bullæ exemplar habetur in archiuio nostri Monasterij Olyssiponensis, cuius tenorem *lib.* huius disputationis 7. inseremus. Ex qua Bulla patet ordinem Eremitarum illo iam tempore in Hispania non solum florere, sed etiam sub titulo Eremitarum S. Augustini vbique cognosci.

Eodem anno celebratur Tertium Generale Capitulum Ordinis sub titulo Eremitarum. Præficitur illi Generalis Frater Adiutus de Fono, qui tractauit Ordinis gubernacula vsq; ad *annum* 1248. vt constat ex Chronicis ordinis, & ex Henrico de Vrimaria *in libro* de Origine Ordinis. Romanus tamen *in nona Ordinis Centuria* ad hunc annum asserit tribus tantum eum annis Ordinem

gubernasse, quia scilicet generales congregationis Ioannis Boni cum alijs confundit.

Eodem anno, vel circiter idem Innocentius IV. dedit ad Regem Alfonsum Castellæ cognomento sapientem literas commendatitias pro amplificando,& exornando ordine Eremitarum S. Augustini, Regiq; concessit, vt eiusdem ordinis monasteria in suo regno pro libito posset ædificare. Ad cuius preces Rex ædificat monasterium Carthagine noua, quæ nunc vulgo dicitur Carthagena, aliud Sancti Genesij: Toleti aliud. Denique facta est Hispania ordinis totius peculiaris quædam, nobilisque Prouincia. Huius Priuilegii testimonium reddit Hieronymus Romanus 2. *libro* Historiæ S. Augustini *cap.*10.*fol.*109.*col.*3.

1244. Hoc anno visebatur Olyssippone monasterium Ordinis Eremitarum situm versus occidentem solem in monte Sancti Genesij cui nomen est hodie Sancta Maria de Monte, eratq; tunc in regno Portugalliæ ordinis eiusdem Prouincialis, atq; etiam Prouinciæ visitator. Ordo ipse generalem habebat; vt quod euidenter constat ex quadam scriptura authentica continente contractum inter illustrem Matronam Donnam Susanam, & Priorem, conuentumq; Præfatum, quæ in archiuio Olyssipponensis monasterij conseruatur, cuius transcriptionem hoc loco fideliter subijcimus, illud interim admonentes in prædicto

dicto instrumento ob nimiam vetustatem aliquot dictiones extinctas esse nec legi posse, quas nos in lineis suis linea quadam annotamus quid indicarent maiori litera apponentes: *In nomine Domini Amen. Nouerint vniuersi præsentes publici instrumenti auctoritate ordinaria in forma publica redacta scripturi. siue tenorem inspecturi pro anno à Natiuitate eiusdem 1423. die trigesimo mensis Augusti supra Claustrum Ecclesiæ Cathedralis nobilissimæ ciuitatis Olixbonæ coram Venerabili, & discreto viro Christophoro Ioannis in decretis Bacchalaureo, nec non Vicario generali Sede vacante dictæ ciuitatis, & eius Archiepiscopatus pro tribunali sedente; me Ioanne Gondisaluo auctoritate regia in dicta Olixbona ciuitate tabellione, præsente vna cum testibus infra scriptis comparuit, honorabilis discretusque vir, Ludouicus Alfonsi perpetuus portionarius Ecclesiæ Sanctæ Marinæ de Buterio dictæ ciuitatis, & ad requisitionem discreti viri, Fratris Aluari fratris ordinis, & monasterij Sancti Augustini ipsius ciuitatis ibi existentis, ostendit, præsentauit quandam literam sanam, & integram, non vitiatam, non cancellatam, nec in aliqua sui parte corruptam aut suspectam, sed omni prorsus vitio, & suspicione carentem, sigillatamque quatuor sigillis ceræ rubeæ, videlicet vnum rotundum cum imagine corporis, & nauis, corporumque gloriosissimi martyris Sancti Vincentij, & literis circumquaque & aliud longum* cum imagine *Sancti Martini equitantis, & alia duo cum diuersis imaginibus ——— circumquaque pendentibus cordolis albis, rubeis,*

azulis, cuius tenor de verbo ad verbum talis est: In Dei nomine amen: Nouerint vniuersi huius literæ scripturam inspecturi, quia cum dissentio esset inter religiosos viros tres Ioannem Lombardum Priorem fratrum Eremitarum Sancti Augustini monasterium quod est situm apud ciuitatem Olixbonam in loco, qui dicitur Sanctus Genesius, & Conuentum eiusdem ex vna parte, & discretum virum Vincentium Martini priorem Ecclesiæ Sancti Martini prædictæ ciuitatis executorem testamenti donnæ Susannæ iam defunctæ vxoris quondam Ioannis Quiveni executorio nomine ex altera parte, pro eo quod vt dictus executor dicebat, vna cum Stephano cuius coadiutore suo donna Susana dederat dictis priori, & Conuentui quendam campum, quem emerat à Fulano Ioannis dicto tabellario vicario perpetuo Ecclesiæ Sanctæ Crucis prædictæ ——— qui campus erat contiguus loco dictorum fratrum, & medietatem cuiusdam hæreditatis quæ est iuxta cortinale monasterij Sancti Vincentij deforis quæ fuerat prædictorum Ioannis Quiueni, & donæ Susannæ, & fecerat & de nouo construxerat Ecclesiam in dicto campo ad honorem Dei, & Sanctorum eiusdem ordinis supradicti, & pro anima dictæ defunctæ, tali conditione apposita quod prædicti Prior, & conuentus tenerentur quolibet mense pro anima dictæ defunctæ aniuersarium celebrare, & quotidie vnam missam cantare, siue celebrare, & ædificare monasterium eiusdem ordinis in dicto loco, & ibidem semper dictum monasterium habitare; & si prædicti prior, & conuentus,

& eorum

& eorum successores mutarent alibi monasterium. dictum monasterium, & totus fundus, in quo fundatum est ad dictos executores vincentium Martini, & Stephanum Cuiuo, vel eorum successores cum omnibus iuribus & omnibus pertinentijs suis, libere, & sine conditione aliqua reuerteretur Ad quæ omnia ipse Prior nomine suo, & successorum suorum, & nomine religiosi viri nomine Prouincialis Pontij Prioris prouincialis ordinis prædicti, cuius generalis —— —— nominatus —— nomine suo, & frater Paschasius dedareta visitator dicti ordinis, se obligauerunt & promiserunt bona fide seruare, tenere, & complere bene & fideliter omnia & singula supradicta prout in quibusdam instrumentis per alfabetum diuisis super hos confecta per manum Petri Ferrarij quondam tabellionis Era millesima ducentesima octuagesima secunda plenius continetur.

Et quia dicti Prior, & conuentus volebant se transferre ad locum Almasala, & ibidem monasterium, & Ecclesiam ædificare, id-eo dictus dicebat quod omnia, quæ dictus Priori, & conuentui dederat, & dictum monasterium situm in dicto loco, qui vocatur Sanctus Genesius, debebat eidem libere remanere, prout inter ipsos extiterat ordinatum.

Tandem vtraque pars compromisit in nos Gondisaluum Ferdinandi Canonicum Olixbonensem, & Nicolaum dominici Canonicum Elboretam tanquam in iudices arbitros, arbitratores, & amicabiles compositores, promittentes bona fide in manibus nostris stare, iudicio, mandato, arbitrio, & laudo per nos promulgato

 Nos

Nos vero Gondisaluus Ferdinandi, & Nicolaus Dominici *iudices arbitratores , & amicabiles compositores habito ——— inter ipsas partes , & habito consilio cum peritis ad honorem Dei , & ——— ad vtilitatem animæ dictæ defunctæ , & propter bonum pacis ——— concordiæ , & arbitrando, laudando, seu adiudicando, mandamus,* vt dictus Prior *& Conuentus , & eorum successores in Ecclesia quam ædificare intendunt* in dicto *loco , qui vocatur Almasala, fasiant celebrare missam* quotidie pro anima *dictæ defunctæ , & aniuersarium quolibet mense in perpetuum, prout tenentur in Ecclesia dicti loci, qui vocatur S. Genesius.*

Mandamus ——— quod semel in anno quolibet, in die obitus dictæ Donnæ Susanæ --------- aniuersarium pro anima dictæ defunctæ in Ecclesia Sanctæ Marinæ ——— Sex fratres eiusdem ordinis ad dictam Ecclesiam Sanctæ Marinæ ------ celebrent cum clericis dictæ Ecclesiæ in dicta Ecclesia pro anima dicta ——— aniuersarium memoratum , & ad omnia , & singula supradicta ——— mandamus & arbitramur dictum priorem , & omnes successores *eorum esse obligatos, etiamsi ad alium locum, seu loca dictum* monasterium *ædificetur in dicto loco de Almasala, duxerint transferendum sed translatum quam transferendum esse obligatum ad omnia, & singula supradicta.*

Præterea mandamus simpliciter quod dicti Prior & Conuentus Possideant *& habeant perpetuo*

tam

tam dictum locum, qui vocatur sanctus Genesius cum Domibus & cum omnibus iuribus, & pertinentijs—— omnibus, & singulis quæ dictus executor cum præfato exe——suo dedit, & donauit prædictis Priori, & Conuentui & faciat——disponant de omnibus ipsis & singulis, quidquid eorum placuerit—— voluntati.

Et nos præfati Prior, & Conuentus nomine nostro, & successorum nostrorum acceptamus, laudamus, & approbamus omnia, & singula supradicta——obligamus nos, & promittimus bona fide ad complendum, tenendum——seruandum benè & fideliter omnia, & singula supradicta pro ad semper —— vt superius sunt expressa. Et ego Vincentius Martini executor——factus nomine executorio similiter accepto, laudo, & approbo, & concedo omnia & singula supradicta, & promitto bona fide inuiolabiliter omnia seruare.

In cuius rei testimonium nos dictæ partes fecimus fieri duas cartas eiusdem tenoris, inter nos per alfabetum diuisas & Sigillatas tam dictorum iudicum, quàm nostrorum prædictorum Prioris, & Conuentus, & Vincentij Martini executoris munimine roboratas. De quibus debemus tenere singulos, penes nos in testimonium huius rei. Et nos Gondisaluus Ferdinandi, & Nicolaus Dominici prædicti iudices arbitri, arbitratores, & amicabiles compositores ad petitionem dictarum partium prædictis literis Sigilla nostra apponi fecimus in testimonium veritatis. Actum fuit Vlixbonæ—— Ianuarij—AEra M—trecentesima vigesima nona.

Hactenus habet instrumentum præfatæ sententiæ, quæ detractis consuetis triginta & octo annis, lata fuit *anno Domini* 1291.

Ex præcitatæ scripturæ serie constat fratres Ordinis Eremitarum Sancti Augustini æra Cæsaris 1282. (qui fuit *annus Domini* 1244) habuisse Olyssipone Monasterium cum Priore , & Conuentu , cum Prouinciali & visitatore situm in monte Sancti Genesij , qui , vti diximus , hodie dicitur dominæ nostræ de monte. Cumque illustris quædam matrona (Donna Susana ei nomen erat) eiusdem Monasterij fratres in Domino Charos haberet , emit agrum quendam in vertice memorati montis sancti Genesij , præfato monasterio continentem , in quo ædificauit Ecclesiam in honorem Dei , & Sanctorum eiusdem Ordinis quam prædictis fratribus , eorumque conuentui addixit , certis appositis conditionibus ; è quibus hæc vna erat : vt in monasterium ædificarent , ad quod priori relicto transilirent , in eoque perpetuò in posterum habitarent ; ita vt si ad locum alium monasterium transferrent , prædicta Ecclesia, Monasteriumque cum iuribus ad suos executores testamentarios deuoluerentur. Accepêre conditionem Prior , atque conuentus. Vnde de sui etiam Prouincialis consensu, nomineque generalis prædictam Eccle-

siam

siam cum suis iuribus donatione D. Susannæ sibi, ordinique adiunxerunt. Confecto huius donationis instrumento æra Cæsaris, annoq; Christi Domini iam commemoratis.

Sed ecce tibi ædificato sub eandem Ecclesiam secundo Monasterio, relictoque priori, cum in eo aliquot annos dicti fratres permansissent: progressu deinde temporis compellentibus ad ædificationem causis aliquot iustis, & perurgentibus, monasterium præfatum ex ea statione amouere cogitarunt, & transferre in vicinum montem oppositum, qui appellabatur ea tempestate Almafala. Illis de translatione monasterij cogitantibus, imò verò translationem ipsam iamiam molientibus, præsto; occurrunt executores testamentarij Donnæ Susanæ, & de non seruata apposita, atque acceptata conditione conqueruntur: sibique proinde ipsis fore & templum, & constructum propè illud monasterium adiudicandum. Controuersia communi omnium consensu dirimenda committitur quibusdam cathedralis Ecclesiæ canonicis, qui æra cæsaris 1329. hoc est *anno Domini* 1261. eam, lata sententia, dirimerunt, facta nempe fratribus transferendi monasterium facultate, sed aliquibus impositis conditionibus perpetuò seruandis.

Ex

Ex huius scripturæ serie illud diligentissimè obseruandum esse censemus, primam huiusce, in quo nunc Olyssiponēse agimus, monasterij fundationem non esse petendam ab hac vltima erectione, quam post secundam illam ac litigiosam translationem obtinuit in monte dicto tunc Almofala, in quo nunc est situm (quæ erectio, vt ex scriptura præcitata patet, sumpsit exordium post *anno Domini* 1291.) quin potius nec petendam esse ab ædificatione secundi Monasterij in vertice montis Genesij constructi in Ecclesia, quam Illustris illa Susana Ordini in ædificandum Monasterium dedit *anno Domini* 1244. sed à prima constitutione antiqui, primique Eremitarum Monasterij, in quo ante contractum cum Donna Susana initum, fratres immorabantur: cum quibus Donna illa Susana contractum sanxit.

In quidem primo Monasterio multis ante annis fratres Eremitani Ordinis habitauerunt. Quod si quis esse voluerit æquus rerum censor, plane iudicabit quæ videntur esse hæc, non esse tria monasteria, sed vnum, & idem: identitas siquidem Monasterij non ex identitate ædificij, sed ex Monachorum identitate expenditur. Vnde Ecclesia de vno loco ad alium translata, cum omnibus iuribus suis transfertur.

Ex qua obseruatione colligo Eremitas

Sancti Augustini fundationem sui monasterij Olysipone habere longe antiquiorem fundatione monasterij prædicatorum, quod testantibus eorum temporum annalibus ædificatum est, ac primo constructum ab Alfonso huius nominis tertio Portugalliæ Rege, qui Bononiæ Comes est dictus. Is autem regni gubernacula suscepit *anno Domini* 1248. & obijt *anno Domini* 1279. cum tamen Eremitę S. Augustini multis annis ante *annum Christi Domini* 1244. habuerint Olysippone monasterium cum Priore, cum Conuentu, cum Prouinciali, atque visitatore, vt ex præcitata scriptura liquido constat.

Illud deinde erit diligentius obseruandum primum illud monasterium, quod ad Ecclesiam à D. Susana donatam principio translatum est; ædificatum dici in monte S. Genesij, in quo mirificè hæc scriptura concinit cum ea, quam ex regio tabulario supra produximus ad annum 1109. ex qua constat Gualterium illum cum suis quinque iam memoratis socijs in eodem monte ædificasse monasterium, & templum Sancto Genesio sacrum, à quo mõs ille eam vulgo sumpsit nomenclaturam: & quamuis præcitata regij tabularij scriptura non accuratè explicet fratres illos esse Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, sed solummodo innuat, dum eos narrat ad habitandum perquæsiuisse Eremum, locumque solitarium

tarium tamen id satis dulcidè explicatur per hanc, de qua modo agimus, scripturam, veluti per additamentum alterius, dum apertè explicat monasterium montis Sancti Genesij esse Ordinis Eremitarum Sancti Augustini: etenim possessio, quæ inter aliquos olim fines constituta erat, & est hodie inter eosdem, censetur vna & eadem, vt eleganter docet Decius *consil. 109. num. 2.* & *consil 91. num. 3.* & *consil. 129. num. 2.* & Bart. *in l. demonstratio falsa ff. de conditionibus, & demonstrationibus.* Mascar. 1. *vol. concl. 876.*

Iuuat regula *l. ex persona C. de probationibus* ex præsenti nimirum præsumi ad præteritum, de qua etiam *in l. 1. § si magistratus ff. de Magistratibus conueniendis,* & *in l. si hi, qui adulteri C. de adulterijs* Quam regulam verissimam esse in qualitate, quæ rei inesse poterat à primæuo ipsius statu, docent Baldus, & Oldradus in *dicto § si Magistratus.* Idem Bald. *in dicta l. ex persona, columna prima & secunda,* quos sequitur Nicolaus de Matta *in l. si possidetis C. de probat.* Probat Mascard. *vol. 2. concl. 1049. num. 10.* & *vol. 2. concl. 635. numero 2.* Iam verò nullus negabit Fratres illos, qui delûbrum Sancto Genesio dicatum ædificarunt, potuisse esse Ordinis Eremitarum.

Huc accedit quoniam repertus in possessione præsumitur rem possidere ex titulo præcedenti iuxta doctrinam *Gloss. in l. Quadam*

mulier

mulier ad verbum. Sufficiebat *ff. de rei vendic.* Quare cum iuxta hanc Donnæ Susannæ scripturam Fratres Ordinis Eremitarum monasterij illius possessores inueniantur, vtique præsumendi sunt illud possidere ex continuata eiusdem Ordinis Eremitani à principio possessione, nisi contrarium probetur.

Denique id persuadetur: quoniam scriptura illa regalis archiuij docet; illos Fratres in eodem Monasterio permansisse vsque ad Alphonsum hoc nomine Tertium Portugalliæ regem, qui Ordinem ampliauit: iam verò ex scripturis huius Eremitani monasterii constat, Alphonsum Tertium Portugalliæ Regem, Eremitano Ordini fecisse facultatem ædificandi monasteria in pluribus regni partibus, nimirum iuxta Castellum de Estremos, & iuxta Castellum de Abrantes, & iuxta Castellum de turribus veteribus, vt patet in instrumento in archiuo Olysipponensis monasterij conseruato, confectoque Cæsaris 1 04. hoc est *anno Christi* 1246.

1246. ¶ Prouinciæ Ioannis Boni præponitur Generalis Frater Hugo Mantuanus in capitulo Ferrariæ celebrato, vt est testis Aegidius in summario vitæ Eremitarum. Meminit Romanus *Centuria nona* ad hunc annum.

Hoc

gubernasse, quia scilicet generales congregationis Ioannis Boni cum alijs confundit.

Eodem anno, vel circiter idem Innocentius IV. dedit ad Regem Alfonsum Castellæ cognomento sapientem literas commendatitias pro amplificando, & exornando ordine Eremitarum S. Augustini, Regiq; concessit, vt eiusdem ordinis monasteria in suo regno pro libito posset ædificare. Ad cuius preces Rex ædificat monasterium Carthagine noua, quæ nunc vulgo dicitur Carthagena, aliud Sancti Genesij: Toleti aliud. Denique facta est Hispania ordinis totius peculiaris quædam, nobilisque Prouincia. Huius Priuilegii testimonium reddit Hieronymus Romanus 2. *libro* Historiæ S. Augustini *cap.* 10. *fol.* 109. *col.* 3.

1244. Hoc anno visebatur Olyssippone monasterium Ordinis Eremitarum situm versus occidentem solem in monte Sancti Genesij cui nomen est hodie Sancta Maria de Monte, eratq; tunc in regno Portugalliæ ordinis eiusdem Prouincialis, atq; etiam Prouinciæ visitator. Ordo ipse generalem habebat; vt quod euidenter constat ex quadam scriptura authentica continente contractum inter illustrem Matronam Donnam Susanam, & Priorem, conuentumq; Præfatum, quæ in archiuio Olyssipponensis monasterij conseruatur, cuius transcriptionem hoc loco fideliter subijcimus, illud interim admonentes in prædicto

dicto instrumento ob nimiam vetustatem aliquor dictiones extinctas esse nec legi posse, quas nos in lineis suis linea quadam annotamus quid indicarent maiori litera apponentes: *In nomine Domini Amen. Nouerint vniuersi præsentes publici instrumenti auctoritate ordinaria in forma publica redacta scripturi, siue tenorem inspecturi pro anno à Natiuitate eiusdem 1423. die trigesimo mensis Augusti supra Claustrum Ecclesiæ Cathedralis nobilissimæ ciuitatis Olixbonæ coram Venerabili, & discreto viro Christophoro Ioannis in decretis Bacchalaureo, nec non Vicario generali Sede vacante dictæ ciuitatis, & eius Archiepiscopatus pro tribunali sedente; me Ioanne Gondisaluo auctoritate regia in dicta Olixbona ciuitate tabellione, præsente vna cum testibus infra scriptis comparuit, honorabilis discretusque vir, Ludouicus Alfonsi perpetuus portionarius Ecclesiæ Sanctæ Marinæ de Buterio dictæ ciuitatis, & ad requisitionem discreti viri, Fratris Aluari fratris ordinis, & monasterij Sancti Augustini ipsius ciuitatis ibi existentis, ostendit, præsentauit quandam literam sanam, & integram, non vitiatam, non cancellatam, nec in aliqua sui parte corruptam aut suspectam, sed omni prorsus vitio, & suspicione carentem, sigillatamque quatuor sigillis ceræ rubeæ, videlicet vnum rotundum cum imagine corporis, & nauis, corporumque gloriosissimi martyris Sancti Vincentij, & literis circumquaque & aliud longum cum imagine Sancti Martini equitantis, & alia duo cum diuersis imaginibus ——— circumquaque pendentibus cordolis albis, rubeis,*

azulis, cuius tenor de verbo ad verbum talis est: In Dei nomine amen: Nouerint vniuersi huius literæ scripturam inspecturi, quia cum dissentio esset inter religiosos viros tres Ioannem Lombardum Priorem fratrum Eremitarum Sancti Augustini monasterium quod est situm apud ciuitatem Olixbonam in loco, qui dicitur Sanctus Genesius, & Conuentum eiusdem ex vna parte, & discretum virum Vincentium Martini priorem Ecclesiæ Sancti Martini prædictæ ciuitatis executorem testamenti donnæ Susannæ iam defunctæ vxoris quondam Ioannis Quiveni executorio nomine ex altera parte, pro eo quod vt dictus executor dicebat, vna cum Stephano cuius coadiutore suo donna Susana dederat dictis priori, & Conuentui quendam campum, quem emerat à Fulano Ioannis dicto tabellario vicario perpetuo Ecclesiæ Sanctæ Crucis prædictæ ——— qui campus erat contiguus loco dictorum fratrum, & medietatem cuiusdam hæreditatis quæ est iuxta cortinale monasterij Sancti Vincentij deforis quæ fuerat prædictorum Ioannis Quiueni, & donæ Susannæ, & fecerat & de nouo construxerat Ecclesiam in dicto campo ad honorem Dei, & Sanctorum eiusdem ordinis supradicti, & pro anima dictæ defunctæ, tali conditione apposita quod prædicti Prior, & conuentus tenerentur quolibet mense pro anima dictæ defunctæ anniuersarium celebrare, & quotidie vnam missam cantare, siue celebrare, & ædificare monasterium eiusdem ordinis in dicto loco, & ibidem semper dictum monasterium habitare; & si prædicti prior, & conuentus, & eorum

& eorum successores mutarent alibi monasterium. dictum monasterium, & totus fundus, in quo fundatum est ad dictos executores vincentium Martini, & Stephanum Cuiuo, vel eorum successores cum omnibus iuribus & omnibus pertinentijs suis, libere, & sine conditione aliqua reuerteretur. Ad quæ omnia ipse Prior nomine suo, & successorum suorum, & nomine religiosi viri nomine Prouincialis Pontij Prioris prouincialis ordinis prædicti, cuius generalis ——— nominatus ——— nomine suo, & frater Paschasius dedareta visitator dicti ordinis, se obligauerunt & promiserunt bona fide seruare, tenere, & complere bene & fideliter omnia & singula supradicta prout in quibusdam instrumentis per alfabetum diuisis super hos confecta per manum Petri Ferrarij quondam tabellionis Era millesima ducentesima octuagesima secunda plenius continetur.

Et quia dicti Prior, & conuentus volebant se transferre ad locum Almafala, & ibidem monasterium, & Ecclesiam ædificare, id-eo dictus dicebat quod omnia, quæ dictis Priori, & conuentui dederat, & dictum monasterium situm in dicto loco, qui vocatur Sanctus Genesius, debebat eidem libere remanere, prout inter ipsos extiterat ordinatum.

Tandem vtraque pars compromisit in nos Gondisaluum Ferdinandi Canonicum Olixbonensem, & Nicolaum dominici Canonicum Elboretum tanquam in iudices arbitros, arbitratores, & amicabiles compositores, promittentes bona fide in manibus nostris stare, iudicio, mandato, arbitrio, & laudo per nos promulgato

Nos vero Gondisaluus Ferdinandi, & Nicolaus Dominici *iudices arbitratores, & amicabiles compositores habito* ——— *inter ipsas partes, & habito consilio cum peritis ad honorem Dei, &* ——— *ad vtilitatem animæ dictæ defunctæ, & propter bonum pacis* ——— *concordiæ, & arbitrando, laudando, seu adiudicando, mandamus*, vt dictus Prior *& Conuentus, & eorum successores in Ecclesia quam ædificare intendunt* in dicto *loco, qui vocatur Almasala, fasiant celebrare missam quotidie* pro anima *dictæ defunctæ, & aniuersarium quolibet mense in perpetuum, prout tenentur in Ecclesia dicti loci, qui vocatur S. Genesius.*

Mandamus ——— *quod semel in anno quolibet, in die obitus dictæ Donnæ Susanæ* ——— *aniuersarium pro anima dictæ defunctæ in Ecclesia Sanctæ Marinæ* ——— *Sex fratres eiusdem ordinis ad dictam Ecclesiam Sanctæ Marinæ* ——— *celebrent cum clericis dictæ Ecclesiæ in dicta Ecclesia pro anima dicta* ——— *aniuersarium memoratum, & ad omnia, & singula supradicta* ——— *mandamus & arbitramur dictum priorem, & omnes* successores *eorum esse obligatos, etiamsi ad alium locum, seu loca dictum* monasterium *ædificetur in dicto loco de Almasala, duxerint transferendum sed translatum quam transferendum esse obligatum ad omnia, & singula supradicta.*

Præterea mandamus simpliciter quod dicti Prior & Conuentus Possideant *& habeant perpetuo tam*

tam dictum locum , qui vocatur sanctus Genesius cum Domibus & cum omnibus iuribus, & pertinentijs—— omnibus , & singulis quæ dictus executor cum præfato exe——suo dedit , & donauit prædictis Priori, & Conuentui & faciat——disponant de omnibus ipsis & singulis , quidquid eorum placuerit —— voluntati.

Et nos præfati Prior , & Conuentus nomine nostro, & successorum nostrorum *acceptamus , laudamus , & approbamus omnia , & singula supradicta——obligamus nos, & promittimus bona fide ad complendum, tenendum——seruandum benè & fideliter omnia , & singula supradicta pro ad semper —— vt superius sunt expressa. Et ego Vincentius Martini executor——factus nomine executorio similiter accepto, laudo, & approbo , & concedo* omnia *& singula supradicta , & promitto bona fide inuiolabiliter* omnia *seruare.*

In cuius rei testimonium nos dictæ partes fecimus fieri duas cartas eiusdem tenoris, inter nos per alfabetum diuisas & Sigillatas tam dictorum iudicum, quàm nostrorum prædictorum Prioris , & Conuentus, & Vincentij Martini executoris munimine roboratas. De quibus debemus tenere singulos , penes nos in testimonium huius rei. Et nos Gondisaluus Ferdinandi, & Nicolaus Dominici prædicti iudices arbitri, arbitratores, & amicabiles compositores ad petitionem dictarum partium prædictis literis Sigilla nostra apponi fecimus in testimonium veritatis. Actum fuit Vlixbonæ—— Ianuarij —AEra M—trecentesima vigesima nona.

Hactenus habet instrumentum præfatæ sententiæ, quæ detractis consuetis triginta & octo annis, lata fuit *anno Domini* 1291.

Ex præcitatæ scripturæ serie constat fratres Ordinis Eremitarum Sancti Augustini æra Cæsaris 1282. (qui fuit *annus Domini* 1244) habuisse Olyssipone Monasterium cum Priore , & Conuentu , cum Prouinciali & visitatore situm in monte Sancti Genesij , qui , vti diximus , hodie dicitur dominæ nostræ de monte. Cumque illustris quædam matrona (Donna Susana ei nomen erat) eiusdem Monasterij fratres in Domino Charos haberet , emit agrum quendam in vertice memorati montis sancti Genesij, præfato monasterio continentem , in quo ædificauit Ecclesiam in honorem Dei , & Sanctorum eiusdem Ordinis quam prædictis fratribus , eorumque con, uentui addixit , certis appositis conditionibus ; è quibus hæc vna erat : vt in monasterium ædificarent , ad quod priori relicto transilirent , in eoque perpetuò in posterum habitarent ; ita vt si ad locum alium monasterium transferrent , prædicta Ecclesia, Monasteriumque cum iuribus ad suos executores testamentarios deuoluerentur. Accepêre conditionem Prior , atque conuentus. Vnde de sui etiam Prouincialis consensu, nomineque generalis prædictam Eccle-

ſiam cum ſuis iuribus donatione D. Suſannæ ſibi, ordinique adiunxerunt. Confecto huius donationis inſtrumento æra Cæſaris, annoq; Chriſti Domini iam commemoratis.

Sed ecce tibi ædificato ſub eandem Eccleſiam ſecundo Monaſterio, relictoque priori, cum in eo aliquot annos dicti fratres permanſiſſent: progreſſu deinde temporis compellentibus ad ædificationem cauſis aliquot iuſtis, & perurgentibus, monaſterium præfatum ex ea ſtatione amouere cogitarunt, & transferre in vicinum montem oppoſitum, qui appellabatur ea tempeſtate Almaſala. Illis de tranſlatione monaſterij cogitantibus, imò verò tranſlationem ipſam iamiam molientibus, præſto occurrunt executores teſtamentarij Donnæ Suſanæ, & de non ſeruata appoſita, atque acceptata conditione conqueruntur: ſibique proinde ipſis fore & templum, & conſtructum propè illud monaſterium adiudicandum. Controuerſia communi omnium conſenſu dirimenda committitur quibuſdam cathedralis Eccleſiæ canonicis, qui æra cæſaris 1329. hoc eſt *anno Domini* 1261. eam, lata ſententia, dirimerunt, facta nempe fratribus transferendi monaſterium facultate, ſed aliquibus impoſitis conditionibus perpetuò ſeruandis.

Ex

Ex huius scripturæ serie illud diligentissimè obseruandum esse censemus, primam huiusce, in quo nunc Olyssiponēse agimus, monasterij fundationem non esse petendam ab hac vltima erectione, quam post secundam illam ac litigiosam translationem obtinuit in monte dicto tunc Almofala, in quo nunc est situm (quæ erectio, vt ex scriptura præcitata patet, sumpsit exordium post *anno Domini* 1291.) quin potius nec petendam esse ab ædificatione secundi Monasterij in vertice montis Genesij constructi in Ecclesia, quam Illustris illa Susana Ordini in ædificandum Monasterium dedit *anno Domini* 1244. sed à prima constitutione antiqui, primique Eremitarum Monasterij, in quo ante contractum cum Donna Susana initum, fratres immorabantur: cum quibus Donna illa Susana contractum sanxit.

In quidem primo Monasterio multis ante annis fratres Eremitani Ordinis habitauerunt. Quod si quis esse voluerit æquus rerum censor, plane iudicabit quæ videntur esse hæc, non esse tria monasteria, sed vnum, & idem: identitas siquidem Monasterij non ex identitate ædificij, sed ex Monachorum identitate expenditur. Vnde Ecclesia de vno loco ad alium translata, cum omnibus iuribus suis transfertur.

Ex qua obseruatione colligo Eremitas

Sancti

Sancti Augustini fundationem sui monasterij Olysipone habere longe antiquiorem fundatione monasterij prædicatorum, quod testantibus eorum temporum annalibus ædificatum est, ac primo constructum ab Alfonso huius nominis tertio Portugalliæ Rege, qui Bononiæ Comes est dictus. Is autem regni gubernacula suscepit *anno Domini* 1248. & obijt *anno Domini* 1279. cum tamen Eremitę S. Augustini multis annis ante *annum Christi Domini* 1244. habuerint Olysippone monasterium cum Priore, cum Conuentu, cum Prouinciali, atque visitatore, vt ex præcitata scriptura liquido constat.

Illud deinde erit diligentius obseruandum primum illud monasterium, quod ad Ecclesiam à D. Susana donatam principio translatum est; ædificatum dici in monte S. Genesij, in quo mirificè hæc scriptura concinit cum ea, quam ex regio tabulario supra produximus ad annum 1109. ex qua constat Gualterium illum cum suis quinque iam memoratis socijs in eodem monte ædificasse monasterium, & templum Sancto Genesio sacrum, à quo mõs ille eam vulgo sumpsit nomenclaturam: & quamuis præcitata regij tabularij scriptura non accuratè explicet fratres illos esse Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, sed solummodo innuat, dum eos narrat ad habitandum perquæsiuisse Eremum, locumque solitarium

mulier ad verbum. Sufficiebat *ff. de rei vendic*. Quare cum iuxta hanc Donnæ Susannæ scripturam Fratres Ordinis Eremitarum monasterij illius possessores inueniantur, vtique præsumendi sunt illud possidere ex continuata eiusdem Ordinis Eremitani à principio possessione, nisi contrarium probetur.

Denique id persuadetur: quoniam scriptura illa regalis archiuij docet; illos Fratres in eodem Monasterio permansisse vsque ad Alphonsum hoc nomine Tertium Portugalliæ regem, qui Ordinem ampliauit: iam verò ex scripturis huius Eremitani monasterii constat, Alphonsum Tertium Portugalliæ Regem, Eremitano Ordini fecisse facultatem ædificandi monasteria in pluribus regni partibus, nimirum iuxta Castellum de Estremos, & iuxta Castellum de Abrantes, & iuxta Castellum de turribus veteribus, vt patet in instrumento in archiuo Olysipponensis monasterij conseruato, confectoque Cæsaris 1 04. hoc est *anno Christi* 1246.

1246. ¶ Prouinciæ Ioannis Boni præponitur Generalis Frater Hugo Mantuanus in capitulo Ferrariæ celebrato, vt est testis Aegidius in summario vitæ Eremitarum. Meminit Romanus *Centuria nona* ad hunc annum.

Hoc

Hoc anno, vel circumcirca B. Nicolaus de Tolentino Ordinem Eremitarum Sancti Augustini habitu religionis suscepto ingreditur. Quem completo probationis anno, solenni pacto profitetur: etenim iuxta veriorem supputationem nascitur is *anno Domini* 1224. sub Honorio III. Moritur autem *anno Domini* 1294. ætatis suæ anno 70. Porrò verò religionis habitum ætate tenera, & adhuc iuuenis suscepit, vt in Bulla Canonizationis asserit Eugenius Papa. Quare vel eo, quem diximus, vel paucis ante annis in Eremitarum religionem fuit ingressus. Nisi si quis velit forsitan illic trepidare timore, vbi non est timor; & vbi nihil est dubij addubitare: vtrum B. Nicolaus Ordinis Eremitarum alumnus extiterit, ac legitimus filius Augustini. Sed quis tam præfricta fronte sit, vt negare id audeat, quod apertissimè testatur Frater Socius, qui Nicolai vitam literis prodidit: Quod deinde affirmat Eugenius Papa in bulla canonizationis. Quod Xistus Papa V. in Bulla, qua præcipit vt festus illi dies officio duplici in tota Ecclesia celebretur. Quod denique Gregorius XIII. in Bulla indulgentiarum, quas singulis Eremitarum domibus quacunque patent Portugallensis imperij fines concessit. Quod postremò canimus in hymno eius festi diei his verbis: *Ex suo te nunc grege procreatum: multa post tandem reuoluta secla contulit dignum* Nicolae *nobis, eius*

alum-

alumnum? Certè quidem res est in vniuersa Ecclesia adeò trita, & nota, vt claui citius extrahi de manu Herculis, quam Eremitano Augustiniano Ordinis tanti alumni gloria adimi possit.

Illud quidem fateor non deesse, qui Beatū Nicolaum esse ea, quam posuimus, ætate antiquiorem: quippe quem aiunt obijsse diem suum *anno Domini* 1197. Iuxta quam supputationem nascitur B. Nicolaus *anno Domini* 1127. & religionis habitum assumit circa *annū* 1150. Sed, vti diximus, superior opinio communior est, & verior.

1248. ¶ Celebratur IV. Capitulum Generale Ordinis Sancti Augustini sub titulo Eremitarum. Eligitur Generalis F. Philippus de Parma. Ita refert Henricus de Vrimaria *in lib.* de Origine Ordinis, ex quo cæteri annalium Ordinis auctores id deprompsere. Notat Romanus *Centuria 9. ad hunc annum.*

1252 ¶ Innocentio IV. apparuisse magnum Augustinum indutum cuculla nigra, accinctumque corrigia, superindutum veste Pontificali; grandi capite, membris exilibus asseruit Romanus *nona Centuria ad annum* 1244. citatque in huius rei confirmationem Aeneam Syluium, Coriolanum, & eiusdem Innocentij priuilegium. Idem ex quibusdam Ordinis Chronicis repetit idem Roma-

nus *prima parte* defensorii *capite octauo, fol. 224. col. 3.*

Inde igitur siue potius ex maxima, qua in Augustinum propendebat animi beneuolentia; Eremitanum Ordinem, quem sub suam iamdudum clientelam receptum habebat, maioribus statuit fauoribus prosequi, decreuitque vt omnes Ordinis Sancti Augustini congregationes, & Prouinciæ, quæ sub diuersis titulis, inuocationibus, & capitibus, obedientijsque degebant; in vnum omnes corpus sub vno Generali capite coalescerent. Vt autem hæc tanti momenti res felicem exitum nancisceretur, protectorem totius Ordinis instituit Dominum Guillielmum titulo Sancti Eustochij Cardinalem, idque *anno millesimo ducentesimo quadringentesimo sexto*, vt testis est Hieronymus Romanus *nona Ordinis Centuria ad eundem annum*, præcepitque vt expeditis per totam Ecclesiam literis ad omnes Sancti Augustini sub quocunque titulo prouincias, & congregationes, Apostolica auctoritate eas omnes ad Generale capitulum conuocaret, in quo totius Ordinis vnio, vnanimi omnium consensu fieret; id tamen propter bellorum tumultus, quibus id temporis Ecclesia Frederici Secundi armis conturbabatur, optatum non potuit finem obtinere: Postea tamen anno millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo

cundo, idem Guillielmus iussu eiusdem Innocentij Bononiæ, vbi tunc agebat, ex congregationibus Italiæ generale Capitulum congregauit; quod quintum ordine capitulum enumeratur. In eo autem desideratam vnionem auctoritate Apostolica faustè in Italia inchoauit, adiunxitque cæteras Ordinis congregationes ad præcipuum, & primarium illum ordinem, qui sub titulo Eremitarum S. Augustini vsque à primis religionis incunabulis in Ecclesia permansit, & ex quo cæteræ Prouinciæ, & congregationes omnes, veluti riuulorum deductiones, ex copiosissimo flumine dimanarunt.

Qua inchoata vnione, in Italia tamen iam absoluta, eligitur Generalis felicissimis auspiciis F. Lanfrancus Mediolanensis. Huius vnionis mentionem faciunt B. Iordanus *lib.* 1. de vitis fratrum *cap.* 14. & D. Antonin. *3. p. historia-tit.* 24 *c.* 14. §. 5. Vterq; se vidisse affirmat Bullam originalem, qua Innocentius Ordinem sic vnitum pluribus & priuilegiis communiuit, & fauoribus locupletauit. Et ante eos eiusdem vnionis, & Generalis capituli meminit Aegidius Romanus in suo vitæ Eremitarum *summario, siue Compendio*, affirmatque Lanfrancum in eo capitulo nondum fuisse totius Ordinis Generalissimum: quando nimirum Innocentius inceptam in Italia vnionem in cæteris mundi partibus absoluere

morte præuentus non potuit. Denique vnionis in Italia inchoatæ per Innocentium IV. ministerio Guillielmi Cardinalis meminerunt Henricus de Vrimaria, Coriolanus, Episcopus Signinus, Romanus, & si qui sunt alij Ordinis scriptores. Vide Romanum 9. *Centuria ordinis ad annum* 1252.

1252 ¶ Eodem anno jussu eiusdem Innocentij IV. commissa est cura quibusdam Fratribus Theologiæ peritissimis edendi communes Ordini constitutiones: quia vt diximus, totum Ordinem vni Generali capiti addicere decreuerat. Eas Præfati magistri summa cum diligentia composuerunt, testibus Diuo Antonino *tertia parte, titulo* 24. *capite decimo quarto* §. *septimo*. & ante eum B. Iordano *libro secundo* de vitis fratrum *capite decimo quarto folio* 123. *pagina* 1. quæ postea tempore Beatæ memoriæ Fratris Clementis Prioris Generalis emendatæ fuerunt, & in aptiorem formam redactæ, ac tandem in Capitulo Viterbi *anno Domini* 1284. celebrato fuerunt in lucem primùm productæ, teste Beato Iordano *loco citato*.

1252. ¶ Hoc eodem anno Lanfrancus Generalis electus, misit in Angliam Fratrem Guillielmum Senglianum Magistrum Theologũ, vt illius Prouinciæ monasteria cuncta perlustraret: Florebat enim in Anglia id temporis

poris Eremitanus Ordo. Locupletissimè huius missionis testimoniū reddit Colbius nobilis auctor in suis Collectaneis, ex quo id retulit Roman. *li.* 2. hist. S. Aug. *cap.* 5. *fol.* 99. *col.* 4.
1252. ¶ Innocentius IV. facta ordinis vnione, multis eum fauoribus, & priuilegijs locupletauit, sicut refert Coriolanus in suis Chronicis: & breue quoddam Chronicum ad finē constitutionum Seripandi positum, Romanus Centuria 9. ad hunc annum.

Hoc enim *anno, tertio nonas Augusti,* die nimirum tertia eiusdem mensis anno 10. sui Pontificatus concessit Fratribus Ordinis, vt possent vbiq; terrarum monasteria ædificare: habetur bulla *in lib.* Priuilegiorum S. Augustini *fol.* 1.

Declarauit modum, formamq; professionis, vt scilicet fieret professio promissa obedientia Patri Generali Ordinis Eremitarum S. Augustini: antea enim Eremitarum nomen obticebat, vt optime aduertit Romanus *nona centuria ad istum annum.* Et inde nonnulli dixerunt hanc Eremitarum Sancti Augustini titulum ab Innocentio III. primùm fuisse nobis concessum, quod tamen esse falsum ex dictis patet: illum enim habemus à tempore Leonis primi: renouauit igitur formam professionis, adiecto antiquo Eremitarum Sancti Augustini titulo.

Statuit eodem anno vt Generalis electus à Sede Apostolica confirmationem peteret,

Bulla expedita *die* 15. *Aprilis.* Plura alia concessit, quæ breuitatis gratia prætermittimus.

1253. ¶ Hoc anno Innocentius quartus concessit Prioribus Ordinis, vt Apostatas ab Ordine deficientes, aut rebelles excommunicare, capere, & ligare, & in carcerem conijcere valerent. Bulla expedita fuit 5. *Kalen. Mart.* Die *nimirum* 27. Aprilis, anno II. Pontificatus, qui fuit *annus* 1253. Habetur *in lib.* priuilegiorum Ordinis.

1254. ¶ Hoc anno idem Innocentius multa Ordinis priuilegia, & immunitates est elargitus. Habetur Bulla *in lib.* priuilegiorum *fol.* 30. & *in lib.* cui Munimenta Ordinum, siue Mare magnum inscriptio est, in magno mari Eremitarum *fol.* 246. *pag.* 2. Seruatur autem authenticum hoc instrumentum in archiuio nostro Romano, & in archiuio Burgensi, atque in archiuio monasterij de ducennas teste Romano *nona Centuria ad annum* 1245. De hac Bulla plura dicenda sunt *lib.* 7.

1254. ¶ Hoc ipso anno vita defecit Guilliellmum Cardinalem primum Ordinis protectorem. Loco illius sufficitur Richardus Cardinalis IV. Sancti Angeli.

Is excitata inter fratres, ex diuersis congregationibus coaceruatis contentione circa formam habitus; statuit vt omne

fratres vterentur habitu, qui in ordine sub tt. Eremitarum gestari semper consueuerat. Cuius res Ordinis Annales mentionem faciunt, & extat in tabulario Olysipponensi authentica Bulla, quam nos oportuniori loco *lib*. 7. fideliter referemus.

1255 ¶ Alexander IV. Summus Pontifex electus coronatur die natalis Domini, quæ initiũ dedit anno salutis 1255. migrat autem è vita *anno Domini* 1261. Die Maij 25.

Is Pontifex singulis annis à sua coronatione vsque ad vltimum vitæ Eremitarum, ordinem varijs auxit priuilegijs, & fauoribus: testis est Coriolanus, qui in suis Chronicis affirmat se viginti quatuor Bullas eiusdem Alexandri vidisse ad Eremitanum Ordinem specialiter directas. Plura refert Romanus *secunda centuria Ordinis ab anno millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto*, vsque *ad annum* 1267. Nos aliquot opportunius *lib*. 7. referemus, cum Ordinis Eremitani approbationem ante vnionem contra aduersarios confirmabimus.

D. Augustinum in visu apparuisse Alexandro IV. vestitum Pontificalibus vestimẽtis, subtusque indutum cuculla nigra, accinctumq; corrigia, grandi capite, membris autem exilibus; latè excitatis auctoribus fide dignissimis ostendimus superius in *capite secundo* huius

libri testimonio vltimo. Cognito autem huius visionis Sacramento, vnionem, coadunationemq; diuisæ religionis significante, Alexander cæpit de amplificando, augendoque Eremitano Ordine cogitare: statuitq; ordinis coadunationem, siue vnionem ab Innocentio IV. in Italia iam inchoatam in toto terrarum orbe perficere: eamq; perfecit dum cæteras omnes ordinis S. Augustini congregationes sub diuersis titulis, obedientiisque dispersas, ad ordinem, qui sub titulo Eremitarum semper in Ecclesia perdurauit, annexuit, & (vt cum iure prudentibus dicam) incorporauit: quemadmodum liquido constat ex Bulla vnionis, quam idem Alexander solenniter expediuit, de qua latius agemus inferius. Huius totius ordinis vnionis mentionem facit Aegidius *in suo Compendio* vitæ Eremitarum, à quo alij scriptores ordinis historiam acceperunt cum D. Antonin. *3. p. tt. 24. cap.* 14. §. 3. in fine, & referunt eam Gondisaluus Illescas *lib.* 5. historiæ Pontificalis *in vita Alexandri IV.* Aeneas Syluius *in suis* virorum illustrium *exemplis,* Hieronymus Plato *lib.* 2. de Bono statu religiosi *cap* 22. in quo consentientes sunt nobiscum vel ipsi aduersarij, quamuis de modo vnionis sit inter nos, illosque dissensio, de qua in *hoc quinto libro* inferius.

Quo tamen anno hæc Ordinis vnio sit confecta: non est vnanimis inter Scriptores,

histo-

istoricosque consensio: nam quod illa facta
ierit *anno Domini* 1256. asserit Hieronymus
omanus *in 9. Ordinis Centuria* ad eundem an-
im fere ad finem. Cui multi subscribunt,
itque sententia Iosephi Pamphili Episcopi
gnini *in suis chronicis fol.* 24. Quæ opinio satis
detur confirmari ex bulla quadam eiusdem
lexandri, quæ in mari magno Xisti 4. refer-
r *in lib.* priuilegiorum ordinis *fol.* 24. *pag* 2.
iæ expedita fuit, 10. *Kal. Maij*, hoc est 20. *die*
rilis; Pontificatus autem *anno* 30. qui fuit *an-*
s Christi 1257. Quæ bulla post factam vnio-
em data fuit, vt patet ex illis verbis. *Antequam*
etis in vnum religionis corpus de mandato nostro
lacti.

Alij tamen volunt vnionem istam fuisse fa-
am *anno Domini* 1258. *die* 9. *Aprilis*; quæ est
mmunior opinio. Eam probauit Ægidius in
o Compendio vitæ Eremitarum *in fine*, &
st eum *liber quidam Antiquus*, cui titulus est
Ordinis. Seruatur in communi religionis ar-
iuio. Eam probat Gondisaluus Illescas
5. historiæ Pontificalis *in vita Alex.* 4. addunt
men eam factam esse anno 2. Pontificatus
isdem Alexandri, quasi velint Alexandrum
anno Domini 1257. ascendisse Petri Cathe-
am. Et in hoc positus est status controuer-
: & enim si Alex. IV. creatur Summus Pon-
ex *anno Domini* 1255. quæ communis est hi-
ricorum sententia, vnio ista facta fuit *anno*

1756. Porro si creatur *anno Domini* 1257. facta fuit *anno Christi* 1258. Quæ sententia sit verior? ad nostrum institutum nihil refert.

Hoc igitur vnionis anno, siue ille fuerit *annus* 1256. siue 1258. Bononiæ Apostolica auctoritate celebratum fuit totius ordinis generale capitulum, quod ordinis sub titulo Eremitarum S. Augustini fuit ordine Sextum. Porro congregationis Ioannis Boni fuit S. ordine, vt ex ijs, quæ superius in hac Chronologia retulimus, liquido patere potest.

Solet hoc capitulum dici per 1. ordinis, quia nimirum fuit primum (vt ita vocem) generalissimum totius ordinis per totam Ecclesiam dispersi vt doctè aduertit Ægidius in *præcitato* summario.

In hoc capitulo iterum eligitur frater Lanfrancus Mediolanensis, fitque totius ordinis prior generalissimus.

1264. ¶ Mortuo Lanfranco generali totius familiæ Eremitanæ, auctoritate Summi Pontificis Vrbani IV. toti ordini præficitur generalis frater Guido de Stagio, prouinciç Senensis, qui rexit ordinem annos quatuor. *liber* qui inscribitur *Res ordinis*, Roman. *Centuria* 9. sub Vrbano 4. Summo Pontifice vixit, qui ordinem multis ditauit priuilegijs

1268. ¶ Hoc anno 12. *die Maij* Pontificia auctoritate suscepit totius ordinis gubernacula factus

factus generalis prior, Beatus Clemens de Auximo, qui claruit miraculis: præpositus fuit ordini auctoritate Clementis Quarti, qui eisdem temporibus Vicarius Christi Ecclesiam gubernauit. Ordinem etiam multis gratijs decorauit, vt patet ex libro, qui dicitur Mare magnum. Ita liber ille, qui appellatur Res ordinis, Romanus *Centuria nona ad hunc annum.*

1274. ¶ Hoc anno Molariæ cogitur capitulum generalissimum renunciante fratre Clemente, fit generalis frater Franciscus de Rogio. Res ordinis, Romanus dicta *Centuria 9. ad hunc annum.*

Celebratur capitulum hoc sub Gregorio X. qui ordinem in Concilio Lugdunensi denuo approbauit *in cap. Vnica §. sane de religiosis domibus in 6.*

1275. ¶ Molariæ fit capitulum propter constitutiones.

1276. ¶ Tuderti fit capitulum, Francisco de regio generali.

1277. Viterbij fit generalissimum concilium eligitur generalis idem frater Franciscus de Regio.

1281. ¶ Parauij fit generalissimum Capitulum. Eligitur idem.

1284. ¶ In vrbe veteri fit capitulum generalissimum, eligitur Frater Clemens de Auximo.

1287. ¶ Florentiæ congregatur generalissimum capitulum, eligitur idem Clemens pro alio triennio.

1290. ¶ Ratisbonæ cap. generale, eligitur idem.

1292. ¶ Romæ capitulum generale Eligitur M. Egidius Romanus.

1295. ¶ Capitulum Senense. fit generalis frater Simon Pistoriensis.

1298. ¶ Mediolanense capitulum: eligitur frater Augustinus Nouellus.

1300. ¶ Neapolitanum capitulum. Præficitur frater Franciscus de Monte Rubiano.

1303. ¶ Capitulum Perusinum. Generalis Augustinus Nouellus, qui obijt miraculis clarus.

1306. ¶ Capitulum Bononiæ, Generalis frater Franciscus de monte Rubio

1308. ¶ Capitulum Genuæ. Generalis Iacobus de orto.

1311. ¶ Capitulum Viterbiense: Generalis frater Alexander de S. Elpidio.

1315. ¶ Capitulum Parauij. Generalis idem.

1318. ¶ Capitulum Ariminij. Generalis idem.

1321. ¶ Gapitulum Taruisij. Generalis idem.

1324. ¶ Capitulum in monte Pelusano. Generalis idem.

1326. ¶ Capitulum Florentiæ. Generalis Guillielmus de Cremona.

1329 ¶ Capitulum Parisiense. Generalis idem.

1332.

2. ¶ Capitulum Venetijs Generalis idem.
5 ¶ Capitulum Grassæ. Generalis idem.
¶ Capitulum Seni. Generalis idem.
3. ¶ Capitulum Mediolani. Generalis Fr. Dionysius de Mutiua.
5. ¶ Capitulum Parisijs. Generalis Frater Thomas de Argentina.
8. ¶ Capitulum Papiæ Generalis idem.
1. ¶ Capitulum Basileæ. Generalis idem.
4. ¶ Capitulum Perusiæ. Generalis idem.
7. ¶ Capitulum in Monte Pesulano. Generalis Magister Gregorius de Arimino.
8. ¶ Capitulum Pathauij. Generalis Fr. Machæus de Asculo.
. ¶ Capitulum Vrenense. Generalis idem.
. ¶ Capitulum Senis. Generalis idem.
. ¶ Capitulum Auinione Generalis Fr. Hugotinus. Vrbeuetanus.
. ¶ Capitulum Florentiæ. Generalis Guido de Belreguardo.
. ¶ Capitulum Coloniæ. Generalis idem.
. ¶ Capitulum Verone. Generalis. Fr. Bonaentura Patauius.
.. Capitulum Stridonij. Generalis frater artholomæus Venetus.
. ¶ Capitulum Immolæ. Generalis idem.
. Capitulum Herbipoli. Generalis idem.
..Cap. Arimini. Generalis idem.
.Cap Monach. in Bauaria, Generalis idē.
1394

1400 Capitulum Aquilæ. generalis Nicolaus de Cassia.
1403 Capitulum Vnghinghen in Prouincia Sueuiæ, Generalis Simon de Tuderto.
1408 Cap. Ferrariæ Generalis idem.
1412. Capit. Romæ. Generalis M. Petrus de Vena.
1415. Cap. Auinione. Generalis idem.
1419. Cap. Astense. Generalis B. Augustinus Romanus.
1425. Cap. Bononiæ. Gen. idem.
1430. Capit. in Monte Pessulano. Generalis idem.
1431. Auctoritate Apostolica fit Vicarius. generalis M. Gerardus Ariminensis.
1434. Cap. Mantuæ. Gen. idem.
1438. Capitulum Ferrariæ. Generalis idem.
1439 Capitulum Perusiæ. gen. idem.
1443. Cap. Senis. gen. Gerardus de Senis qui renunciat, & fit Iulianus de Salem.
1447. Capitulum Biturigis in Francia. generalis idem.
1451 Cap. Ferrariæ. Generalis idem.
1459. Capitulum Florent. Gen. Magister Alexander de Saxoferrato.
1460. Capit. Senis. Gen. M. Guillielmus Bechins.
1465. Cap. Apamiæ in Gallia Gen. idem.

1469.Cap. Perusij.Generalis idem.

1470. Cap.Bononiæ.generalis Iacobus Aquilanus.

1477.Cap.Romæ.Generalis Fr.Ambr.Coriolanus.

1483.Capitulum Perusiæ.Generalis idem.

1485. Mortuo Coriolano præficitur Vicarius Generalis Frater Anselmus de monte falconio.

1486.Cap.Senis.Gener idem.

1491.Cap.Romæ.Generalis.idem.

1497.Cap.Romæ. Generalis Magister Marianus de Geneſtano.

1498.Mortuo Mariano perficitur Vicarius M. Gratianus fulginus.

1501.Capitulum firmi. Generalis idem.

1504. Mortuo Gratiano præficitur Vicarius Aug.Interanensis.

1505. Capitulum Perusiæ. Generalis idem.

506. Mortuo Augustino Interanensi fit Vicarius Generalis Aegidius Viterbiensis.

1507.Cap.Neapoli Generalis idem.

1511.Cap.Viterbi.Gen. idem.

1515.Cap.Arimini.Generalis idem.

1118. Aegydius Viterbiensis creatur Cardinalis:fit Vicarius Generalis Gabriel Venetus.

1519.Cap.Venetijs.Generalis idem.

1526.Cap. Tarinsi Generalis idem.

1533. Capitulum Paduæ. Generalis idem.
1538. Capitulum Verone. Generalis Ioan. Antonius Teatinus, eo mortuo eodem anno præficitur Vicarius M. Hieronymus Seripandus.
1536. Cap. Neapoli. Generalis idem.
1543. Cap. Romæ. Gen. idem.
1547. Capitulum Recanatii idem cōfirmatur.
1551. Bononiæ renunciante Seripando, eligitur Generalis Christophorus Patauinus.
1555. Capitulum Arimini Generalis idem.
1559. Cap. Venetijs. Generalis idem.
1564. Capitulum Mediolani. Generalis idem.
1568. Cap. Pataui. Generalis idem.
1570. Capit. Perusiæ fit Generalis Magister Thadæus Perusinus.
1575. Cap. Romæ confirmatur idem.
1581. Cap. Bononiæ. Generalis M. Franciscus Recanatensis, obijt eodem anno, fit Vicarius Gen. auct. Apostolica M. Augustinus de Feuissano sacrista.
1582. Cap. Romæ. Generalis M. spiritus Vincentinus.
1586. Cap. Romæ. Gen. M. Greg. Elparensis, postea Cardinalis.
1590. Capitulum Romæ Generalis M. Andræas Ferusanus.
1597. cap. Romæ G. S. Hyppolit. Rauenas.
1614 cap. Romæ G. Fr. Ioan. Baptista de aste.
1611. ca. Ro. G. Fr. Nicolaus à sancto Angelo.

1619

1617. Romæ celebratur Cap. creatur. Generalis Fr. Fulgentius à monte Georgio.

1625. Romæ celebratur cap. creatur Generalis F. Hieronym. Gerthi Romanus, quem nunc Ordinem gubernantem, Deus sibi & Ordini vniuerso, incolumem seruare dignetur.

CAPVT V.

Confirmatur adhuc perennitas Ordinis Eremitani in Africa ab Augustino instituti ex eo quod à tempore, cuius initij memoria non extat, idem Ordo sub eodem nomine, titulo, instituto, & habitu in varijs, atque inter se remotissimis Orbis partibus floruit.

ORdinis Eremitarum ab Augustino parente vsq; ad nostra tempora deriuata continuatio non leuiter (ni fallor) ex eo adhuc cõfirmatur; quod idem Ordo sub eodem titulo, nomine, & instituto, imo etiam sub eodẽ extat memoria nõ ferè habitu à tẽpore cuius initij nõ vna in regione, nec vno tempore, sed in locis interse longissimè dissitis, omnibusque adeò in mundi plagis semper floruerit. Qui vnanimus diuersorum temporum, atq; regionum consensus vnam Ordinis institutionem, & originem ab vno capite, principioue acceptam morali quadam efficacitate demõstrat. Nam ex eadem vbiq; locorum, singularumque ætatum, ac temporum cõtinuata cõsensione, Catholici omnes contra hæreticos non infir-

mum, sed validissimum teximus argumentum ad apostolicas, diuinasque traditiones non solum recipiendas; sed etiam contra aduersarios confirmandas, tanquam à Christo Domino traditas, & acceptas. Quæ fuit communis, & recepta Augustini doctrina, qui idem Aug. Apostolicæ Sedis primatũ esse à Christo putat esse efficacissimè demonstratum, ex perpetuâ ab Apostolis vsque ad nostra tempora succedentium sibimet Episcoporum serie, & populorum omnium consensione, vt constat *ex lib.* contra epistolam firmamenti *cap. quarto*, & de Vtilitate credendi ad Honorium *cap.* 17. *& lib.* 11. contra Faustum *cap. secundo.* Nec enim fieri moraliter posset, vt tam conspirante omnium temporum, cunctarumque gentium, & locorum consensione seruarentur, nisi ab vno Christo Domino per Apostolos acceptæ forent, & in Ecclesia fideliter conseruatæ. Quare cum similiter videamus Eremitarum Ordinem, & institutum in Italia, in Hispania, in Gallia, imo in Aethiopia, cæterisque exurgentis, & occumbentis Solis partibus, & alijs mundi plagis, nullo fere inter se commercio sociatis, sub eadem regula, sub eodem ferè habitu cũ corrigia, sub eodẽ deniq; instituto summa religione retineri: profecto si rem syncera iudicij trutina ponderauerimus non poterimus, non habere pro comperto, Ordinem per vniuersum orbem à tempore i-
nitij

nitij apud hominum recordationem expertè dispersum, ab vno Augustino tanquam ab auctore habuisse principium, originemq; traxisse; sed institutum persequamur.

Vastata igitur impijs Vandalorum armis Africa vniuersa fœdatisque templis, ac Monasterijs (vt omnes temporum Annales narrant) Ordinem ab Augustino in Africa institutum fuisse dissipatum, ac per varias mundi partes dispersum; iam supra ostendimus, ex communi omnium historicorum consensu. Sed eò magis hæc veritas elucebit, quò clarius (summatim tamen) in singulis mundi plagis; ad quas est Eremitanus Ordo eius vi tempestatis appulsus; ipsius antiquitatem explicauerimus. Cuius veritatis comprobatio tota sita est in fide Chronicorum, quam esse pergrandé *l.*1. iã ꝓ cõperto posuimus, imo verò ostẽdim⁹.

Expulsis igitur ex Africa Eremitanis fratribus nõnullos ad Italiã venisse, ac partes Thusciæ tenuisse, refert D. Anton. 3. *p. hist. tt.* 24. *cap.* 14. §. 30. cuius *articulo* 3. cuius verba *articulo* 3. transcripsimus. Ijsdẽ ferè verbis idẽ affirmat B. Iordanus *li.*1. de vitis fratrũ *ca.*14. Consentiunt Sabellius, Illescas, Thomas Trugillus, Alfonsus Villegas, Hieronymus Platus, Coriolanus, Bergomensis, Alouisianus, Episcopus Signinus, Hieron. Romanus: omnes deniq; qui de hac re aliquid literarum custodiæ mandauerunt, vt suprà *art.* 3. latè deduximus.

Id quod etiam ex eo ostenditur; quoniam Innocent. Primus *anno* 406. *omnibus Eremitis, tam in Africa* commorantibus, quàm degentibus in Italia in monte Pisano atque in Centumcellis, vt sub regula Augustini viuerent. Vnde patet Ordinem Eremitarum in Italia in præcitatis locis floruisse Augustino adhuc viuente, ad quos tanquã ad veros sub eodẽ Patre Fratres complures ex Africa traiecisse non potest esse dubium. Vnde *anno salutis* 464. Ordo Eremitanus non parum incrementi suscepit in Italia à Sancto Seuerino, qui eiusdem Ordinis in Monasterio montis Pisani alumnus vita, & sanctitate floruit. *Anno* 500. Sanctus. Fulgentius Eremitani instituti, compluresque eiusdem instituti Monachi corpus Sancti Augustini in Sardiniam delatum vsque ad *annum* 722. maxima cum veneratione colunt, & obseruant. *Anno* 723. ab Luitprando Rege Papiensi, & nonnullis alijs in locis ædificata fuerunt Ordinis Monasteria. *Anno* 853. in Lombardia stabat Monasterium Cremonense. *Anno* 1008. permanebat monasterium Sancti Marci Mediolanense. In Prouincia Allobrogensi, quæ Sabaudia, vulgo Sauoye hodie dicitur, construitur Monasterium Sancti Mauritij ante *annum* 1014. Porrò *anno* 1089. Venetijs combustum est Monasterium Ordinis *anno vero* 1100. ædificatur mo-

sterium

nasteriũ S. Mariæ de populo. *Anno* 1118. Ferrariæ stabat Monasteriũ Ordinis Sãcti Andreæ. *Anno* 1140. iam fuerat erectum monasterium Ariminense. deniq; ab *anno* 1164. longè ante Innocentium Tertium floruit ioannes Bonus, & ordo in plures Prouincias, congregationesq; distractus fuit. Itaq; permansit vsq; ad *annum* 1258. in quo per Alexandrum IV. completa est vnio totius ordinis. Hæc omnia ex Chronologia in superiori artic. posita, non obscurè patent.

Illa etiam Fratrum ex Africa dispersorum alluuione facta, plures eorum tenuisse Galliam, constat ex ijs, quæ de Roricio Episcopo Lemouicensi diximus ad *annum* 500. & de Launonirico Carnotensi: de Sancto Germano Episcopo Parisiensi, de S. Columbano, & Sancto Gallo diximus ad *annos* 504. 577. & 590. Et præterea ex ijs, quæ de Monasterio Sancti Mauritij retulimus ad *annum* 796. atque etiam de Monasterio, quod apud Montẽpessulanũ cõstruxit *an. domini* 900. Ex alio etiã quod *annò* 1000. consequenter construitur in oppido Lugdunensi quod sua vetustate, & & antiquitate ferè dirutum instaurat B. Guillielmus. Et circa *annum* 1026. ordo Grandimontensis in Gallia ex Ordine Eremitarum profluxit: Denique id persuadetur, atque demonstratur ex instauratione ordinis, quam B. Guillelmus fecit in Gallia auctoritate Ana-

stasij Quarti, & Adriani Quarti Summorum Pontificum, à quo tempore in Gallia vsque ad nostram hanc tempestatem idem ordo perpetuo floruit.

In Hispaniam etiam appulisse Fratres Eremitas ad *annum* fere.500 paucis post Vandalicam vastitatem annis; testis est Donatus cum suis 70. Monachis, qui monasterium Seruitanum in Hispania ædificarunt. Testis etiam est Eutropius in monasterio Seruitano, Ordinis Eremitani enutritus, & altus, *anno* 600.

Circa *annum* 620 Arthuagus Gothus filius regis Ricaredi habitum Ordinis suscepit; & post eum Frater Aethinodus *anno* 710. Ac deinceps in Hispania perstitit Ordo vsque ad *annum* 1017. In monasterio Burgensi, & vsque ad *annum* 1065. in monasterio Naldensi: apud Lusitaniam Fratres Eremitani ab *anno* 1109. in perpetua Ordinis constantia perseuerant vsque ad annum 1140.1226.1244. Inde vsque ad nostra tempora: Denique eremitanos esse inter religiosos in Hispania primogenitos, vt qui primi omnium monachalem vitam in Hispaniam detulerint; ex testimonio Sancti Ildelfonsi Hispalensis Archiepiscopi supra ostendimus ad *annum* 500.

Ad Angliam traiecisse etiam Eremitanos Fratres, suadet Iodocus Regis Vngariæ filius, qui *anno Domini* 655. Ordinem Eremitarum ele-

elegit. Historia etiam Egilberti Archiepiſcopi, de qua *art. ſuperiori*, ſatis patefacit Ordinem Eremitarum florere in Anglia circa *annum* 1058.

Denique Eremitas Sancti Auguſtini illam ex Africa repulſam paſſos, in Æthiopiam deueniſſe; probat id, quod in deſcribenda ſua hiſtoria memoriæ prodidit, Antonius Sabellius Enneadis 7. *lib.* 9 *pag.* 308. vbi inter alia, quæ de familia Eremitana S. Auguſtini ſcribit, hæc verba adiecit: *Et hæc Eremitani Ordinis lumina non terris vnis, nec vnico tempore ad noſtram vſque memoriam claruere. His paucis annis, quibus hæc commentabamur, peregrè in Italiam delati ſunt Eremitanæ obſeruationis quidam ex ea AEthiopia, quæ eſt ſupra AEgyptum: hi Romanum longo commercio ſermonum adepti magnum dixere initiatorum numerum nominis huius eſſe in terra vnde profecti eſſent, conuentuſque plurimos, quorum certus iniri non poſſet numerus, in tanta terrarum vaſtitate. Quæ eò mihi veriora videntur, quò ex Lybia, vbi is pietatis cultus ortus eſt, facilius potuit in eam terram, quæ locorũ propinquitate agnata illi eſt, quàm in remotiores oras penetrare, cum Vandalorum iniuriam ab initio declinauit.* Hæc Sabellius.

Cuius teſtimonium corroborari poteſt auctoritate Ioannis Boerii in *tract.* de trib⁹ mũdi partibus, aſſerentis Erem. Ordiné in Æthiopia plurimũ effloreſcere. Quẽ auctoré citat Hiero-

ronymus Romanus *lib.* 2. Historiæ S. Augustini *cap.* 5. *fol.* 99. *col.* 2. in principio, & *Centuria* 2. *ad annum* 503.

Accedat etiam in huius rei confirmationem grauissimum testimonium Ambrosij Coriolani, quondam totius Ordinis generalis, qui in 2. *p.* Chronicorum inter alios ordinis fratres sanctitate florentes, enumerat Agathonem quendam ex India Orientali; eam fortassis ob causam, quia in antiquis Ordinis Chronicis, de eo scriptum aliquid reperit.

Nam & in communi totius ordinis registro inter cæteras ordinis Prouincias recensetur Prouincia Aethiopiæ, cuius nonnulli referuntur Conuentus in hæc verba: *Nonnulli Conuentus in AEthiopia, Alleluia, Sciova, Cosquan, Macanaselag, Conconci, Anzorbi, da mut, Tamben, Aberghelei, Tra, Arctulo, Mugher, Marabetur, dantia, Læthiopia, dabrahan, debri, lebanos, dimi, oreb, Abesghei, Tegrevuagh, sere, senafi, sabel, donconci, benghender, dara.* Numerus *istorum* 28. *sunt in Æthiopia plusquam quadringenti Conuentus, & sunt nonnulli fermè quadraginta in quibus habitant ducenti fratres, quinquaginta, quadraginta, triginta &c. Presbyter Ioannes Rex caput omnium religionum est, & ipse omnibus victum præbet: donat etiam illis agros, & possessiones, vt viuant.* Hæc omnia ad literam habentur in registro Ordinis, quæ ex eo fideliter desumpsit Illustrissimus Dominus

ele-

Frater Augustinus de Iesu Bracharensis Hispaniarum primas, dum Romæ ageret negotia nostræ Prouinciæ Lusitanæ *anno Domini* 1575. anno Iubilei, eaque ad literam inter cætera describi fecit in registro communi huius Prouinciæ Lusitaniæ, cui prior Prouincialis tunc præfectus erat; postea Generalis dignissimus, vnde est ad Bracharensem archiepiscopatum auulsus.

Non silebo tacitus id, quod frater Ioannes de S. Ioseph huius Lusitaniæ Prouinciæ alumnus, in suis annotationibus manu scriptis scriptum reliquit. Testatur enim ac fidem suam obligat *anno Domini* 1541. ex partibus Æthiopiæ in Lusitaniam nostram venisse religiosum quendam AEthiopem, qui in habitu Ordinis indutus, se ex numero, & Ordine Eremitarum S. Augustini profitebatur, & ad Ordinis monasteria, dum ad D. Iacobum pergeret, semper diuertebat. Cuius famulus secularis eiusdem etiam nationis, & Prouinciæ sæpe quæsitus, affirmauit in AEthiopia quamplurima esse huius Eremitani Ordinis monasteria, diuitijs, ac redditibus annuis opulentissima.

His omnibus addere nō omittemus quod de innumeris Armeniæ monasterijs protulit testimonium quidam Armeniæ Archiepiscopus, vir fide dignissimus, *anno Domini* 1594. apud Madritum. Is cuidam Ere-

mitani Ordinis religioso viro propter vitæ sanctimoniam, sanguinis claritatem, auctoritatemq; dignitatis omni fide dignissimo, apud Regem tractandis Ordinis negotijs operam danti, in congressu familiari data fide sæpissimè asseruit, fratres Ordinis Eremitarum Sancti Augustini sub eodem titulo, ac simili habitu in partibus Armeniæ plurimum florere; habitare tamen in eremis, ac desertis ab hominũ consortio locis. Id quod etiam affirmabat de Fratribus Ordinis Sancti Basilij, & Sancti Antonij Abbatis; quos tres Ordines in illis partibus pro antiquissimis haberi prædicabat, longoque post eos tempore Prædicatorum, & Minorum ordines in easdem partes appulisse, haberique inter ordines longè recentiores.

Cum igitur Eremitanum Ordinem post vastatam Africam, vbique terrarum fusum, ac dispersum inueniamus: Cum etiam permultis ab hinc seculis sub Augustiniano nomine in Ecclesia Dei florens, in varijs orbis partibus varia sit incrementa, & imminutiones passus: non dubium, quin hoc esse debeat efficacissimo argumento, illum ab Augustini fonte ad nostram vsque memoriam fuisse deductum.

CAP.

CAPVT VI.

Superior ratio deducta ex continuata Eremitani Ordinis ab Augustino serie, amplius adhuc rationibus iuridicis confirmatur.

ARgumentum, quod in duobus præcedentibus articulis latè effudimus ex perpetua, rata, & continente ab Augustino vsq; ad nostram memoriam constantia ordinis, potest adhuc ex iuris regulis corroborari, vt inde constet quàm sit iuri consona, ea, quæ est hactenus effecta probatio: nam iuxta iuris regulam cunctis probatã: identitas rei durare præsumitur, nisi contrarium probetur, ita vt quod olim fuit, præsumatur hodie etiam esse, nisi de mutatione constet. Hanc regulam tradit Baldus in *l. Ex persona n.2. l. de probationibus,* quam latè exornat Mascardus 1. *vol. concl.* 873. & 2. *vol. concl.* 1082. maxime si hæc identitas, deductioque ab eodem principio fama publica cõmuni vulgi, ac gentium opinione iuuetur: identitas enim rei per famam, communemque populi existimationem satis iuridicè probatur iuxta doctrinam Baldi *cons.* 263. *& cons.* 265. *vol.* 2. quẽ sequitur Ruinus *cons.* 50. *à n.* 16. *vol.* 1. cum aliis citatis à Mascardo, qui eã dicit esse communem *vol.* 1. *concl.* 874. *n.* 9. quo loco *n.* 10 id vs-

id vsque adeò protendit, & ampliat, vt sola fama in rebus antiquis satis sit ad rei identitatem probandam: siquidem identitas rei in antiquis sola semiplena Probatione, ceu probatione plena probatur in iure, vt docet Socinus *consil.* 89. *num.* 3. *vol.* 1. & Decius *consil.* 109. *num.* 2. Cardinalis *in Clementina* 1. de probationibus *per tex. in cap. Cum causam de probationibus.* Cum igitur ex dictis supra *art.* 4. *&* 5. religionem Eremitanam in Africa ab Augustino institutam esse constet, & præterea ab eo tempore Eremitarum sancti Augustini religio continuato nexu vsque ad nostram memoriam peruenisse ostenderimus, non est dubitandum, sed asserendum potius isthunc, qui modo est, Ordinem Eremitarum eundem esse cum eo, quem ab Augustino in Africa institutum nouimus, ac proinde ab Augustino auctore, suam primam Originem deduxisse. Maximè cum vbique locorum, omnique tempore, & ætate communis populi existimatio, Augustinum eiusdem religionis parentem, & auctorem agnoscat, & id habeat pro traditione verissima, quæ traditio, cum illius non inueniatur initium, non aliunde accipi potuit, quam ab ipsa rei veritate. Id quod de traditionibus Ecclesiasticis, quorum initium nescitur docent communiter Theologi ex Augustini recepta doctrina.

Ex eodem adhuc gentium vbique terrarum

rum habitantium traditione argumentum non leue ex iuris principijs pōtest desumi, quoniam possessio, si est antiqua, maxime si, quod attinet ad principium, hominum memoriam excedit: facit iuridicam tituli præsumptionem iuris & de iure, vt iurisprudentes loquuntur: ita vt probationem in contrarium non admittat, vt certo certius patebit ex ijs, quæ lib. 7. de religionis Eremitanæ approbatione dicemus. Quare cum vbique locorum à tempore, cuius non datur, nec dari potest memoria hominum, hic Eremitanus Ordo, qui nunc viget, nobilitetur titulo Ordinis Sancti Augustini, & pro ordine instituto ab Augustino vbique gentium habeatur: profecto immemorialis huius tituli possessio præsumptionem iuris, & de iure inducit, quod ille idem vere fuerit ab Augustino, ita vt non solum onus probandi contrarium debeat in aduersarios transferri: verum ne ad contrarium quidem probandum, vt maximè vellent admittendi sunt iuxta vulgatas iuris regulas.

Quæ omnia ex eo insuper corroborantur: quoniam consanguinitas præsertim si antiqua est & hominũ memoriam superat per famã plenissimè probatur, vt cõmunis sententia docet, quam latè fundat Mascardus *vol.* 1. *concl.* 411 *à n.* 1. *ad* 6. vbi enim q. docet consanguinitatem etiam probari probatione quadam præsumptiua ex communi nominatione familiæ, ita vt

per-

per communem cognominationem quis constituatur in quasi possessione cõsanguinitatis, atq; familiæ, quę eadem cognominatione fruitur, vt Mascardus in dicta *conc.* 411. *n.* 18. & 16. copiosissimè confirmat omnino vidẽdus, docetq; onus probandi contrarium ratione huius possessionis in aduersarium trãsfundi. Cũ igitur ordo iste Eremitanus, qui nunc est, à tẽpore, cuius iam hominum non extat memoria, communi, vulgi opinione, & existimatione ex familia sit, cognationeuè Augustiniana, eaque titulo Eremitarum ab Augustino in Africa instituta fuit vtique in ea possessione iuris præsumptione cõseruari debet, donec aduersarij: si tamẽ potuerint, oppositum ostendant.

Quare vt rem istam suo iam imposito fastigio concludamus: cum ex immemoriali possessione tituli ordinis S. Augustini, ordo iste pro se habeat præsumptionem iuris, & de iure tot Summorum Pontificum definitionibus confirmatam, communique eorum, qui temporum scribunt Annales, traditione, atque testimonio corroboratam; securi omni atq; fidenter hanc contra aduersarios, quam hactenus deduximus verissimam propositiõẽ cõstituemus: Ordo Eremitarum is ipsissimus, qui nunc est, ab Augustino in Africa institutus est. Contra eam aduersariorum technæ nihil efficient, vt ex sequentibus articulis manifestè patebit.

Capvt VII.

Referũtur diuersæ aduersariorum sententiæ cõtra propositam, atq; confirmatam propositionem, & generalibus quibusdam rationibus omnes simul impugnantur.

STabilitatem satis in articulis præcedentibus propositionem vltimo loco sic cõfirmabimus, si eas, quæ sese in oppositum obijciunt aduersarias sententias, & omnes simul, & singulatim singulas funditus euerterimus; id quod in postremam huius libri partẽ quam diligentissimè præstandum reijcimus.

Porrò aduersarij non in vnam sententiam coeunt, sed inter se etiã dissident, vt solẽt qui à recta linea, quæ vna tantũ potest esse, deflectũt.

Tres igitur inuenio de huiusce, (qui nunc in Ecclesia floret), Eremitani ordinis origine aduersariorum sententias.

Prima est Naucleri, auctorem primum atq; præsentis Eremitani ordinis institutorem nominantis B. Guillielmum Aquitaniæ Ducem, à quo in Gallia fratres Eremitani appellati sũt Guillielmitæ. Qua appellatione iussu Alexãdri IV. repulsa, eiusdẽ Alexãdri auctoritate, Eremitani S. Aug. à tempore generalis vnionis ab anno scilicet salutis. 1258. sunt vocati.

II. fuit sentẽtia cuiusdã Bernardi de Bargas in suo Repertorio, aientis huius religionis I. auctorem fuisse B. Guillielmum Parisiensem.

III. deniq; opinatio quædã similis antecedẽtibus, quam aduersaria pars beneuole probauit; vt inde prærogatiuã sibi arrogaret, quam à neutra præcedentiam opinionum deducere

poterant, suauiter deducerent. Eam probauit Ropertus Holchot *lect.* 95. *In lib.* sapientiæ, & Raphael Volaterranus *lib.* 21. suæ Anthropologiæ: volunt omnes, imo publicè docent, suadentque mulierculis isthunc ordinem ab Alexandro IV. in præcitata ordinis generali vnione *anno* 1258. constituta, tunc primum fuisse in lucem editum, tunc de integro institutum, ipsumque Alexandrum esse huius nostri ordinis Eremitarum auctorem, atque parentem. Comminiscuntur itaque hunc ordinem ab illa vnione & titulum Eremitarum S. Augustini, & habitum, quo vtimur primum acquisiuisse, hauseruntque eam sententiam à Ioanne Andrea *in cap.* quorundam *de elect. in* 6. *& in additione ad gloss. verb. admittantur in cap.* 1. *de religiosis domibus in.* 6. Ex Canonicis regularibus, qui eandem probauerint, non defuerunt.

Has vero nos sententias omnes non solum falsas impugnabimus, sed omni verisimilitudinis specie, fundamentoque destitutas ostendemus.

Quas omnes communiter acceptas priusquam cum singulis singulare ineamus certamen, ex ijs, quæ in superioribus articulis fusissime adduximus, satis superq; impugnatas esse volumus. Quod enim cum veritate commercium habere possunt, illæ hominum opinationes, quæ tot Summorum Pontificum definitionibus apertissimè contradicunt; disce-

dunt

diſceduntque à communi, & vnanimi omnium hiſtoricorum traditione ? Ioannes 22. & Alexan. IV. poſt longam conſultationem definiunt Auguſtinum huius ordinis eſſe veriſſimum caput: Martinus Quintus ſimul cum Gregorio. IX. indicat Auguſtinum eſſe ordinis iſtius fundatorem : Xiſtus IV. agnoſcit Aug. eiuſdem ordinis inſtitutorem, & audiendi adhuc ſunt, qui ordinem Eremitarum ad Guillielmum vel Aquitanicum, vel Pariſienſem, vel denique ad Alexandrum IV. tanquam ad primam illius originem referunt ? Sed ijs iam omiſſis ad ſingulare certamen cum ſingulis deſcendamus: ita enim fiet & impugnatio euidentior, & veritas noſtræ propoſitionis illuſtrior.

CAPVT VIII.

Impugnantur duæ priores ſententiæ Naucleri, & Bernardi de Bargas.

DVas priores ſententias art. præcedenti propoſitas, omne prorſus veritatis ſpecimen exuiſſe videbit quiſquis rem ipſam vel primoribus (vt dicitur) labris deguſtarit. Vnde neutra vllum ſuæ aſſertionis aſſectatorem vnquam habuit, aut habere poterit.

Nam ſententia Naucleri, quæ primam ordinis Eremitani originem ad B. Guillielmum Aquitaniæ ducem reducit, omni fundamento caret: licet enim in eo ſit veriſſima quod B. Guillielmum Aquitanum huius Eremitani

ordinis professorem, & alumnum agnoscit: in eo tamen à veritate longissimè aberrauit, quod illum huius religionis auctorem, institutoremue constituit. Verissima enim omniũ Annalium historia constat B. Guillelmum in hac Eremitarum religione iam permanente suscepisse habitum, in ea altum, atque educatum, inter religionis filios referendum potius, quam agnoscendum parentem. Quomodo enim eam religionem eduxit, cuius lacte altus, disciplinaque institutus agnoscitur? quomodo eam primum fundauit Eremiticam religionem, quam sua iam vetustate antiquatam, & temporum iniuria penè collapsam in Gallia instaurauit, & auxit? quomodo eam primus erexit is, qui Apostolica auctoritate indiguit, vt ab eremis eam, locisque desertis, in quibus inculta iacebat, ad vrbes transferret? potuit sanè eam pro sua libertate, propriaque ac priuata auctoritate in medijs vrbibus primum fundare, si illi primus extitisset institutor, & auctor: siquidem erat id nulla lege cautum. Quare si Apostolica auctoritas fuit opus illi ad hanc translationem legitime faciendam, vt diplomata Pontificia Anastasij IV. & Adriani IV. testantur: profecto ideo opus fuit quia inde vsque à sua prima, longeque antiquiori probatione Eremum, & vastas solitudines ille ordo sibi elegerat incolendas.

Quibus adhuc addimus congregationem illam

illam Guillielmirarum aliam fuisse à congregatione ea, quæ Eremitarum S. Augustini titulum semper conseruauit, vt patet ex pluribus literis Pontificijs, quas proferemus dum de vnione congregationum ad vnum Eremitarum ordinem pertractauerimus: inde enim patebit Guillelmitarum congregationẽ tanquã alterius tituli, & obedientiæ, ad ordinem S. Aug. sub titulo Eremitarum vnitam fuisse: id quod in citato loco hoc ipsum contra Nauclerum sæpius repetemus. Quod, si ita est, quomodo igitur Eremitarum ordinẽ B. Guillielmus primus instituit, si ab eo veluti à fluuio riuulus, sic prodiuit congregatio Guillielmitarum? videnda sunt, quæ diximus de B. Guillielmo supra *art.* 4. in nostra ordinis Chronologia ad *annum* 1140.

Verum hac de re, quæ diximus erunt satis; quandoquidẽ in ea aduersarios habemus nobiscum consentientes, dum institutionem ordinis Eremitani, ordinibus posteris antiquiorem esse nolunt agnoscere.

Iam vero 2. sentẽtia Bernardi de Burgas ineptior est quã vt impugnatione indigeat. Vnde pro se duntaxat habet commemoratũ Bernardũ ignoti nominis hominẽ. Cuius sententia originem Eremitani ordinis referente ad Guillielmũ Parisiensem non opinionẽ quidem, sed insaniam esse magno iure affirmauit Hieronym⁹ Romanus *p.* 1. sui defẽsorij *c.* 6. & 9. vtrobiq; in fine. Guillielmus enim Parisiensis nec mo-

ronymus Romanus *lib.* 2. Historiæ S. Augustini *cap.* 5. *fol.* 99. *col.* 2. in principio, & *Centuria* 2. *ad annum* 503.

Accedat etiam in huius rei confirmationem grauissimum testimonium Ambrosij Coriolani, quondam totius Ordinis generalis, qui in 2. *p.* Chronicorum inter alios ordinis fratres sanctitate florentes, enumerat Agathonem quendam ex India Orientali; eam fortaßsis ob causam, quia in antiquis Ordinis Chronicis, de eo scriptum aliquid reperit.

Nam & in communi totius ordinis registro inter cæteras ordinis Prouincias recensetur Prouincia Aethiopiæ, cuius nonnulli referuntur Conuentus in hæc verba: *Nonnulli Conuentus in AEthiopia, Alleluia, Sciora, Cosquan, Macanaselag, Conconci, Anzorbi, da mut, Tamben, Aberghelei, Tra, Arctulo, Mugher, Marabetur, dantia, Lathiopia, dabrahan, debri, lebanos, dimi, oreb, Abesghei, Tegrevuagh, serè, senafi, sabel, donconci, benghender, dara. Numerus istorum 28. sunt in Æthiopia plusquam quadringenti Conuentus, & sunt nonnulli fermè quadraginta in quibus habitant ducenti fratres, quinquaginta, quadraginta, triginta &c. Presbyter Ioannes Rex caput omnium religionum est, & ipse omnibus victum præbet: donat etiam illis agros, & possesiones, vt viuant.* Hæc omnia ad literam habentur in registro Ordinis, quæ ex eo fideliter desumpsit Illustrissimus Dominus

Frater Augustinus de Iesu Bracharensis Hispaniarum primas, dum Romæ ageret negotia nostræ Prouinciæ Lusitanæ *anno Domini* 1575. anno Iubilei, eaque ad literam inter cætera describi fecit in registro communi huius Prouinciæ Lusitaniæ, cui prior Prouincialis tunc præfectus erat; postea Generalis dignissimus, vnde est ad Bracharensem archiepiscopatum auulsus.

Non silebo tacitus id, quod frater Ioannes de S. Ioseph huius Lusitaniæ Prouinciæ alumnus, in suis annotationibus manu scriptis scriptum reliquit. Testatur enim ac fidem suam obligat *anno Domini* 1541. ex partibus Æthiopiæ in Lusitaniam nostram venisse religiosum quendam AEthiopem, qui in habitu Ordinis indutus, se ex numero, & Ordine Eremitarum S. Augustini profitebatur, & ad Ordinis monasteria, dum ad D. Iacobum pergeret, semper diuertebat. Cuius famulus secularis eiusdem etiam nationis, & Prouinciæ sæpe quæsitus, affirmauit in AEthiopia quamplurima esse huius Eremitani Ordinis monasteria, diuitijs, ac redditibus annuis opulentissima.

His omnibus addere nō omittemus quod de innumeris Armeniæ monasterijs protulit testimonium quidam Armeniæ Archiepiscopus, vir fide dignissimus, *anno Domini* 1594. apud Madritum. Is cuidam Eremita-

mitani Ordinis religioso viro propter vitæ sanctimoniam, sanguinis claritatem, auctoritatemq; dignitatis omni fide dignissimo, apud Regem tractandis Ordinis negotijs operam danti, in congressu familiari data fide sæpissimè asseruit, fratres Ordinis Eremitarum Sancti Augustini sub eodem titulo, ac simili habitu in partibus Armeniæ plurimum florere; habitare tamen in eremis, ac desertis ab hominũ consortio locis. Id quod etiam affirmabat de Fratribus Ordinis Sancti Basilij, & Sancti Antonij Abbatis; quos tres Ordines in illis partibus pro antiquissimis haberi prædicabat, longoque post eos tempore Prædicatorum, & Minorum ordines in easdem partes appulisse, haberique inter ordines longè recentiores.

Cum igitur Eremitanum Ordinem post vastatam Africam, vbique terrarum fusum, ac dispersum inueniamus: Cum etiam permultis ab hinc seculis sub Augustiniano nomine in Ecclesia Dei florens, in varijs orbis partibus varia sit incrementa, & imminutiones passus: non dubium, quin hoc esse debeat efficacissimo argumento, illum ab Augustini fonte ad nostram vsque memoriam fuisse deductum.

CAPVT VI.

Superior ratio deducta ex continuata Eremitani Ordinis ab Augustino serie, amplius adhuc rationibus iuridicis confirmatur.

ARgumentum, quod in duobus praecedentibus articulis latè effudimus ex perpetua, rata, & continente ab Augustino vsq; ad nostram memoriam constantia ordinis, potest adhuc ex iuris regulis corroborari, vt inde constet quàm sit iuri consona, ea, quae est hactenus effecta probatio: nam iuxta iuris regulam cunctis probatā: identitas rei durare praesumitur, nisi contrarium probetur, ita vt quod olim fuit, praesumatur hodie etiam esse, nisi de mutatione constet. Hanc regulam tradit Baldus in *l. Ex persona n. 21. de probationibus,* quam latè exornat Mascardus 1. *vol. concl.* 873. & 2. *vol, concl.* 1082. maxime si haec identitas, deductioque ab eodem principio fama publica cōmuni vulgi, ac gentium opinione iuuetur: identitas enim rei per famam, communemque populi existimationem satis iuridicè probatur iuxta doctrinam Baldi *cons.* 263. *& cons.* 265. *vol.* 2. quē sequitur Ruinus *cons.* 50. *à n.* 16. *vol.* 1. cum aliis citatis à Mascardo, qui eā dicit esse communem *vol.* 1. *concl.* 874. *n.* 9. quo loco *n.* 10 id vs-

id vsque adeò protendit, & ampliat, vt sola fama in rebus antiquis satis sit ad rei identitatem probandam: siquidem identitas rei in antiquis sola semiplena Probatione, ceu probatione plena probatur in iure, vt docet Socinus *consil.*89.*num.*3 *vol.*1. & Decius *consil.* 109. *num.*2. Cardinalis *in Clementina* 1. de probationibus *per tex. in cap. Cum causam de probationibus.* Cum igitur ex dictis supra *art.*4. *&* 5. religionem Eremitanam in Africa ab Augustino institutam esse constet, & præterea ab eo tempore Eremitarum sancti Augustini religio continuato nexu vsque ad nostram memoriam peruenisse ostenderimus, non est dubitandum, sed asserendum potius isthunc, qui modo est, Ordinem Eremitarum eundem esse cum eo, quem ab Augustino in Africa institutum nouimus, ac proinde ab Augustino auctore, suam primam Originem deduxisse. Maximè cum vbique locorum, omnique tempore, & ætate communis populi existimatio, Augustinum eiusdem religionis parentem, & auctorem agnoscat, & id habeat pro traditione verissima, quæ traditio, cum illius non inueniatur initium, non aliunde accipi potuit, quam ab ipsa rei veritate. Id quod de traditionibus Ecclesiasticis, quorum initium nescitur docent communiter Theologi ex Augustini recepta doctrina.

Ex eodem adhuc gentium vbique terrarum

rum habitantium traditione argumentum non leue ex iuris principijs pôtest desumi, quoniam possessio, si est antiqua, maxime si, quod attinet ad principium, hominum memoriam excedit: facit iuridicam tituli præsumptionem iuris & de iure, vt iurisprudentes loquuntur: ita vt probationem in contrarium non admittat, vt certo certius patebit ex ijs, quæ lib. 7. de religionis Eremitanæ approbatione dicemus. Quare cum vbique locorum à tempore, cuius non datur, nec dari potest memoria hominum, hic Eremitanus Ordo, qui nunc viget, nobilitetur titulo Ordinis Sancti Augustini, & pro ordine instituto ab Augustino vbique gentium habeatur: profecto immemorialis huius tituli possessio præsumptionem iuris, & de iure inducit, quod ille idem vere fuerit ab Augustino, ita vt non solum onus probandi contrarium debeat in aduersarios transferri: verum ne ad contrarium quidem probandum, vt maximè vellent admittendi sunt iuxta vulgatas iuris regulas.

Quæ omnia ex eo insuper corroborantur; quoniam consanguinitas præsertim si antiqua est & hominũ memoriam superat per famã plenissimè probatur, vt cõmunis sententia docet, quam latè fundat Mascardus *vol.* 1. *concl.* 411 *à n.* 1. *ad* 6. vbi enim q. docet consanguinitatem etiam probari probatione quadam præsumptiua ex communi nominatione familiæ, ita vt

per-

per communem cognominationem quis constituatur in quasi possessione cōsanguinitatis, atq;familiæ,quę eadem cognominatione fruitur,vt Mascardus in dicta *conc.* 411.*n.*18.& 16. copiosissimè confirmat omnino vidēdus, docetq; onus probandi contrarium ratione huius possessionis in aduersarium trāsfundi. Cū igitur ordo iste Eremitanus,qui nunc est,à tēpore, cuius iam hominum non extat memoria,communi,vulgi opinione,&existimationē ex familia sit,cognationeuè Augustiniana, eaque titulo Eremitarum ab Augustino in Africa instituta fuit vtique in ea possessione iuris præsumptione cōseruari debet, donec aduersarij: si tamē potuerint, oppositum ostendant.

Quare vt rem istam suo iam imposito fastigio concludamus: cum ex immemoriali possessione tituli ordinis S. Augustini,ordo iste pro se habeat præsumptionem iuris,& de iure tot Summorum Pontificum definitionibus confirmatam,communique eorum, qui temporum scribunt Annales,traditione,atque testimonio corroboratam; securi omni atq; fidenter hanc contra aduersarios, quam hactenus deduximus verissimam propositionē cōstituemus:Ordo Eremitarum is ipsissimus,qui nunc est , ab Augustino in Africa institutus est. Contra eam aduersariorum technæ nihil efficient, vt ex sequentibus articulis manifestè patebit.

CAP.

Caput VII.

Referũtur diuersæ aduersariorum sentẽtiæ cõtra propositam, atq; confirmatam propositionem, & generalibus quibusdam rationibus omnes simul impugnantur.

STabilitatem satis in articulis præcedentibus propositionem vltimo loco sic cõfirmabimus, si eas, quæ sese in oppositum obijciunt aduersarias sententias, & omnes simul, & singulatim singulas funditus euerterimus; id quod in postremam huius libri partẽ quam diligentissimè præstandum reijcimus.

Porrò aduersarij non in vnam sententiam coeunt, sed inter se etiã dissident, vt solẽt qui à recta linea, quæ vna tantũ potest esse, deflectũt.

Tres igitur inuenio de huiusce, (qui nunc in Ecclesia floret), Eremitani ordinis origine aduersariorum sententias.

Prima est Naucleri, auctorem primum atq; præsentis Eremitani ordinis institutorem nominantis B. Guillielmum Aquitaniæ Ducem, à quo in Gallia fratres Eremitani appellati sũt Guillielmitæ. Qua appellatione iussu Alexãdri IV. repulsa, eiusdẽ Alexãdri auctoritate, Eremitani S. Aug. à tempore generalis vnionis ab anno scilicet salutis. 1258. sunt vocati.

II. fuit sentẽtia cuiusdã Bernardi de Bargas in suo Repertorio, aientis huius religionis I. auctorem fuisse B. Guillielmum Parisiensem.

III. deniq; opinatio quædã similis antecedẽtibus, quam aduersaria pars beneuole probauit; vt inde prærogatiuã sibi arrogaret, quam à neutra præcedentiam opinionum deducere

poterant, suauiter deducerent. Eam probauit Ropertus Holchot *lect.* 95. *In lib.* sapientiæ, & Raphael Volaterranus *lib.* 21. suæ Anthropologiæ: volunt omnes, imo publicè docent, suadentque mulierculis isthunc ordinem ab Alexandro IV. in præcitata ordinis generali vnione *anno* 1258. constituta, tunc primum fuisse in lucem editum, tunc de integro institutum, ipsumque Alexandrum esse huius nostri ordinis Eremitarum auctorem, atque parentem. Comminiscuntur itaque hunc ordinem ab illa vnione & titulum Eremitarum S. Augustini, & habitum, quo vtimur primum acquisiuisse, hauseruntque eam sententiam à Ioanne Andrea *in cap.* quorundam *de elect. in* 6. *& in additione ad gloss. verb. admittantur in cap.* 1. *de religiosis domibus in.* 6. Ex Canonicis regularibus, qui eandem probauerint, non defuerunt.

Has vero nos sententias omnes non solum falsas impugnabimus, sed omni verisimilitudinis specie, fundamentoque destitutas ostendemus.

Quas omnes communiter acceptas priusquam cum singulis singulare ineamus certamen, ex ijs, quæ in superioribus articulis fusissime adduximus, satis superq; impugnatas esse volumus. Quod enim cum veritate commercium habere possunt, illæ hominum opiniones, quæ tot Summorum Pontificum definitionibus apertissimè contradicunt; discedunt-

discéduntque à communi, & vnanimi omnium historicorum traditione? Ioannes 22. & Alexan. IV. post longam consultationem definiunt Augustinum huius ordinis esse verissimum caput: Martinus Quintus simul cum Gregorio. IX. indicat Augustinum esse ordinis istius fundatorem: Xistus IV. agnoscit Aug. eiusdem ordinis institutorem, & audiendi adhuc sunt, qui ordinem Eremitarum ad Guillielmum vel Aquitanicum, vel Parisiensem, vel denique ad Alexandrum IV. tanquam ad primam illius originem referunt? Sed ijs iam omissis ad singulare certamen cum singulis descendamus: ita enim fiet & impugnatio euidentior, & veritas nostræ propositionis illustrior.

CAPVT VIII.

Impugnantur duæ priores sententiæ Naucleri, & Bernardi de Bargas.

DVas priores sententias art. præcedenti propositas, omne prorsus veritatis specimen exuisse videbit quisquis rem ipsam vel primoribus (vt dicitur) labris degustarit. Vnde neutra vllum suæ assertionis assectatorem vnquam habuit, aut habere poterit.

Nam sententia Naucleri, quæ primam ordinis Eremitani originem ad B. Guillielmum Aquitaniæ ducem reducit, omni fundamento caret: licet enim in eo sit verissima quod B. Guillielmum Aquitanum huius Eremitani

illam Guillielmitarum aliam fuisse à congregatione ea, quæ Eremitarum S. Augustini titulum semper conseruauit, vt patet ex pluribus literis Pontificijs, quas proferemus dum de vnione congregationum ad vnum Eremitarum ordinem pertractauerimus: inde enim patebit Guillelmitarum congregationē tanquā alterius tituli, & obedientiæ, ad ordinem S. Aug. sub titulo Eremitarum vnitam fuisse: id quod in citato loco hoc ipsum contra Nauclerum sæpius repetemus. Quod, si ita est, quomodo igitur Eremitarum ordinē B. Guillielmus primus instituit, si ab eo veluti à fluuio riuulus, sic prodiuit congregatio Guillielmitarum? videnda sunt, quæ diximus de B. Guillielmo supra *art.* 4. in nostra ordinis Chronologia ad *annum* 1140.

Verum hac de re, quæ diximus erunt satis; quandoquidē in ea aduersarios habemus nobiscum consentientes, dum institutionem ordinis Eremitani, ordinibus posteris antiquiorem esse nolunt agnoscere.

Iam vero 2. sentētia Bernardi de Burgas ineptior est quā vt impugnatione indigeat. Vnde pro se duntaxat habet commemoratū Bernardū ignoti nominis hominē. Cuius sententia originem Eremitani ordinis referente ad Guillielmū Parisiensem non opinionē quidem, sed insaniam esse magno iure affirmauit Hieronym⁹ Romanus *p.* 1. sui defēsorij *c.* 6. & 9. vtrobiq; in fine. Guillielmus enim Parisiensis nec mo-

nachus fuit, nec religionis alicuius inuentor: illius enim in suis operibus fecisset mentionem, quia credendum non est virum Deo deditum, populique magistrum, qui tot scripsit opuscula, nihil de sua religione scripsisse, nullas ad suos religiosos conciones, collationesue habuisse.

Præterea Guillielmus Parisiensis fuit æqualis Sancti Dominici, & Francisci, floruitque *anno Domini* 1230. teste Tritemio post Lateranense Concilium, cum tamen ordo Eremitarum Sancti Augustini Concilium Lateranense longo tempore præcesserit, vt ex *cap. primo §. Sane, vers. Cæterum de religiosis domibus*, & ex alijs euidentissimis testimonijs sequenti libro diligentius ostendemus. Ratione cuius antiquitatis, noua post Lateranense Concilium Sedis Apostolicæ approbatione non eguit; qua tamen egeret si post præcitatum Concilium, à Guillelmo Parisiensi fuisset primum institutus: eam enim ordines prædicatorum, & minorum quoniam post præfatum Concilium sunt instituti, tanquam omnino necessariam obtinuerunt, vt patet ex dicto *capite primo §. sane de religiosis domibus in sexto.*

Sed ad expugnandam tertiam opinionem fructuosius accedamus.

CAP.

CAPVT IX.

Pro expugnatione tertiæ ſententiæ duplex illius ſenſus explicatur, vt in vtroque in ſequentibus articulis impugnetur.

TErtiæ ſententiæ art. 7. conſtitutæ, nō iam dixerim falſitatem, ſed imperitiam potius, iuriſque, & hiſtoriæ ignorantiam facilius conuincemus, ſi prius ab aduerſarijs inquiramus, quonam ſenſu affirment Ordinem Eremitarum, qui hodie in Dei Eccleſia illuſtris perſtat, ab Alexandro quarto tunc primum incæpiſſe, cùm ille totius Ordinis vnionem effecit *anno ſalutis* 1258. vtrum ne ideo incæpiſſe tunc putent quia antea Sancti Auguſtini Eremitarum Ordo nullus extiterit: an verò quia licet antea ille Ordo in Eccleſia Dei viguerit, perfecta tamen vnione, & ille, & cæteri Ordines ad eum appliciti omnino fuerint extincti; vnuſque quidam Ordo nouus Eremitarum S. Auguſtini noua quadam Generatione ſurrexerit. Vtroque enim ſenſu opinatio iſta ab aduerſarijs inuenitur explicata: Vnde & in vtroque hoc loco quàm euidentiſſime labefactabitur. Et priori quidem ſenſui *articulum* 10. immediate ſequentem dabimus:

bimus: posteriori verò *art.* 1. consequentem. Clarioris enim disputationis gratia in binas disputationes tertiæ sententiæ impugnationem tribuimus.

CAPVT X.

Quod ante vnionem factam ab Alexandro 4. anno Domini 1258. *fuerit in Ecclesia Ordo sub tt. Eremitarum S. Augustini.*

COmmemoratam aduersariorum sententiam iuxta priorem sensum acceptam, falsitatis, vt conuinceremus, satis superque deberet esse definitio Lugdunensis Concilij sub Gregorius X. celebrati *anno Domini* 1272. quæ refertur in *cap. Vnico* §. *Sane vers. Cæterum de religiosis domibus in sexto* in illis verbis: *Quorum institutio prædictum Generale Concilium præcessit*; quæ Concilij verba omni dubio procul respiciunt, ac tendunt in Ordinem Eremitarum Sancti Augustini, quem ALEXANDER IV. Gregorij prædecessor vniuerat *anno salutis* 1258. Et tamen Concilium disertis verbis affirmat illum ipsissimum Eremitarum Ordinem, fuisse ante Concilium magnum Lateranense, quod est celebratum *anno Domini* 1215. annis ante vnio-

vnionem 42. Qua igitur fronte asseruerint aduersarij ante memoratam vnionem, non vllum extitisse Ordinem Eremitarum ? amicus illis ex aduersario, patronus fieri ex impugnatore volo, atque illorum fidem illorum nomine obligare nunquam eos fore tam parum reuerentes Conciliorum, vt contra generalis Concilij Lugdunensis definitionem id asserant.

Deinde ex adducta à nobis superius Chronologia iam apertissimè constat, quantum insit illi sententiæ falsitatis.

Etenim Leo I. *anno* 440. Ordinem S. Augustini iam per varias Orbis partes fusum cõfirmat, donatq;, atq; illustrat titulo Eremitarum S. Augustini.

B. Guillielmus Aquitanus eundem Ordinẽ in Gallia instaurat circa *annum Domini* 1150.

Post Guillielmum eundem Eremitanum penè directum, Ioannes Bonus in Italia tota erigit, amplificatq;.

Innocentius tertius qui sedet *anno* 1198. Ordinem Eremitanum sub suam protectionem suscepit: & in cap. insinuante Ne Clerici vel Monachi, Ordinem Sancti Augustini appellat, & eundem Ordinem sub titulo Eremitarum, decreto totius Lateranensis Concilij in albũ religionũ adscribit *anno salutis* 1215.

Honorius 3. *an. Domini* 1226. eũdẽ S. Aug. Ord. sub eodem titulo auctoritate Apostolica protegit.

etiam ostendemus in libro septimo. Contra hæc sapientissimorum Pontificum testimonia, ecquid quæso poterunt aduersarij comminisci?

Quid, quod contra aduersariorum inscitiã adducere adhuc possumus, quinq; Generalia capitula Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Summorum Pontificum auctoritate, solenni pompa celebrata, & quinque Generales viros doctissimos in eisdem capitulis Ordini Eremitarum solenni electione præpositos. Peragitur enim capitulum primum Bononiæ tempore Gregorij 8. *anno Domini* 1187. Eligitur in eo Generalis F. Ioannes de Spelunca, secundum Romæ, cogitur *anno Domini* 1222. sub Honorio III. perficitur Ordini Generalis Frater Ioannes de Stella. Tertium celebratur ibidem Romæ *anno Domini* 1243. sub Innocentio quarto, in quo eligitur Frater Adiutus de Fano. Quartum adhuc Romam conuocatur *anno Domini* 1248. sub eodem Innocentio. Salutatur Generalis Frater Philippus de Parma. Quintum denique conuenit Bononiæ *anno Domini* 1252. auctoritate Innocentij Quarti, præsidente Ordinis protectore Illustrissimo Guillielmo Cardinali tituli S. Eustachij, in quo vnio Ordinis per Innocẽtium inchoatur. Huius rei apertissima testimonia reddũt annales Ordinis, de quibus supra in proposita Chronologia diximus.

quos asserit iam habuisse, & gestasse eundem à tempore Gregorij IX. mutata solũ forma manicarum? Quo denique modo, nouum Eremitarum Sancti Augustini Ordinem nunquam ante visum fundauit, quem ab Augustino iam institutum cælesti obiecta visione agnouit, diuinitusque admonitus amplificandum, augendum, atque nobilitandum sub patrocinium suum suscepit? Hæc porrò vera omnia ex dicendis, in sequenti articulo (si dici quidquam clarius potest) clariora reddentur.

CAPVT XI.

Per vnionem Ordinis ab Alexandro IV. peractam, præcedens Eremitarum Ordo non fuit extinctus, sed idem ipse permansit, auctus tamen & mirificè amplificatus.

PRofligato Priori aduersariæ sententiæ sensu, restat, vt posteriorem radicitus extirpemus, ad quem mihi videtur confugisse Ioannes Andreas in additione ad *glossam verb. Admittant in capite primo de domibus relig. in sexto*, qui etiam nostris aduersarijs tanquam philosophiæ scientissimis non poterit non arridere,

Dabunt igitur aliquem Eremitarũ S. Aug. Ordi-

Proh subtilis & ingeniosa solutio: Commentitiam tamen, nec accommodatè ex allegata Aristotelis Philosophia deductam perspicuè ostendimus, si prius maioris lucis gratia nonnulla notauerimus.

Primo igitur loco notandum est Innocentium IV. proximum Alexandri IV. prædecessorem eandem ordinis vnionem, quam Alexander postea perfecit, inchoasse primum. Cuius rei apertissimum testimonium scribit D. Antoninus 3. *p. historiali tt.* 24. *cap.* 14. §. hisce verbis. *Innocentius considerans ordinem Prædicatorum, & minorum notabiliter crescere, & fructus salubres in* Ecclesia Dei *proferre: Fratres verò Eremitas S. Augustini sibi solis per bonam vitam prodesse, capit velle agere, quatenus & ipsi sicut prædicatores, & minores, fructum salutarem in Ecclesia Dei producere possent. Erant autem tunc temporis in vniuersis mundi regionibus, & præcipuè in partibus Thusciæ diuersi alij Eremitæ, sub diuersis titulis diuersimode viuentes, quos omnes idem Innocentius Eremitis Sancti Augustini coniunxit, traducens eos ad vnum ouile sub anno pastore, generali scilicet; mandans vt omnes sub vna regula S. Augustini vno nomine profitendi, vno habitu, vno titulo, vno officio, & eisdem constitutionibus, vti deberent, muniens eos pluribus priuilegiis, & gratiis, quorum omnium exemplaria, & nonnulla originalia sub Bulla ego vidi. Et vt ordo efficacius surgeret ad incrementum: dedit eis vnum Cardinalem protectorem intendens exinde de statu vberiore præstabiliter prouidere. sed præuen-*

tus

sedentium ad Sedem Apostolicam de mandato prædecessoris ipsius diligenter, & solicite instituisti. Habentur hæc verba in Bulla expedita ab eodem Richardo Cardinali in fidem protectionis eius sub qua susceperat ordinem: quæ quidem Bulla cernitur in tabulario nostro Olyssiponensi, dicta tamen vnio non est effecta ab hoc Ricardo protectore, sed à Guillielmo Cardinali tt. S. Eustachij in 5. capitulo Generali Bononiæ congregato *anno domini* 1252. post cuius mortem ordini protector est assignatus hic Richardus *anno domini* 1254. qui contentionem fratrum circa formam habitus exortam composuit, vt in nostra Chronologia iam diximus.

Obseruandum deinde est tempore Innocentij IV. & Alexandri IV. iam inde à multis annis in varijs orbis partibus præcipuè in Thuscia complures viguisse Eremitarum congregationes sub diuersis titulis, obedientijs, atque obseruantijs: quædam enim earum appellabantur Sancti Augustini: aliæ Guillielmitæ à B. Guillielmo, qui ordinem in Gallia mirum in modum locupletauit: aliæ S. Ioannis Boni, à Sancto Ioanne Bono, qui ordinem in Thuscia redintegrauit: aliæ de pænitentia siue de saccis, a genere habitus: aliæ denique de fabali, siue de Bittinis à locis, desertis, in quæ sese receperant.

Hæ

rũ Ordo temporũ iniuria, & innata rebus mutabilitate, suos access⁹, & recessus habuit. Passus est inclinationes suas. Vnde sæpius varieque instauratus, in plures sæpe abijt peculiares familias, vel congregationes, aliquando, namque remittente sese primitiuæ religionis rigore, deflectenteque aliquantulum à primaria suæ sanctitatis obseruantia; plures pro varietate temporum excitati sunt viri, qui religionis amore flagrantes, pristinæque pœnitentiæ desiderio inflammati, sese in solitudines deuias abdiderunt, coaceruati in congregationis modum, vt ita tepescentem religionis ardorem, quoad possent, Ordini Eremitano restituerent, atq; hæc illa germana causa fuit, quæ in Eremitarum Ordinem tot congregationum varietatem inuexit: sicut inuexit etiam superioribus temporibus in Ordinẽ Sancti Benedicti, & nostro æuo in Ordinẽ Minorum, aliosque quamplurimos, imo potius in nostrum ipsum Eremitanum Ordinem post vnionem per Alexandrum IV. ad exitum deductam: hoc namq; modo exiuit ab Eremitano ordine tanquam à fluuio quodam perenni, congregatio Lombardiæ: congregatio Illicetana, siue Sancti Saluatoris: congregatio S. Ioannis de Carbonaria: Perusina alia, quæ dicitur Sanctæ Mariæ de populo: alia Genuensis: alia Baptistinorum, siue seclautium: alia montis Orthoni: Apuleæ, siue dulceti

ad institutum nostrum refert. Ego probabilius dixerim omnes eas familias ex familia Eremitana Sancti Augustini prodijsse: id enim mihi significare videtur illud cæleste visum, quo Augustinus grandis capite exilis membris Alexandro se visendum obiecit: quasi significare vellet membra sua, hoc est congregationes quia inter se diuisæ, atque disiunctæ erant, esse singulatim acceptas exiles, & paruas, subnixas tamen capiti grandi, hoc est Augustino, & eius primario instituto.

Idipsum mihi significat idem Alexander Quartus in quadam Bulla ad Generalem Eremitarum post vnionem data in illis verbis: *Vestra petitio continebat quod Apostolica sedes nonnullas domos Ordinis vestri antequam essetis in vnius religionis corpus, de mandato nostro redacti, diuersis priuilegijs, & indulgentijs per speciales literas decorauit.* Quibus verbis satis significatur domos illas, quæ priuilegijs à sede Apostolica decoratæ fuerunt, fuisse ante vnionem domus Ordinis Sancti Augustini.

Non dubitauerim tamen ad Eremitanum Ordinem complures etiam alios Eremitas diuersi instituti, & parentis fuisse adscriptos. Verùm quid hoc ad nos? nam quod libebit id dicito.

Prætermittendũ est 3. loco Ordinẽ S. Au-

pite, hoc eſt ſub vno priore generali perſonam Auguſtini ſuſtinente coagmentatum.

Ex quo iam fundamento cum Coriolano in ſuis Chronicis inferimus duas vniones effeciſſe Alexandrum, dum ordinem totum vniuit: eaſque rationis inter ſe longè diuerſæ, vna fuit Ordinis, qui ſub titulo Sancti Auguſtini permanebat, aggregatio ad vnum generale caput, quod illi antea deerat. Altera fuit reductio, ſeu copulatio congregationum aliquarum, quæ diuerſis nominibus cenſebantur, ad vnum ordinem S. Auguſtini. Vtraque vnio diuerſæ rationis eſt, & eſſentiæ.

In cuius rei illuſtriorem explicationem notandum IV. loco eſt, vnionem Eccleſiarum, ſiue monaſteriorum multis modis poſſe contingere, vt conſtat *ex gloſſa ad verb.* Vniendo *in cap.* 1. *Ne ſede vacante*, & ex *gloſſ. ad verb.* Vnire *in cap.* Et temporis ord. 48. 16. *q.* 1. & vtrobique notant Doctores. Patet id etiam ex Oſtienſi, & Panor. *in dict. cap.* 1. Ne ſede vacante, & ex Oldrado *conſ.* 323. & latè in Felin. *in cap.* Tranſlato *verſ. limita de conſt.* & ex Gregorio Tholoſano *in ſuo tractatu* de beneficijs *cap. vigeſimo, numero ſecundo.*

Hi omnes varias referunt ſpecies vnionis: alijs tamen omiſſis duæ ſunt, quæ faciunt amplius ad inſtitutum noſtrum. Prior quando vna Eccleſia alteri vnitur: poſterior quando duæ Eccleſiæ ſimul vniuntur in vnam. Inter-

tialiter conuertatur in alterum, cui vnitur: talis est vnio cibi, qua, vi nutritionis cibus substantialiter vnitur viuenti: ita enim illi vnitur, vt in substantiam viuentis substãtialiter conuertatur, & transeat ipso cibo substantialiter pereunte. Cui vnioni in iure respondet prior vnio, qua vna Ecclesia alteri in quam veluti conuertitur, vnitur Ecclesiæ. Altera vnio physica sic vnit inter se, vt ex omnibus illis alteratis, & substantialiter corruptis, vnũ quoddam Tertium compositum substantiale procreet; cuiusmodi est vnio elementorum ad generationem misti: etenim mista (v.g. lignũ, lapis, &c. ex vnione elementorum ipsis elementis corruptis), solaque virtute manentibus progignuntur. Eiusmodi etiam vnio reperitur in compluribus arte factis vt Philosophi docent. Huic vnioni in iure respondet vnio posterioris generis, qua multæ Ecclesiæ in vnam nouam, quæ creatur ex illis, vniuntur atque conflantur.

Igitur duæ vniones, quas hactenus explicauimus, dici merito possunt substantiales, quandoquidem ambæ fiunt cum substantiali alicuius desitione, vt ex dictis patet.

Præter eas, addenda est Tertia, eaque accidentalis. quæ fiat absque vnitorum substantiali corruptione, mutata duntaxat vel omnium, vel saltem vnius dispositione

quam antea retinebant, integram adhuc conseruant, i. sola fuit ablata à singulis ratio independentiæ, cuius causa vnumquodque obtinebat instar totius, & efficiebat corpus mysticum per se distinctum: at sub vnione iam nullum eorum habet instar totius, nec aliquod per se corpus efficit, sed membrum quoddam est vnius prouinciæ, & subinde vnius capitis prouincialis.

Similiter etiam nostris his temporibus in religionibus quamplurimis, singulæ per se prouinciæ singulos generales habent, ab vno eiusdem Ordinis generali capite non dependentes. Quæ prouinciæ si forte Summi Pontificis iussu in vnum corpus sub vno generali capite coeant, & vniantur; vtique esse prouinciæ, per talem vnionem non desinent, sed solum capitis, & independentiæ relationem amittent.

¶ Quocirca tres vnionis formæ (quod ad nostrum institutum attinet) sunt constituendæ, quarum duæ substantiales, tertia dici debeat accidentalis.

¶ His ita præmissis iam est inquirendum, & quam diligentissimè explicandum, ad quod nam illarum trium vnionum genus reuocanda sit vnio Eremitani ordinis, ea quæ per Alexandrum IV. effecta est? inde enim pendet totius controuersiæ dissolutio.

¶ Tres igitur explicandæ difficultatis gratia statuimus conclusiones

Prima sit. Vnio illa nulla ratione reuocanda est ad secundum genus vnionis paulo ante explicatum: quasi ordines ante vnionem vigentes in vnum aliquem abierint, & vniti fecerint nouum ordinem Eremitarum, ad eundem nempe modum, quo plures Ecclesiæ in vnā nouam inde creatā conflantur, & vniuntur.

¶ Hæc conclusio statuitur contra aduersarios, qui secuti Ioan. Andr. docent oppositum.

¶ Probatur tamen, seu potius euidenter demonstratur conclusio ex verbis Concilij Lugdunensis sub Gregorio decimo *in cap.* 1. §. Sane *vers.* Cæterum *de religiosis domibus in* 6. *Cæterum* (inquit concilium) *Eremitarum Sancti Augustini, & Carmelitarum ordines, quorum institutio præfatum generale Concilium præcessit &c.* Agit autem Concilium de ordine Eremitarum post vnionem ab Alexandro quarto absolutam florente. Nam contigit vnio *anno D.* 1258. sicuti sæpe diximus: Concilium autem Lugdunense cogitur *anno Domini* 1271. sub Gregorio decimo, qui post Vrbanum quartum & Clementem quartum Alexandro quarto successit. Et tamen disertis verbis definit illum ipsissimum Eremitarum ordinem, qui per Alexandrum quartum vnitus est, & post eam vnionem vigebat, præcessisse Lateranse Concilium, quod sub Innocentio III. fuerat celebratum *anno Domini* 1215.

Iam igitur Ioannem Andream, & cum illo aduer-

aduersarios omnes arcesso, & nos oro doceant quonam pacto ordo Eremitarum, is qui facta vnione in Ecclesia permanet, præcessit Lateranense Concilium, si vnione per Alexandrum quartum confecta ille primum, atque de nouo incæpit? sane quidem quod incipit, non antea fuit, iuxta vulgatam exponibilium regulam à logicis demonstratam.

Porrò verò si ante vnionem illam iam fuit, imo fuit ante Lateranense Concilium, quod annos vltra quadraginta vnionem antecessit; qui fieri potest, vt per vnionem præfatam (quæ est affirmatio aduersariorum) primum instituatur, creetur, & incipiat? hæc enim duo asserta tanquam verè contradicentia mutuo ita se collidunt, vt simul ne per diuinam quidem potentiam esse vera queant. Vtri igitur oro te credamus? Concilione Lugdunensi affirmanti vnum? an Ioan. Andreæ alterum asseueranti?

Confirmatur adhuc proposita conclusio ex animo, & mente, tum Innocentij IV. tum Alexandri IV. in aggredienda præcitata vnione & ad exitum perducenda. Mentem autem illorum (ne diuinare cogamur) satis explicant D Antonini, & B Iordani sequentia verba: *Postea Innocentius Papa quartus considerans ordinem prædicatorum, & minorum notabiliter crescere, & fructus salubres in Ecclesia Dei proferre: fratres*

vero

vero Eremitas S. Augustini sibi solis per bonam vitam prodesse, cœpit velle agere, quatenus & ipsi sicut prædicatores, & Minores fructum salutarem in Ecclesia Dei producere possent. Ex quibus sane verbis constat & Innocentio, qui prædictam vnionem inchoauit in Italia, & Alexandro qui eandem in tota Ecclesia absoluit, eam mentem fuisse diuinitus iniectam, vt ordinem Eremitarum, qui ante vnionem tenuis, & exilis, ac in Eremis positus sibi soli commodo erat, magnis auctibus amplificarent.

Hic etiam fuit scopus illius mirabilis visionis, qua se & Innocentio, & Alexandro Augustinus grandi capite, membris autem exilibus dedit videndum. Quam vel ipsemet Alexander cum illustrissimo Dominorum Cardinalium Concilio de instauranda, amplificandaque Eremitana religione fuit interpretatus: Porrò si ad vulgatissimam, certissimamque Aristotelis philosophiam animum aduertimus: accretio rei, eiusque amplificatio, non corrumpit rem, nec ad interitum vocat, sed eam potius in antiqua subsistentia manentem ponit: est enim accretio accidentarius motus (cur enim Philosophum agens non cũ Philosophis loquar?) qui identitatem subiecti sub vtroq; termino permanentem, ita vt subiectum idem numero, hoc est eadẽ substantiali totalitate perfectũ, de termino à quo transeat ad ter-

terminum ad quem. Quod cum ita ſit, qui fieri potuit, vt Alexander IV. cum Eremitano Ordini amplificationem, & illuſtre quoddam incrementum optaret, ac ipſa vnione pararet: optatæ amplificationis loco, eidem corruptionem moliretur, & interitum tandem excogitata vnione afferret.

❡ Perpende diligenter ad hoc ipſum ita vt dicimus ſentiendum præcitata D. Antonini, & D. Iordani verba: *Cæpit velle agere quatenus & ipſi, ſicut prædicatores, & minores fructum ſalutarem in Eccleſia Dei producere poſſent.* Voluit igitur Alexander, vt Eremitæ S. Augſtini, qui ante vnionem in deuias Eremos abditi ſibi ſolis proderant, poſt vnionem in medias vrbes tranſlati, Eccleſiæ Dei vitæ ſuæ ſanctitate, luceque doctrinæ commoditatem afferent. Iam ſi Eremitanus Ordo ante vnionem ſibi ſoli vtilis, idcirco vnionem ſubit, vt idem ipſe proſit Eccleſiæ: quo quæſo modo ipſa vnione extinguitur? qua ratione alius numero diſtinctus ex illius corruptione exiſtit? aut ſi exiſtit alius, quo, oro, pacto eſt ille, qui ante vnionem non ita prodeſt, profuturus poſt vnionem vehementer Eccleſiæ? hæc vtique bina aſſerta mirabiliter interſe pugnant, ſeſeq; mutuo ipſa elidunt.

Accedit etiam quoniam Alexander IV. vnit Eremitas vt Auguſtino ſibi ſecundum viſionem occurrenti, atque de adaugenda Eremi-

tica

tica religione admonenti sit obsequens: at ecquod nam præstaret obsequium Augustino amplificationem suadente, si facta vnione, Ordinem, quem iri amplificatum rogat, extingueret, & quendam alium ab ipso non inuentum denuo institueret? absit procul (inquam) absit hoc à tam religioso, tamque propenso Augustino præriperet, quàm deferret: inferret iniuriam, non præstaret obsequium.

Discedant igitur aduersarij ab absurdo, & inepto Ioannis Andreæ paradoxo, idque tantum abiecta contentione concedant, quod est omnibus modis verissimum, & in iure notissimum, facta illa per Alexandrum IV. vnione, non euenisse Ordinem nouum, sed antiquum illum, qui multis annorum centurijs in Ecclesia perseuerarat; eo tanto vnionis augmento adauctum, amplificatum, perq; totum terrarum orbem delatum fuisse. Doceant deniq; nobiscum datis manibus vnionem illam non ad posterius vnionis genus, sed ad prius potius esse reuocandam: id quod sequenti conclusione euidentius demonstratum perlegent.

Secunda conclusio: Vnio per Alexandrum Quartum absoluta, quod attinet ad congregationes diuersæ professionis, omnino reuocãda est, & reducenda ad prius vnionis genus, quod 4. notabili exposuimus; eius vnionis dico, quæ per initionẽ, cõiunctionemue vnius ad alterũ,

ita vt aliæ congregationes Eremitarum quæ diuersis nominibus,&titulis censebantur Ordini Eremitarum Sancti Augustini antea existenti, & in posterum constaturo, vnitæ fuerint, aggregatæ, & (vt ita loquar) incorporatæ, atque in vnam Eremitani Ordinis, vnde primum exierant professionem coadunatę, atque counitæ.

Hæc conclusio cunctis, qui de hac vnione loquuntur, historicis vnanimi consensu probatur: ad huncenim sensum vnionem illam factam fuisse apertissimis verbis ostendit D. Antoninus 3. *p.tt.*24.*ca.*14.§.3. *Erant* (inquit) *tunc temporis in diuersis mundi regionibus, & præcipuè in partibus Thusciæ alij Eremitæ sub diuersis titulis diuersimodè viuentes, quos omnes idem Innocentius Eremitis Sancti Augustini coniunxit, reducens eos ad vnum ouile sub vno pastore.* Interius autem agens de Alexandro IV. ita subijcit: *Ipse Fratres Eremitas diuersorum Ordinum, quorum quidam Sancti Guillielmi: alij Fratres Ioannis Boni: alij de Bittinis censebantur: hos omnes in vnum redegit, & Ordini Sancti Augustini cum personis, & locis effectualiter incorporauit, ac vniuit, dispensans cum eis super diuersarum professionum, & obseruantiarum ligamine, quibus antea in prædictis vel alijs ordinibus astricti quodammodo tenebantur.* Quibus eisdem penitus verbis B. Iordanus ex proprijs exẽplarib⁹. p̃fatã explicauit vnionẽ *l.*1. de vitis Fratrum *ca.*14. Quæ sanè verba quoniam

c la-

clariora sunt quàm vt nostram, explicationem desiderant, explicare supersedemus.

Eodem quoque modo eandem vnionem explicat doctissimus Illescas *lib.5.historiæ Pōtificalis cap. 37. in vita Alexandri IV.* verbis sequentibus: *Confirmauit de nouo Alexander Ordinem Eremitarum S. Augustini, eidemque reuniuit Congregationes fratrum Eremitarum Sancti Ioannis Boni, de Bitinis, & Pænitentia Iesu Christi appellatorum.*

Quam eandem vnionis formam similibus verbis exponunt omnes nostri Ordinis historiographi, Henricus de Vrimaria *in lib.* de Origine Ordinis, Ambrosius Coriolanus *in defensorio Ordinis, & in Chronicis eiusdem*, *Baptista* Aloisianus *in Commentarijs eiusdem*, Iosephus Pamphilus Episcopus Signinus *in suis Chronicis*, & denique Hieronymus Romanus: quorum testimonijs, cum sint de re antiqua, & domestica, plena debetur fides, vt patet ex ijs, quæ diximus in *lib.1.cap.8.*

Quem adhuc sensum reddunt verba Bullæ ipsius vnionis, quam Alexander IV. expediuit; sic enim habent: *Cum dilectus filius noster Richardus S. Angeli Diaconus Cardinalis, vniuersas domos, & congregationes Eremitarum prædictorum: quarum quædam S. Augustini; quædam Guillielmi: nonnullæ Fratris Ioannis Boni, aliquæ de fabali: alia de Bittinis censebantur: in vnam Ordinis Fr. Eremitarum S. Augustini profesio-*

fessionem, & regularem obseruantiam perpetuò de mandato nostro duxerit vniendas. Cuius Bullæ verba fideliter retulit Coriolanus 1. p. defensorij *ad 9. arg. contra 2. veritatem:* eademq; ferè verba ponuntur in alia eiusdem Alex. Bulla ad eundem Richardum directa. *Auctoritate* (inquit) *mandati nostri viuo ad te sermone directi ad id concordi eorundem fratrum, & generalis capituli tunc in vrbe celebriter congregati accedente consensu, vniuersas domos, & congregationes prædictorum fratrum in vnam Ordinis Eremitarum Sancti Augustini professionem & regularem obseruātiam perpetuo counisti.* Hæc Bulla est inserta in alia eiusdem Richardi, quæ in archiuio nostro Olyssipponensi seruatur.

In quo etiam retinetur alia Vrbani IV successoris; quæ ita habet: *Exibita nobis petitio continebat quod dilectus filius noster Richardus S. Angeli Diaconus Cardinalis auctoritate felicis recordationis Alexandri Papæ prædecessoris nostri, viuo ad eum sermone directi, nec non & generalis capituli vestri consensu accedente suffultus, vniuersas domos, & congregationes vestras, in vnam Ordinis Eremitarum S. Augustini professionem, & regularem obseruantiam perpetuò vniuit.* Ex quibus patet Richardum illum Cardinalem omnes congregationes in vnam Ordinis Eremitarum Sancti Augustini professionem conduxisse, hoc est ad vnum Eremitarum Sancti Augustini Ordinem, qui tanquam originarius fluuius vnde cæteræ congregationes emanarunt, in Ecclesia permanebat.

clariora sunt quàm vt nostram, explicationem desiderant, explicare supersedemus.

Eodem quoque modo eandem vnionem explicat doctissimus Illescas *lib.5.* historiæ Pōtificalis *cap. 37. in vita Alexandri IV.* verbis sequentibus: *Confirmauit de nouo Alexander Ordinem Eremitarum S. Augustini, eidemque reuniuit Congregationes fratrum Eremitarum Sancti Ioannis Boni, de Bitinis, & Pænitentia Iesu Christi appellatorum.*

Quam eandem vnionis formam similibus verbis exponunt omnes nostri Ordinis historiographi, Henricus de Vrimaria *in lib.* de Origine Ordinis, Ambrosius Coriolanus *in defensorio Ordinis, & in Chronicis eiusdem*, Baptista Alouisianus *in Commentarijs eiusdem*, Iosephus Pamphilus Episcopus Signinus *in suis Chronicis*, & denique Hieronymus Romanus: quorum testimonijs, cum sint de re antiqua, & domestica, plena debetur fides, vt paret ex ijs, quæ diximus in *lib.1. cap.8.*

Quem adhuc sensum reddunt verba Bullæ ipsius vnionis, quam Alexander IV. expediuit: sic enim habent: *Cum dilectus filius noster Richardus S. Angeli Diaconus Cardinalis, vniuersas domos, & congregationes Eremitarum prædictorum: quarum quædam S. Augustini; quædam Guillielmi: nonnullæ Fratris Ioannis Boni, aliquæ de fabali: aliæ de Bittinis censebantur: in vnam Ordinis Fr. Eremitarum S. Augustini professio-*

fessionem,& regularem obseruantiam perpetuò de mandato nostro duxerit vniendas. Cuius Bullæ verba fideliter retulit Coriolanus 1. p. defensorij *ad 9.arg.contra 2.veritatem*:eademq; ferè verba ponuntur in alia eiusdem Alex.Bulla ad eundem Richardum directa. *Auctoritate* (inquit) *mandati nostri viuo ad te sermone directi ad id concordi eorundem fratrum,& generalis capituli tunc in vrbe celebriter congregati accedente consensu, vniuersas domos, & congregationes prædictorum fratrum in vnam Ordinis Eremitarum Sancti Augustini professionem & regularem obseruātiam perpetuo coūnisti.* Hæc Bulla est inserta in alia eiusdem Richardi, quæ in archiuio nostro Olyssipponensi seruatur.

In quo etiam retinetur alia Vrbani IV successoris; quæ ita habet: *Exibita nobis petitio continebat quod dilectus filius noster Richardus S. Angeli Diaconus Cardinalis auctoritate felicis recordationis Alexandri Papæ prædecessoris nostri, viuo ad eum sermone directi, nec non & generalis capituli vestri consensu accedente suffultus, vniuersas domos, & congregationes vestras, in vnam Ordinis Eremitarum S. Augustini professionem, & regularem obseruantiam perpetuò vniuit.* Ex quibus patet Richardum illum Cardinalem omnes congregationes in vnam Ordinis Eremitarum Sancti Augustini professionem conduxisse, hoc est ad vnum Eremitarum Sancti Augustini Ordinem, qui tanquam originarius fluuius vnde cæteræ congregationes emanarunt, in Ecclesia permanebat.

Nec verò sine fundamento id : nam qua ratione Sancti Augustini & Eremitarum Ordinem tali vnione extingueret Alexander IV. quem statim erat sub eodem titulo, & nomine, & professione renouaturus? frustra sanè extingueretur Ordo, vt iterum renouaretur. Nam vel renouatur ille idem numero, qui fuit extinctus, vel alius numero, specieue diuersus: si idem numero, facta vnione redijt, frustra est extinctus: nunquid enim cæteras congregationes ad eundem quis antea permanebat ipso persistente vnire non potuit Summus Pontifex.

Distinctus specie non fuit, nece esse, potuit cum sit eodem titulo, eodem habitu, eodem fine institutus. At si numero diuersus renouatur; quorsum prior extinguitur: nam multitudinem istam tanquam minus necessariam natura respuit, & odit Politica ciuilis.

Concludendum est igitur ex ijs, quæ diximus; cæteras omnes congregationes ad vnum Eremitarum Ordinem fuisse vnitas, illique incorporatas, atq; annexas. Quæ vnionis forma non secundam vnionis speciem, sed primam constituit, vt patet ex ijs, quæ supra notabili 4. diximus ex glossis, & Doctoribus, communiq; inter se sententia conspirantibus.

Ex hac verissima cōclusione 1. loco infertur vnionē illam non esse accipiendam ad modū,

gene-

generationis, siue mistionis substantialis; quæ, teste Arist. *in lib.* de Generatione, fit ex vnitorum corruptione ad vnam tertiam, ac substantialem formam terminata; sed ad modum potius substantialis nutritionis, quæ fit extensione præcedentis substantialis formę ad materiam cibi, qui in substantiam viuentis conuertitur: id quod contra Canonicos regulares doctissimè olim aduertit Coriolanus noster in suo *Ordinis defensorio*, & nos modo, contra huius temporis competitores volumus esse animaduersum.

Infertur secundo loco, cæteras quidem congregationes; quæ Ordini Eremitarum vnitæ fuerunt, per ipsam vnionem extinctas fuisse quoad titulũ, quoad nomen, quoad professionẽ, obedientiãq;, Ordinẽ tñ Eremitarũ S. August. cui illæ fuerũt vnitæ, omnino pstitisse in sua substãtia, omnino in sua subsistẽtia pseuerasse, alijs in ipsũ effecta illa vnione cõuersis. Vnionis enim huius generis hic præcipuus, hic proprius effectus est, vt annotauimus supra *notabili 3. ex Gloss. in Cap. Et temporis.* 16. *q.* 1. & ex alijs Doctoribus quos ibidem citauimus.

Id quod nõ solùm cum iure, sed etiam cum philosophia concorditer recepta verissime cõsonat. Cũ iure quidẽ, quia id deducitur *ex tex. in ca. Recolẽtes de statu Monachali, & in ca. Quia monasterium Ord. 2. de religiosis domibus, & ex* doctrina glossarũ, doctorũq; omniũ, quos citauim⁹: illi nãq;

omnes hunc vnioni primę speciei effectum attribuunt, vt quæ alteri vniuntur, ea transeant in naturam, & substantiam eius, cui vniuntur propria substantia, & natura euersa.

Cũ philosophia vero, quia vnio, quæ fit p nutritionẽ, eodẽ modo fit; cib⁹ enim exuta forma propria, in naturam viuẽtis abit, & trãsit, ita vt anima ad informãdã materiã vniti cibi extẽdatur: vnde & cibus dicitur animali incorporatus.

Eodem igitur modo commemoratæ congregationes amissa propria natura per vnionem illam, incorporatæ sunt Ordini Eremitano, itaut Eremitanus Ordo suam ipsius formam atque professionem ad omnes vnitas cõgregationes substantialiter extenderit; quibus omnibus mirabiliter enutritus, & mirum in modum auctus, ita per totum orbem terrarũ protensus est; vt Augustinus hac iam se gloria in cælo plurimum efferat, quod non sit, vt antea, corpus monstrosum exilibus membris, & grandi capite malè natum; sed tam illustre in Dei Ecclesia corpus habeat, quod mirificè quadret in caput.

III. conclusio. Vnio illa Ordinis per Alexandrum IV. in toto terrarum orbe perfecta, quod attinet ad ipsum Ordinem Eremitarũ, qui sub titulo S. Aug. siue poti⁹ sub titulo Eremitarũ S. Aug. in Ecclesia Dei p varias orbis partes fusus iã vigebat, nec ad primã potest, nec ad 2. *notabili.* 3. expli-

explicatã vnionis ſpeciem pertinere. Ad tertiam pertinet, quàm nos eodem notabili appellauimus accidentalem.

Concluſio facile probatur: quoniam nec 1. nec 2 vnionis ſpecies fit ſine alicuius ex vnitis ſubſtantiali corruptione, vt ſupra oſtendimus. Porrò ex prouincijs prædicti Ordinis Eremitani, quæ fuerunt appoſito vno capite Generali vnitæ, nulla eſt ſubſtantialẽ corruptionẽ experta, ſed è contrario oẽs antiquã ſuã ſubſtãtialem naturã retinuerunt, antiquã ſcil. profeſſionem, & obedientiam ſola mutata cuiuſq; Prouinciæ ab vno Generali capite independentia, qua ante vnionem ſingulæ quæq; potiebantur (ſingulos enim Generales habebant ſingulæ, vel ſaltem vni Generali nõ ſuberant omnes) & acquiſita fuit noua quædã dependentia: ſiquidem ad vnum iã reductæ corpus, atque ſub vnũ caput Generale ſubiectæ, ſub eadem ſingulæ (ſubalternata tamen) obedientia permanſerũt: quæ mutatio nõ eſt ſubſtantialis, ſed ſolummodo accidentalis, eodẽque modo facta, quo accideret mutatio in religionibus S. Benedicti, S. Bernardi, aut Canonicorum regularium, quæ in ſingulis Prouincijs ſingulos ſupremos Generales] habent, ſi omnes auctoritate Apoſtolica, ad vnicũ, eumque ſupremum Generalem cognoſcendũ adigerentur. Nulla enim hac vnione ſubſtantialis corruptio, ſeu deſitio fieret, nullius obedi-

 entia,

entia, professiove in alienam professionẽ transiret? sed eadem & religio, eadem omnino eiusdem religionis, atque professionis obedientia (subalternata tamen) perstaret: propterea quod, cum antea singularum præfectos tanquã supremos prælatos quęq; respiceret; modo iam respiceret illos cũ subalternatione ad aliud, eiusdem religionis caput generalius, atque superius.

His, quas diffusè confirmauimus, cõclusionibus perspicuè patefecimus, quàm longè distet à vero, sententia Ioannis Andreæ, quẽ aduersarij antesignanum sequuntur asserentes, vnione ea, quam Alexãder IV. *anno salutis* 1258. perfecit in nouum Eremitarum Ordinem pullulasse, extincto, & abolito eo, qui sub eodem nomine, titulo, & habitu in Ecclesia eousque floruerat. Non est extinctus: non est abolitus, sed ille ipsissimus, qui ante florebat aliarũ cõgregationum, quæ ab eius, veluti ex Troiani equi alueo duces capaci sinu prodierant: accessione auctus, incrementis amplificatus, ac mirabiliter per totum terrarum orbem dilatatus, vnum sub vno Generali capite mysticum corpus grande grandi Augustino aptum effectus, in eadem professione, habitu, & sanctitate perstitit. Quod accipiant Augustiniani filii tam gaudenter, quam scio fore accepturos aduersarios impatienter.

Nos ad eos, qui supersunt libros & gaudẽtes accedamus, & moræ impatientes. Lib.

LIBER VI.

QVOD ORDO EREMITARVM S. AVgustini, qui in Ecclesia Dei nunc temporis efflorescit, esto enim gratis demus non fuisse institutum ab Augustino, tamen à tempore immemoriali ante Magnum Concilium Lateranense sit institutus.

Præfatio.

INgressi in hanc arenam ita cum competitoribus certare decreuimus, vt sæpe liberaliter cum eis agamus, & quod est falsissimum gratis donemus, quo tamen eos in omne, ad quod se lubricè verterint, latus vrgeamus. & appareat eorum vis infirmior, quo fuerit nostra victoria liberalior.

Ac in superiori quidem libro satis (si quid video) euidenter ostendimus Eremitarũ Ordini huic, quem illustrem hodie habet Ecclesia, Magnũ Augustinũ Hipponensem Episcopum suæ institutionis adesse auctorem, id namque omni probationũ, quæ in iure habentur plenissima, commonstrauimus.

Verùm quia litigantium animos alioquin argutos, & perspicaces, solet interdum ipsa rixæ perturbatio hebetare, vt nisi quæ manibus ipsi suis contrectent credere nolint: idcirco, quod est falsissimum, id illis statuimus gratis concedere, huic inquam Ordini Eremitarum non esse parentem, auctoremue suæ institutionis Augustinũ.

tica religione admonenti sit obsequens: at ec-quod nam præstaret obsequium Augustino amplificationem suadente, si facta vnione, Ordinem, quem iri amplificatum rogat, extingueret, & quendam alium ab ipso non inuentum denuo institueret? absit procul (inquam) absit hoc à tam religioso, tamque propenso Augustino præriperet; quàm deferret: inferret iniuriam, non præstaret obsequium.

Discedant igitur aduersarij ab absurdo, & inepto Ioannis Andreæ paradoxo, idque tantum abiecta contentione concedant, quod est omnibus modis verissimum, & in iure notissimum, facta illa per Alexandrum IV. vnione, non euenisse Ordinem nouum, sed antiquum illum, qui multis annorum centurijs in Ecclesia perseuerarat; eo tanto vnionis augmento adauctum, amplificatum, perq; totum terrarum orbem delatum fuisse. Doceant deniq; nobiscum datis manibus vnionem illam non ad posterius vnionis genus, sed ad prius potius esse reuocandam: id quod sequenti conclusione euidentius demonstratum perlegent.

Secunda conclusio: Vnio per Alexandrum Quartum absoluta, quod attinet ad congregationes diuersæ ꝓfessionis, omnino reuocãda est, & reducenda ad prius vnionis genus, ꝙ 4. notabili exposuimus; ei⁹ vnionis dico, quę per initionẽ, cõiunctionemue vni⁹ ad alterũ,

ita vt aliæ congregationes Eremitarum quæ diuersis nominibus, & titulis censebantur Ordini Eremitarum Sancti Augustini antea existenti, & in posterum constaturo, vnitæ fuerint, aggregatæ, & (vt ita loquar) incorporatæ, atque in vnam Eremitani Ordinis, vnde primum exierant professionem coadunatę, atque counitæ.

Hæc conclusio cunctis, qui de hac vnione loquuntur, historicis vnanimi consensu probatur: ad huncenim sensum vnionem illam factam fuisse apertissimis verbis ostendit D. Antoninus 3. *p. tt. 24. ca. 14. §. 3. Erant* (inquit) *tunc temporis in diuersis mundi regionibus, & præcipuè in partibus Thusciæ alij Eremitæ sub diuersis titulis diuersimodè viuentes, quos omnes idem Innocentius Eremitis Sancti Augustini coniunxit, reducens eos ad vnum ouile sub vno pastore.* Inferius autem agens de Alexandro IV. ita subijcit: *Ipse Fratres Eremitas diuersorum Ordinum, quorum quidam Sancti Guillielmi: alij Fratres Ioannis Boni: alij de Bittinis censebantur: hos omnes in vnum redegit, & Ordini Sancti Augustini cum personis, & locis effectualiter incorporauit, ac vniuit, dispensans cum eis super diuersarum professionum, & obseruantiarum ligamine, quibus antea in prædictis vel alijs ordinibus astricti quodammodo tenebantur.* Quibus eisdem penitus verbis B. Iordanus ex proprijs exēplarib⁹. p̃fatā explicauit vnionē *l. 1.* de vitis Fratrum *ca. 14.* Quæ sanè verba quondam

clariora sunt quàm vt nostram, explicationem desiderant, explicare supersedemus.

Eodem quoque modo eandem vnionem explicat doctissimus Illescas *lib.5.* historiæ Pôtificalis *cap. 37. in vita Alexandri IV.* verbis sequentibus: *Confirmauit de nouo Alexander Ordinem Eremitarum S. Augustini, eidemque reuniuit Congregationes fratrum Eremitarum Sancti Ioannis Boni, de Bitinis, & Pænitentia Iesu Christi appellatorum.*

Quam eandem vnionis formam similibus verbis exponunt omnes nostri Ordinis historiographi, Henricus de Vrimaria *in lib.* de Origine Ordinis, Ambrosius Coriolanus *in defensorio Ordinis, & in Chronicis eiusdem, Baptista* Aloüisianus *in Commentarijs eiusdem,* Iosephus Pamphilus Episcopus Signinus *in suis Chronicis,* & denique Hieronymus Romanus: quorum testimonijs, cum sint de re antiqua, & domestica, plena debetur fides, vt patet ex ijs, quæ diximus in *lib.1.cap.8.*

Quem adhuc sensum reddunt verba Bullæ ipsius vnionis, quam Alexander IV. expediuit: sic enim habent: *Cum dilectus filius noster Richardus S. Angeli Diaconus Cardinalis, vniuersas domos, & congregationes Eremitarum prædictorum: quarum quædam S. Augustini; quædam Guillielmi: nonnullæ Fratris Ioannis Boni, aliquæ de fabali: alia de Bittinis censebantur: in vnam Ordinis Fr. Eremitarum S. Augustini pro-*

fessio-

fessionem, & regularem obseruantiam perpetuò de mandato nostro duxerit vniendas. Cuius Bullæ verba fideliter retulit Coriolanus 1. p. defensorij *ad 9. arg. contra 2. veritatem*: eademq; ferè verba ponuntur in alia eiusdem Alex. Bulla ad eundem Richardum directa. *Auctoritate* (inquit) *mandati nostri viuo ad te sermone directi ad id concordi eorundem fratrum, & generalis capituli tunc in vrbe celebriter congregati accedente consensu, vniuersas domos, & congregationes prædictorum fratrum in vnam Ordinis Eremitarum Sancti Augustini professionem & regularem obseruãtiam perpetuo coūnisti.* Hæc Bulla est inserta in alia eiusdem Richardi, quæ in archiuio nostro Olyssipponensi seruatur.

In quo etiam retinetur alia Vrbani IV successoris; quæ ita habet: *Exibita nobis petitio continebat quod dilectus filius noster Richardus S. Angeli Diaconus Cardinalis auctoritate felicis recordationis Alexandri Papæ prædecessoris nostri, viuo ad eum sermone directi, nec non & generalis capituli vestri consensu accedente suffultus, vniuersas domos, & congregationes vestras, in vnam Ordinis Eremitarum S. Augustini professionem, & regularem obseruantiam perpetuò vniuit.* Ex quibus patet Richardum illum Cardinalem omnes congregationes in vnam Ordinis Eremitarum Sancti Augustini professionem conduxisse, hoc est ad vnum Eremitarum Sancti Augustini Ordinem, qui tanquam originarius fluuius vnde cæteræ congregationes emanarunt, in Ecclesia permanebat.

 Nec

Nec verò sine fundamento id : nam qua ratione Sancti Augustini & Eremitarum Ordinem tali vnione extingueret Alexander IV. quem statim erat sub eodem titulo, & nomine, & professione renouaturus ? frustra sanè extingueretur Ordo, vt iterum renouaretur. Nam vel renouatur ille idem numero, qui fuit extinctus, vel alius numero, specieue diuersus: si idem numero, facta vnione redijt, frustra est extinctus: nunquid enim cæteras congregationes ad eundem quis antea permanebat ipso persistente vnire non potuit Summus Pontifex.

Distinctus specie non fuit, nece esse, potuit cum sit eodem titulo, eodem habitu, eodem fine institutus. At si numero diuersus renouatur; quorsum prior extinguitur: nam multitudinem istam tanquam minus necessariam natura respuit, & odit Politica ciuilis.

Concludendum est igitur ex ijs, quæ diximus; cæteras omnes congregationes ad vnum Eremitarum Ordinem fuisse vnitas, illique incorporatas, atq; annexas. Quæ vnionis forma non secundam vnionis speciem, sed primam constituit, vt patet ex ijs, quæ supra notabili 4. diximus ex glossis, & Doctoribus, communiq; interse sententia conspirantibus.

Ex hac verissima cõclusione 1. loco infertur vnionẽ illam non esse accipiendam ad modũ, gene-

generationis, siue mistionis substantialis; quæ, teste Arist. *in lib.* de Generatione, fit ex vnitorum corruptione ad vnam tertiam, ac substantialem formam terminata; sed ad modum potius substantialis nutritionis, quæ fit extensione præcedentis substantialis formę ad materiam cibi, qui in substantiam viuentis conuertitur: id quod contra Canonicos regulares doctissimè olim aduertit Coriolanus noster in suo *Ordinis defensorio*, & nos modo, contra huius temporis competitores volumus esse animaduersum.

Infertur secundo loco, cæteras quidem congregationes, quæ Ordini Eremitarum vnitæ fuerunt, per ipsam vnionem extinctas fuisse quoad titulū, quoad nomen, quoad professionē, obedientiāq;, Ordinē tn̄ Eremitarū S. August. cui illæ fuerūt vnitæ, omnino pstitisse in sua substātia, omnino in sua subsistētia pseuerasse, alijs in ipsū effecta illa vnione cōuersis. Vnionis enim huius generis hic præcipuus, hic proprius effectus est, vt annotauimus supra *notabili* 3. *ex Gloss. in Cap. Et temporis*. 16. *q*. 1. & ex alijs Doctoribus quos ibidem citauimus.

Id quod nō solùm cum iure, sed etiam cum philosophia concorditer recepta verissime cōsonat. Cū iure quidē, quia id deducitur *ex tex. in ca. Recolētes de statu Monachali, & in ca. Quia monasterium Ord.* 2. *de religiosis domibus, & ex* doctrina glossarū, Doctorūq; omniū, quos citauim⁹: illināq;

 mo-

omnes hunc vnioni primę speciei effectum attribuunt, vt quæ alteri vniuntur, ea transeant in naturam, & substantiam eius, cui vniuntur propria substantia, & natura euersa,

Cũ philosophia vero, quia vnio, quæ fit ꝑ nutritionẽ, eodẽ modo fit; cib⁹ enim exuta forma propria, innaturam viuẽtis abit, & trãsit, ita vt anima ad informãdã materiã vniti cibi extẽdatur: vnde & cibus dicitur animali incorporatus.

Eodem igitur modo commemoratæ congregationes amissa propria natura per vnionem illam, incorporatæ sunt Ordini Eremitano, itaut Eremitanus Ordo suam ipsius formam atque professionem ad omnes vnitas cõgregationes substantialiter extenderit; quibus omnibus mirabiliter enutritus, & mirum in modum auctus, ita pertotum orbem terrarũ protensus est; vt Augustinus hac iam se gloria in cælo plurimum efferat, quod non sit, vt antea, corpus monstrosum exilibus membris, & grandi capite malè natum; sed tam illustre in Dei Ecclesia corpus habeat, quod mirificè quadret in caput.

III. conclusio. Vnio illa Ordinis per Alexandrum IV. in toto terrarum orbe perfecta, quod attinet ad ipsum Ordinem Eremitarũ, qui sub titulo S. Aug. siue poti⁹ sub titulo Eremitarũ S. Aug. in Ecclesia Dei p varias orbis partes fusus iã vigebat, nec ad primã potest, nec ad 2. *notabili.* 3.

expli-

explicatā vnionis ſpeciem pertinere. Ad tertiam pertinet, quàm nos eodem notabili appellauimus accidentalem.

Concluſio facile probatur: quoniam nec 1. nec 2 vnionis ſpecies fit ſine alicuius ex vnitis ſubſtantiali corruptione, vt ſupra oſtendimus. Porrò ex prouincijs prædicti Ordinis Eremitani, quæ fuerunt appoſito vno capite Generali vnitæ, nulla eſt ſubſtantialē corruptionē experta, ſed è contrario oēs antiquā ſuā ſubſtātialem naturā retinuerunt, antiquā ſcil. profeſſionem, & obedientiam ſola mutata cuiuſq; Prouinciæ ab vno Generali capite independentia, qua ante vnionem ſingulæ quæq; potiebantur (ſingulos enim Generales habebant ſingulæ, vel ſaltem vni Generali nō ſuberant omnes) & acquiſita fuit noua quædā dependentia: ſiquidem ad vnum iā reductæ corpus, atque ſub vnū caput Generale ſubiectæ, ſub eadem ſingulæ (ſubalternata tamen) obedientia permanſerūt: quæ mutatio nō eſt ſubſtantialis, ſed ſolummodo accidentalis, eodēque modo facta, quo accideret mutatio in religionibus S. Benedicti, S. Bernardi, aut Canonicorum regularium, quæ in ſingulis Prouincijs ſingulos ſupremos Generales habent, ſi omnes auctoritate Apoſtolica, ad vnicū, eumqueſupremum Generalem cognoſcendū adigerentur. Nulla enim hac vnione ſubſtantialis corruptio, ſeu deſitio fieret, nullius obedi-

entia, professiove in alienam professionē transiret? sed eadem & religio, eadem omnino eiusdem religionis, atque professionis obedientia (subalternata tamen) perstaret: propterea quod, cum antea singularum præfectos tanquā supremos prælatos quęq; respiceret; modo iam respiceret illos cū subalternatione ad aliud, eiusdem religionis caput generalius, atque superius.

His, quas diffusè confirmauimus, cōclusionibus perspicuè patefecimus, quàm longè distet à vero, sententia Ioannis Andreæ, quē aduersarij antesignanum sequuntur asserentes, vnione ea, quam Alexāder IV. *anno salutis* 1258. perfecit in nouum Eremitarum Ordinem pullulasse, extincto, & abolito eo, qui sub eodem nomine, titulo, & habitu in Ecclesia eousque floruerat. Non est extinctus: non est abolitus, sed ille ipsissimus, qui ante florebat aliarū cōgregationum, quæ ab eius, veluti ex Troiani equi alueo duces capaci sinu prodierant: accessione auctus, incrementis amplificatus; ac mirabiliter per totum terrarum orbem dilatatus, vnum sub vno Generali capite mysticum corpus grande grandi Augustino aptum effectus, in eadem professione, habitu, & sanctitate perstitit. Quod accipiant Augustiniani filii tam gaudenter, quam scio fore accepturos aduersarios impatienter.

Nos ad eos, qui supersunt libros & gaudētes accedamus, & moræ impatientes. Lib.

LIBER VI.

QVOD ORDO EREMITARVM S. AVgustini, qui in Ecclesia Dei nunc temporis efflorescit, esto eum gratis demus non fuisse institutum ab Augustino, tamen à tempore immemoriali ante Magnum Concilium Lateranense sit institutus.

Præfatio.

INgreßi in hanc arenam ita cum competitoribus certare decreuimus, vt sæpe liberaliter cum eis agamus, & quod est falsißimum gratis donemus, quo tamen eos in omne, ad quod se lubricè verterint, latus vrgeamus. & appareat eorum vis infirmior, quo fuerit nostra victoria liberalior.

Ac in superiori quidem libro satis (si quid video) *euidenter ostendimus Eremitarũ* Ordini *huic, quem illustrem hodie habet* Ecclesia, *Magnũ Augustinũ* Hipponensem *Episcopum suæ institutionis adesse auctorem, id namque omni probationũ, quæ in iure habentur plenissime, commonstrauimus.*

Verùm quia litigantium animos alioquin argutos, & perspicaces, solet interdum ipsa rixæ perturbatio hebetare, vt nisi quæ manibus ipsi suis contrectent credere nolint: idcirco, quod est falsißimum, id illis statuimus gratis concedere, huic inquam Ordini Eremitarum *non esse parentem, auctoremue suæ institutionis Augustinũ.*

 Nihil-

Nihilominus tamen deuincere eundem Ordinem(qualem auctorem obtineat) obtinere illum à tempore multis modis immemoriali: eo quod de prima illius institutione nulla inter homines recordatio extet, nulla vera de illius primo auctore loquatur historia. Ex qua re quantum emolumenti accedat instituto nostro? disputatio in sequenti lib. 7. suscipienda clarius indicabit. Nunc id, quod proposuimus, quanta poterimus diligentia, persequamur.

Capvt I.

Quodnam tempus iuris prudentia appellet immemoriale?

QVæstio proposita, & præsentis instituti fundamentum est, & ad ea, quæ sequenti libro dicenda sunt plurimùm confert. De ea esse videtur inter iureperitos nonnihil controuersiæ, si expendãtur, quæ adducit Antonius Gabriel *lib.* 5. Communium *tt. de præscript. conclus.* 1. *num.* 71. 72. & 73. & quæ latè disputat *Couarruuias in regula possessor.* 2. *p. &* 17. ad finẽ, & Molina *lib.* 2. *de Primogenijs cap.* 6. *& plures alij.*

Sunt enim qui putent tempus centum annorum censeri immemoriale. Quæ est communis opinio teste Curtio Iuniore, qui eandẽ probat *cons.* 90. *n.* 2. Multis etiam citatis Doctoribus esse communem hanc, & veram probat Gabriel *loco citato*. Probat etiam doctissi-

ctiſſimus Luſitanus Aluarus Velaſcus in ſuis conſultationibus *conſult.* 95.*nu.*3. Palaes in tractatu *de maioratu p.*4.*q.*20.*nu.*39. & Maſcardus 2.*vol concl.*1220.*nu.*33.

Verùm quod ad tempus immemoriale nõ ſatis ſint centum anni, ſed maius quoddam ſpatium temporis exigatur, probauit Felinus *in cap. Ad audientiam, & in cap. ſi diligenti, & in cap. Cum nobis de præſcriptionibus.* Matthæus de afflictis, Pariſius, & Ruinus citati à Gabriele ſupra *nu.*71 *in fine.*

Nec ſententia tertia deeſt, quæ aſſerat ad immemoriale tempus aliquãdo ſatis eſſe breuius quoddam ſpatium, quàm ſit centenarium: fuit enim hæc opinio gloſſæ in cap. cum nobis de præſumptionibus ad verb. videtur. Nec diſplicet Felino in dicto cap. *Ad audientiã.* Probauit Alex.*conſ.*208.& deciſio Neapolitana 4.*nu.*22.*in nouis*, Caſſaneus *conſil.* 54. *num.*14. Expreſſit Aymon de antiquit.temp.4.*p. n.*125.

¶ Hæc tamen auctorum Controuerſia facili negotio dirimi poterit, ſi prima huius rei principia diligentius excutiamus In eo quidem omnes conueniunt, vt dicant tempus immemoriale dici cuius memoria, ſiue potius cuius origo non extat, ſiue potius, cuius origo, nimirum quia quando res incæperit prorſus ignoratur iuxta expreſſam definitionem *tex. in l.*2. §. Idem Labeo ait ibi: *Cuius memoria non extat* ff. de aqua pluuię arcenda, *tex. in l.*

Hoc iure §. *ductus aquæ ff. de aqua quotidiana*, *&* *æstiua*, *ibi*: Cuius origo memoriam excesserit.

Ex qua iuris definitione infertur non esse locum tempori immemoriali, quando de illius initio constiterit, etiamsi excedat spatium centum, aut ducentorum annorum, imo annorum mille, vt notabiliter tradit Menchaca de succession. §. 26. *num.* 125. Ancharanus, *consil.* 82. *num.* 7. Couar. *in dicta regula possessor. loco citato* 2. *p.* §. *numero septimo*, ad finem. Latè Molina in dicto *lib.* 2. *cap.* 6. *numero* 65.

Ex quorum resolutione in definitione temporis immemorialis, nomine (Memoria) non est accipienda memoria personalis: quasi illud dicatur immemoriale tēpus, quod maius est, & longè superans præsentium hominum memoriam; quanuis aliunde (ex scripturis. v. g. & historijs) de illius initio constet, sed intelligenda est omnis cognitio, & certitudo hominum.

Ex qua definitionis explicatione secundo etiam loco infertur vbicunque non constiterit de temporis initio, vel quia nulli sunt homines, qui recordentur illius, vel quia nulla ea de re extat aut scriptura, aut historia, id tempus omnino censendum immemoriale esse, quanuis reapse non excedat centenarium, imo nec attingat quidem: etenim

enim in hoc ſpatium temporis, planè & verè quadrat, quod de initio illius nulla memoria extat.

Illud tamen addiderim in hoc euentu, tale tempus ideo cenſeri immemoriale, quia præſumitur excedere centenarium, etenim ſicut iura præſumunt hominis vitam centum annos habere, ſi de morte non conſtiterit iuxta *tex. in l. an vſusfructus ff. de vſufructu, & in l. vlt. C. de Sacroſancta Eccleſia*. Ita ex iuris præſumptione, quando non conſtat oppoſitum, memoria hominis permanere debet vſque ad centum annos.

Qua poſita reſolutione mihi veriſſima (infero) eſſe etiam ſententiam illam veriſsimam, quæ docet ad immemoriale tempus omnino ex iuris præſumptione requiri exceſſum temporis centenarij: tunc enim origo, ſiue initium illius excedit memoriam hominũ, quæ vti diximus vſque ad centum annos fundi ipſo iure præſumitur.

Ex hac reſolutione quod attinet au noſtrum inſtitutum, ego quidem colligo tempus immemoriale inſtitutionis Eremitani Ordinis non poſſe admitti, ſi primam illius Originem ad Auguſtinum in Africa viuentem referre velimus: nam cum conſtet, quo tempore vixerit Auguſtinus, conſtabit vtique ſemper, ꝙ in inſtituendo Eremitano Ordine initium fuerit. Idem quoq; dicemus, ſi quis Eremi-

Eremitani Ordinis institutionem retulerit ad aliquem alium, qui certo aliquo, atq; præfixo tempore nobis non ignoto floruerit, v. g. Si Eremitarum ordo referatur ad B. Guillielmũ vel Aquitanicum, vt referre voluit Naucle-rus vel Parisiensem, vt retulit Bernardus de Bargas: vel denique ad Alexandrum IV. vt aduersarij Joannem Andream secuti contendunt. Iam si nullus Eremitico ordini certus auctor assignetur, nec quo ille tempore in Ecclesia cæperit, ab aduersarijs certò doceatur, cum institutio illius Centenarij temporis limites tam longè transiliat; absque dubio institutionis tempus iure appellabitur immemoriale & hoc illud erat, quod facta hypothesi hic ostendere nitebamur, quanquam ostendere id multò clarius operæ pretium erit.

CAPVT II.

Ordo Eremitarum Sancti Augustini quem hodie habet Ecclesia, institutionem habet antiquiorem Concilio magno Lateranensi celebrato sub Innocentio III. anno Domini 1215.

PRincipio illud ponimus, quod libenter dant aduersarij hunc, quem hodie habet Ecclesia, Eremitanum ordinem, habere institutionem centenaria multò antiquiorem; etenim vel ipsis aduersarijs dictitantibus permanet

manet inde vſque à tempore vnionis per Alexandrum IV. abſolute anno Domini 1258. Vnde dant libentiſſimè Eremitani ordinis inſtitutionem tres annorum Centurias triginta & ſex annos facile ſuperare.

Verum quamuis antiquiorem illi inſtitutionem totis Conentu viribus denegare: nos euidentiſſimè demonſtrabimus Eremitani ordinis inſtitutionem ſuperiorem eſſe Concilio Magno Lateranenſi, quod ſub Innocentio III. fuit peractum anno Domini 1215. vt inde ad immemorialem inſtitutionem recto gradu procedamus.

Atque hoc veriſſimum aſſertum noſtrum imprimis demonſtramus *definitione grauiſſima Concilij Lugdunenſis, quod eſt coactum ſub Gregorio X. anno Domini 1271. A tredecim annis poſt ordinis vnionem auctoritate Alexandri IV. confectam. Quæ definitio refertur *in cap. vnico §. plane verſ.* Cæterum *de religioſis domibus in 6.* ijs inquam verbis: *Cæterum Eremitarum S. Auguſtini, & Carmelitarum Ordines, quorum inſtitutio dictum generale Concilium præceſſit, in ſolido ſtatu volumus permanere.* Cuius argumenti vis vt emineat, ſeque efferat vehementius, aduertendum eſt poſt prohibitionem Lateranenſis Concilij de non inſtituenda religione noua ſine Sedis Apoſtolicæ approbatione plures de nouo ordines ſub titulo Mendicantium fuiſſe inſtitutos; alios quidem

ſine Se-

ſine Sedis Apoſtolicæ auctoritate: alios verò Apoſtolica Sede approbante, vt patet ex dicto *capite* vnico *de religioſis Domibus in* 6. in principio. Priores igitur iubet Lugdunenſe Concilium omnino aboleri & extingui, vt ex præcitato dicti cap. principio liquido patet: poſteriores verò *in* §. 1. ita relinquit vt nullos deinde nouitios ad habitum religionis admittant, vt ita ſenſim progreſſu temporis extinguantur, à quo decreto Concilium in §. *Sane* excipit ordines prædicatorum & Minorum, qui licet, poſt Lateranenſe Concilium inſtituti fuerint, ipſa tamen eorum vtilitas (vt ait Concilium) prohibet eos confirmatos atque commode in Eccleſia permanſuros.

Verum quia in eodem Concilio fuit seriò, & moroſè tractatum de extinguendis compluribus eorum ordinum, quorum etiam inſtitutio dictum Concilium Lateranenſe præceſſerat, vt *gloſſ. ibidem ad verb. ſolido* apertè affirmat? proinde de duobus ordinibus Eremitarum inquam Sancti Auguſtini, & Carmelitarum in eodem Concilio maturius deliberatum fuit, ac tandem in hæc verba concluſum: *Cæterum Eremitarum Sancti Auguſtini & Carmelitarum ordines, quorum inſtitutio dictum generale concilium præceſſit, in ſuo ſolido ſtatu permanere concedimus, donec de ipſis fuerit aliter ordinatum: contendemus enim tam de illis, quam de reliquis non*

mendi-

mendicantibus ordinibus, prout animarum saluti, & eorum statim expedire viderimus prouidere. Ita habetur in originali Bulla eiusdem Gregorij decimi, data Lugduni pridie Kalendas Aprilis, Pontificatus sui anno quarto: hoc est anno Domini 1274. quæ habetur *in libro* priuilegiorum Eremitarum Sancti Augustini *fol. 96. pag.* 2. & refertur à præcitatá *glossa.*

Ex his iam dilucide constat in præcitatis Concilij Lugdunensis verbis sermonem esse de hoc ipso ordine Eremitarum qui hodie in Ecclesia sub præfato Eremitarum titulo floret, & de quo est à nobis inita cum aduersarijs controuersia: & tamen illius ordinis institutionem, explicatis verbis asserit Concilium Lugdunense præcessisse generali Concilio Lateranensi. Non est igitur relictus vllus de nostra conclusione dubitandi locus: nec poterit quis mente sana inficiari Eremitani ordinis institutionem Concilio generali Lateranensi, quod sub Innocentio III. fuit anno Domini 1215. celebratum, esse antiquiorem: quæ est à nobis in hoc capite probanda assertio.

Ex quo fundamento *gloss.* communior, & approbata in dicto §. *sane ad* verbum *præcessit* apertissime colligit decretum Lateranensis Concilij nequaquam extendi ad ordines Eremitarum, & Carmelitarum, ita inquiens: *Præcessit, ergo tangi non debuit*

enim

cum Concilium futura respiciat. Et tamen decretum illud Lateranense extendi ad ordines Prædicatorum,& minorum satis probat *tex. in dicto capite.* vnico§. *Confirmatos:* quia nimirum præfatum Concilium Lateranense eorum institutionem anteiuit.

Hoc vnicum argumentum, vt deessent cætera, foret ad conuincendos aduersarios satis, ac super, nisi Eremitano ordini antiquitas veneranda, inuisa multis & inuidiosa olim foret. Ego sanè miror nostris etiam temporibus doctissimum, multisque nominibus A. suspiciendum Martinum de Aspicueta Nauarrum in Commentario IV. *de regularibus* edito *ad cap. statuimus numero* 9. vim præsentientem propositi argumenti, noua quadam solutione eam eludere conantem: inquit enim illo textu solum probari regulam Augustini ante Concilium Lateranense fuisse institutam: quod vero Eremitarum Sancti Augustini ordo ante illud Concilium fuerit institutus id, (vt ille ait) non euidenter aut necessario efficitur allegatis verbis; sententia enim verborum talis duntaxat est: Regula quæ appellatur Eremitarum Sancti Augustini, Concilium Lateranense præcessit: ex quo non bene infertur (inquit) quod Ordo Eremitarum, cuius illa regula esse dicitur, Concilium prædictum præcesserit.

Nisi me grauissimi patris auctoritas, & ma-
gistri

gistri communis reuerentia deterreret, possem fortasse viri tanti interpretationem illudere: Non illudam equidem: sed quod possum modestè dicere illud solum dicam hac notissimi Magistri solutione, veritatem maximam conciliari Poëtæ dicterio, *Quandoq; bonus dormitat Homerus.* dormitauit hic enim, imò potius arcto correptus somno obdormiuit Homerus, omnium iudicio bonus.

Verum enim verò, in illo textu non de regula Sancti Augustini agitur, sed de ordine, verba textus audi: *Cæterum Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum Ordines.* Iam verò ordo, & regula ordinis, latissimo inter se interuallo distinguuntur: siquidem ordo idem est ac religio, societas, vniuersitas, & Collegium in Dei cultum sub vna regula, vnoque viuendi Canone aggregata; atque inde est, vt sub vna, & eadem regula plures, diuersiq; omnino ordines instituantur, & militent, vt in Ecclesia in regula S. Augustini est perquam notissimũ. Quare nomine ordinis Eremitarum S. Augustini, nequaquam Sancti Augustini regula debet intelligi.

Accedit quod ille textus vno, eodemque loquendi schemate agit de Eremitarum, & Carmelitarum ordinibus. *Cæterum* (inquit textus) *Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum Ordines.* vbi iam Nauarrum licenter interrogo, Vtrum nam textus ille, quod attinet ad Car-

verbis: *Confirmatos autem(scilicet Ordines)per Sedem Apostolicam, post idem tamen Concilium institutos, quibus ad congruam sustentationem redditus, aut possessiones habere professio, siue regula qualibet interdicunt.*

Cum igitur Nauarri interpretatio vitiosam, ac omnino fugiendam vnius, & eiusdem verbi æquiuocationem admittat, fugienda vtique, & omnino releganda est.

Quid? quod eam falsitatis conuincunt verba, quæ ex Gregoriana Bulla, & ex gloss. *in dicto* §. *sanè* superius produximus: *Volumus (inquit) illos ordines in solido statu permanere; donec de ipsis fuerit ordinatum: intendimus siquidem tam de illis, quàm de reliquis non mendicantibus ordinibus, prout animarum saluti, & eorum statui expedire videbimus prouidere.* Agitabat enim sua mente Gregorius Decimus ex ordinibus mendicantibus solos relinquere prædicatores, & minores; ex non mendicantibus verò solum tres, & ita omnes ordines quinario numero definire. Cuius consilium multis modis Ecclesiæ minus commodum Deus suo assistens Pontifici in melius commutauit.

Hoc iam loco Nauarrum doctissimum rursus arcesso, & iure meo interrogo: num nam Gregorius regulam, quę dicitur Eremitarum, pararit extinguere, an potius ordinem ipsum, h.e. religionē? si viueret, & respōdere vellet; nō id criminis (arbitror) Gregorio affingeret, vt

 illum

tum quia nomen ordinis mendicantis non in regulam, ſed in congregationem conuenit; tum quia ſalus,& ſtatus, non regulam, ſed homines ſub regula viuentes reſpicit.

At, confugiunt aliò aduerſarij; & (quod in ſuis cõtra Eremitas allegationibus videre eſt) dictitant ex dicto c. vnico §. ſane in principio, conſtare ordines inſtitutione poſteriores prius fuiſſe, quam ordinem Eremitarum approbatos: & ob id nobis iraſcuntur quod memoratum textum pro probanda inſtitutione noſtri ordinis adducamus.

Verum nos è contrario non poſſumus, non vehementer admirari: qui relicta inſtitutione (de qua nunc ſola agimus) ad approbationem diuertunt. Antiquiſſimam noſtri ordinis approbationem toto iam *lib.* 4. fecimus planam. Quare quod de antiquiori ſui ordinis approbatione iactant, id quam longè diſtet à vero; me polliceor inferius oſtenſurum Nunc ab ab illis enixè peto, vt intra chorum ſaltent, & de inſtitutione ordinis Eremitani ſermonem ſuſtineant. Pro cuius inſtitutionis antiquitate Lugdunenſis Concilij citata verba perpendant, & tunc demum reſpondeant, an ex illis neceſſario inferatur Eremitani ordinis inſtitutio Concilio Lateranenſi prior? quod enim non inferatur, illi ſoli poterunt pro ſua ſapientia nobis oſtendere: ſin verò adeò clarè infertur, vt illationis claritas cuiuslibet inge-

nij aciem vel repugnantem præstringat ad probandam propositam assertionem in hoc capite: nobis tandem concedant ordinem inquam Eremitarum, vt detur non esse ab Augustino, præcessisse Concilio Lateranensi celebrato anno Domini 1215. hac enim assertione concessa iam probabimus ad demonstranda, quæ restant.

Capvt III.

Ordo Eremitarum, si non est ab Augustino institutus immemorialem habet suæ institutionis originem.

ERemitani ordinis institutionem præcessisse Concilio Lateranensi sub Innocentio III. anno Domini 1215. celebrato, apertissimè demonstrauimus capite præcedente; quã tamen conclusionem repetimus, quia futuræ nobis disceptationi peropus erit.

Præcipuam igitur huius totius libri assertionem præsenti capite obtineamus, hoc est ordinem Eremitarum Sancti Augustini habere suæ institutionis originem immemorialem, id est hominum etiam historicorum memoriam superantem, si illius institutio non tribuitur Augustino, cui tamen esse reuera tribuendam fusè demonstrauimus *lib.* 5.

Hæc autem assertio ex 1. huius libri capite satis euidenter deducitur: nam illud tempus immemoriale dicitur, cuius origo, principiũque

que nescitur: at si Augustinus Eremitarum isthunc ordinem non instituit; nec ille Augustini tempore in lucem prodiuit, ostendere quonam tempore, quo auctore incæperit aduersariorum partium est: nam institutionem illius cētenarium annorum excedere, est quàm notissimum. At incæpisse illum ab Alex. 4. anno Domini 1258, (quæ fuit aduersariorum peruicax opinatio) Concilij Lugdunensis definitio in superiori capite explicata non patitur: cum definiat Eremitani ordinis institutionem esse Lateranensi Concilio antiquiorem. Quod profecto confirmat testimonium Antonij Sabellij, dum Enneadis 9. *lib.* 5. *&* 6. ait ætate Innocentij tertij Eremitanum ordinem temporum antiquitate, atque iniuria pene collapsum, auctore Ioanne Bono instauratum esse, qui Ioannes Bonus ad Innocentium III. instaurationem incæpit, & instauratam congregationem ab Eremitano ordine separauit: quę congregatio Ioannis Boni congregatio dicebatur, vt satis patet ex ijs, quæ *libri* 5. *cap. vlt.* explicauimus. Missa facimus testimonio D. Antonini B. Iordani, Iacobi Bergomensis, Gondisalui Illescas, Hieronymi Plati, & aliorum omnium, quos citauimus.

Nec rursus Eremitarum ordo hausit originem à Beato Guillielmo Aquitanico, qui floruit *anno Domini* 1150. quantuuis Nauclerus

teneat pilam. Nam vt latè ostendimus cap. libri superioris 8. B. Guillielmus Eremitarum ordinis in Gallia instaurator extitit, non fundator. Id quod à nobis sic affirmatum obuijs (vt aiunt) vlnis accipiunt aduersarij, ne antiquiorem suo ordine nostram institutionem admittant. Nobiscum etiam vno Nauclero excepto, reliqui historiographi libenter conspirant.

Rogo igitur, Eremitanus ordo æternus fuit? an incæpit ex tempore? si incæpit, quænam illius origo, quod initium temporis? Id, si nec exhibent, nec exhibere aduersarij possunt; & Augustino non concedunt: video equidem, nec verò doleo, in eas angustias compactos homines, concedere vt cõpellantur Eremitarum ordinem, qui in Ecclesia Dei hodie viget, suæ tempus originis omnino immemoriale habere, hominum recordationem superans, & spatijs latissimis plane excedens, quod est argumentum totius libri præsentis. Ex quo, quoniam iam est tam facilè quam feliciter cõcitatũ ad argumentũ adeo lõgè difficilius, atq; nobilius, de approbatione inquam ordinis Eremitarum in sequenti lib. enucleandum felicius accedamus. Et quoniam illud Poetæ hemistichion, *In tenui labor* (vsurpare non possumus; vsurpemus certè quod sequitur) *at tenuis non gloria, si quem Numina læua sinunt, auditque*

voca-

vocatus appollo, quàm Apollo quidem obsurdescat, exaudiat Augustinus.

LIBER VII.

DE LEGITIMA EREMITANI ORDInis per Ecclesiam, sedemque Apostolicam approbatione atque confirmatione.

Procemium.

ET 1. lib. ostendimus, & lib 4. iterum admonuimus, cuiusque religionis essentiam, non institutione sola perfici, sed per legitimam præterea Ecclesiæ auctoritatē factam, institutionis approbationem desiderare. Ea causa est, vt post eam tractationem, quam in quinto & sexto libro de Instauratione Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, qui hodie in Ecclesia hoc titulo, & appellatione potitur, absolutam reliquimus, ad aliam de eiusdem Ordinis legitima approbatione in hoc septimo libro consequenter aggrediamur, vt ita facilè innotescat inde, vsque à quo tempore sit ille inter perfectos, & approbatos per Ecclesiam Ordines connumerandus, ac inde tandem ad metam vltimam ordinatè perueniamus, & excitatam de præcedentiis cum aliis ordinibus controuersiam, in octauo, atque postremo libro definiamus?

Capvt I.

Noster Eremitarum S. Augustini Ordo propter decretum Generalis Concilij Lateranensis nouam ab Apostolica Sede approbationem exigere, nec indiguit nec debuit.

CONcilium Lateranense magnum & Generale dictum sub Innocentio III. celebratum est *anno Domini* 1214. & 1215. Quoniam vero id temporis nimia, siue iam vigentium, siue quotidiè se foras dantium varietas, & turba religionum, non leuem in Dei Ecclesia gignebat confusionem, eapropter in eo Concilio tractatum morosè est de singulis ordinibus iam institutis, vt est testis D. Antonin. 3. *p. historiali tt.* 24. *cap.* 14. §. 3. & ante eum B. Iordanus *lib.* 1. de vitis fratrum. *cap.* 14. instituendis autem vt via intersepta foret, est cordatè vetitũ, ne quis in posterum sine Sedis Apostolicæ cõsensu, & auctoritate nouã institueret religionem: qui autem ad vitam religiosam vellent conuerti, vnam aliquam de approbatis eligerent verba Concilij ita sese habent: *Ne nimia religionum diuersitas grauem in Ecclesia Dei confusionem inducat, firmiter prohibemus ne quis de cætero nouam religionem inueniat, sed quicunque ad religionem conuerti*

uerti voluerit, vnam de approbatis assumat. Similiter qui voluerit religiosam domum fundare, regulam, & institutionem accipiat de approbatis. Lege præcitati Concilij *cap.13.* quod est positum *in capite vlt.* cui initium est. Ne nimia *extra.* de religiosis domibus.

Hoc Concilij Lateranensis decretum continere ius nouum, quod futura duntaxat, non præterita respicit, vel ipsa per se verba apertè significant: *Prohibemus* (inquit) *ne quis de cætero nouam religionem inueniat.* Quid est, *de cætero?* idem quod post prohibitionem hancce; nullus inueniat nouam religionem. Nouam, (inquit, hoc est) antea non institutam, nec eatenus in Ecclesia visam. Vnde quæ religiones ante illam prohibitionem inuentæ erant, & in Ecclesia se pro approbatis gerebant, eas prædicta verba nulla ex parte petunt. Id quod eleganter aduertit *glossa ad verbum præcessit in cap. vnico §. sane de religiosis domibus in 6. Præcessit,* inquit glossa *ergo tangi non debuit, cum concilium (ne nimia) futura respiciat, (ibi) neque de cætero.* Quæ glossæ explanatio probatur idem ab Archidiacono, & Dominic. *numero septimo* Ancharrano, cæterisque communiter ibidem scribentibus. Vnde Concilium addit: *Sed vnicuique qui ad religionem conuerti voluerit, vnam de approbatis assumere liberũ* hoc est assumat aliquam ex illis, quæ iam institutæ sunt, & in Ecclesia pro approbatis habentur.

Qua-

Quare Concilij decretum eas ſolum religiones reſpicit, quæ inpoſterum de integro inueniendæ forent. quæ vero inuentæ iam ſunt, & ab Eccleſia receptæ, illas minime comprehendit.

Quare veriſſimam concluſionem apertiſſimè adhuc colligemus ex progreſſu *tex. in cap. vnico cum ſuis* §. *de religioſis domibus in 6.* in quo repetita Concilii Lateranenſis prohibitione extinguntur illæ religiones, quæ poſt eam ſunt abſque Sedis Apoſtolicæ auctoritate inuentæ. Quæ verò conſentiente Sede Apoſtolica natæ ſunt, & confirmatæ, ab eadem permittuntur quidem permanere, ſed ita tamen, vt neminem deinceps ad habitum religionis aſſumant, exceptis Ordinibus Prædicatorum, & minorum, qui propter maximam ex eis redundantem in Eccleſiam vtilitatem permanere iubentur.

Ordines porrò Eremitarum, & Carmelitarum, quorum inſtitutio præfatum Concilium Lateranenſe præceſſit: quia decreto Concilij (iuridicè loquor) non tanguntur, in antiquo ſuo, ac ſolido ſtatu manere præcipiuntur.

Atque hinc propoſitæ à nobis concluſionis eruitur euidens demonſtratio: etenim decretum illud Concilij Lateranenſis de obtinenda Sedis Apoſtolicæ approbatione, ſolos Ordines poſt eam prohibitionē inueniendos, non vero iam antea inuentos tangit, vt nunc oſten-

ostendimus. At noster Eremitanus Ordo, is, qui in Ecclesia inter quatuor mendicantes hodie floret, præcessit. Concilium Lateranense, quemadmodum Lugdunense postea celebratum concilium asserit, & nos in totis *libris* 5. *&* 6. fusissimè commonstrauimus: inter Ordines etiam per Ecclesiam approbatos enumerabatur, vt ex ipsis testimonijs constat *in cap. Vnico* §. *sane de religiosis in domibus in* 6. Non igitur vi decreti Lateranensis, noua Sedis Apostolicæ approbatione indiguit, sed quam soliditatem ante Concilium Lateranense habuit, in ea permansit, vt satis probat dictum Concilium Lugdunense in dicto *cap, vnico* §. *sane*, ibi: *In solido statu volumus permanere.* quem scilicet ante Concilium Lateranense habebat. De quo plura inferius.

Ex quibus inferimus non solùm esse reijciendos, sed etiam expressi iuris ignorantiæ incusandos, qui ab Eremitano ordine propter Lateranense decretum, nouam Sedis Apostolicæ approbationem efflagitant. Quasi Ordo Eremitanus eo decreto antiquior, decreto quod futura respicit comprehendatur. Quod quam dicatur ineptè, qui prima iuris principia non tenuerit, solus is forsitan non videbit.

* * *

CAP.

cum Concilium futura respiciat. Et tamen decretum illud Lateranense extendi ad ordines Prædicatorum,& minorum satis probat *tex. in dicto capite.* vnico §. *Confirmatos*: quia nimirum præfatum Concilium Lateranense eorum institutionem anteiuit.

Hoc vnicum argumentum, vt deessent cætera, foret ad conuincendos aduersarios satis, ac super, nisi Eremitano ordini antiquitas veneranda, inuisa multis & inuidiosa olim foret. Ego sanè miror nostris etiam temporibus doctissimum, multisque nominibus A . suspiciendum Martinum de Aspicueta Nauarrum in Commentario IV. *de regularibus* edito *ad cap. statuimus numero* 9. vim præsentientem propositi argumenti, noua quadam solutione eam eludere conantem: inquit enim illo textu solum probari regulam Augustini ante Concilium Lateranense fuisse institutam: quod vero Eremitarum Sancti Augustini ordo ante illud Concilium fuerit institutus id, (vt ille ait) non euidenter aut necessario efficitur allegatis verbis ; sententia enim verborum talis duntaxat est: Regula quæ appellatur Eremitarum Sancti Augustini, Concilium Lateranense præcessit: ex quo non bene infertur (inquit) quod Ordo Eremitarum , cuius illa regula esse dicitur, Concilium prædictum præcesserit.

Nisi me grauissimi patris auctoritas, & ma-

gistri

gistri communis reuerentia deterreret, possem fortasse viri tanti interpretationem illudere: Non illudam equidem: sed quod possum modestè dicere illud solum dicam hac notissimi Magistri solutione, veritatem maximam conciliari Poëtæ dicterio, *Quandoq; bonus dormitat Homerus*. dormitauit hic enim, imò potius arcto correptus somno obdormiuit Homerus, omnium iudicio bonus.

Verum enim verò, in illo textu non de regula Sancti Augustini agitur, sed de ordine, verba textus audi: *Cæterum Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum Ordines*. Iam verò ordo, & regula ordinis, latissimo inter se interuallo distinguuntur: siquidem ordo idem est ac religio, societas, vniuersitas, & Collegium in Dei cultum sub vna regula, vnoque viuendi Canone aggregata; atque inde est, vt sub vna, & eadem regula plures, diuersiq; omnino ordines instituantur, & militent, vt in Ecclesia in regula S. Augustini est perquam notissimũ. Quare nomine ordinis Eremitarum S. Augustini, nequaquam Sancti Augustini regula debet intelligi.

Accedit quod ille textus vno, eodemque loquendi schemate agit de Eremitarum, & Carmelitarum ordinibus. *Cæterum* (inquit textus) *Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum Ordines*. vbi iam Nauarrum licenter interrogo, vtrum nam textus ille, quod attinet ad Car-

verbis: *Confirmatos autem(scilicet Ordines)per Sedem Apostolicam, post idem tamen Concilium institutos, quibus ad congruam sustentationem redditus, aut possessiones habere professio, siue regula qualibet interdicunt.*

Cum igitur Nauarri interpretatio vitiosam, ac omnino fugiendam vnius, & eiusdem verbi æquiuocationem admittat, fugienda vtique, & omnino releganda est.

Quid? quod eam falsitatis conuincunt verba, quæ ex Gregoriana Bulla, & ex gloss. *in dicto* §. *sanè* superius produximus: *Volumus (inquit) illos ordines in solido statu permanere; donec de ipsis fuerit ordinatum: intendimus siquidem tam de illis, quàm de reliquis non mendicantibus ordinibus, prout animarum saluti, & eorum statui expedire videbimus prouidere.* Agitabat enim sua mente Gregorius Decimus ex ordinibus mendicantibus solos relinquere prædicatores, & minores; ex non mendicantibus verò solum tres, & ita omnes ordines quinario numero definire. Cuius consilium multis modis Ecclesiæ minus commodum Deus suo assistens Pontifici in melius commutauit.

Hoc iam loco Nauarrum doctissimum rursus arcesso, & iure meo interrogo: num nam Gregorius regulam, quę dicitur Eremitarum, pararit extinguere, an potius ordinem ipsum, h. e. religionē? si viueret, & respōdere vellet, nō id criminis (arbitror) Gregorio affingeret, vt

 illum

tum quia nomen ordinis mendicantis non in regulam, ſed in congregationem conuenit; tum quia ſalus,& ſtatus,non regulam, ſed homines ſub regula viuentes reſpicit.

At,confugiunt aliò aduerſarij; & (quod in ſuis cótra Eremitas allegationibus videre eſt) dictitant ex dicto c.vnico §. ſane in principio, conſtare ordines inſtitutione poſteriores prius fuiſſe, quam ordinem Eremitarum approbatos: & ob id nobis iraſcuntur quod memoratum textum pro probanda inſtitutione noſtri ordinis adducamus.

Verum nos è contrario non poſſumus, non vehementer admirari: qui relicta inſtitutione (de qua nunc ſola agimus) ad approbationem diuertunt. Antiquiſſimam noſtri ordinis approbationem toto iam *lib.* 4. fecimus planam. Quare quod de antiquiori ſui ordinis approbatione iactant, id quam longè diſtet à vero; me polliceor inferius oſtenſurum Nunc ab ab illis enixè peto,vt intra chorum ſaltent, & de inſtitutione ordinis Eremitani ſermonem ſuſtineant. Pro cuius inſtitutionis antiquitate Lugdunenſis Concilij citata verba perpendant,& tunc demum reſpondeant, an ex illis neceſſario inferatur Eremitani ordinis inſtitutio Concilio Lateranenſi prior? quod enim non inferatur, illi ſoli poterunt pro ſua ſapientia nobis oſtendere: ſin verò adeò clarè infertur,vt illationis claritas cuiuslibet ingenij au-

nij aciem vel repugnantem præstringat ad probandam propositam assertionem in hoc capite: nobis tandem concedant ordinem in- quam Eremitarum, vt detur non esse ab Augustino, præcessisse Concilio Lateranensi celebrato anno Domini 1215. hac enim assertione concessa iam probabimus ad demonstranda, quæ restant.

Capvt III.

Ordo Eremitarum, si non est ab Augustino institutus immemorialem habet suæ institutionis originem.

ERemitani ordinis institutionem præcessisse Concilio Lateranensi sub Innocentio III. anno Domini 1215. celebrato, apertissimè demonstrauimus capite præcedente; quā tamen conclusionem repetimus, quia futuræ nobis disceptationi peropus erit.

Præcipuam igitur huius totius libri assertionem præsenti capite obtineamus, hoc est ordinem Eremitarum Sancti Augustini habere suæ institutionis originem immemorialem, id est hominum etiam historicorum memoriam superantem, si illius institutio non tribuitur Augustino, cui tamen esse reuera tribuendam fusè demonstrauimus *lib.* 5.

Hæc autem assertio ex 1. huius libri capite satis euidenter deducitur: nam illud tempus immemoriale dicitur, cuius origo, principiūque

que nesciturːat si Augustinus Eremitarum isthunc ordinem non instituit; nec ille Augustini tempore in lucem prodiuit, ostendere quonam tempore, quo auctore incæperit aduersariorum partium est: nam institutionem illius cẽtenarium annorum excedere, est quàm notissimum. At incæpisse illum ab Alex. 4. anno Domini 1258, (quæ fuit aduersariorum peruicax opinatio) Concilij Lugdunensis definitio in superiori capite explicata non patitur: cum definiat Eremitani ordinis institutionem esse Lateranensi Concilio antiquiorem. Quod profecto confirmat testimonium Antonij Sabellij, dum Enneadis 9. *lib.* 5. *&* 6. ait ætate Innocentij tertij Eremitanum ordinem temporum antiquitate, atque iniuria pene collapsum, auctore Ioanne Bono instauratum esse, qui Ioannes Bonus ad Innocentium III. instaurationem incæpit, & instauratam congregationem ab Eremitano ordine separauit: quę congregatio Ioannis Boni congregatio dicebatur, vt satis patet ex ijs, quæ *libri* 5. *cap. vlt.* explicauimus. Missa facimus testimonio D. Antonini B. Iordani, Iacobi Bergomensis, Gondisalui Illescas, Hieronymi Plati, & aliorum omnium, quos citauimus.

Nec rursus Eremitarum ordo hausit originem à Beato Guillielmo Aquitanico, qui floruit *anno Domini* 1150. quantũuis Nauclerus

teneat pilam. Nam vt latè ostendimus cap. libri superioris 8. B. Guillielmus Eremitarum ordinis in Gallia instaurator extitit, non fundator. Id quod à nobis sic affirmatum obuijs (vt aiunt) vlnis accipiunt aduersarij, ne antiquiorem suo ordine nostram institutionem admittant. Nobiscum etiam vno Nauclero excepto, reliqui historiographi libenter conspirant.

Rogo igitur, Eremitanus ordo æternus fuit? an incæpit ex tempore? si incæpit, quænam illius origo, quod initium temporis? Id, si nec exhibent, nec exhibere aduersarij possunt; & Augustino non concedunt: video equidem, nec verò doleo, in eas angustias compactos homines, concedere vt cōpellantur Eremitarum ordinem, qui in Ecclesia Dei hodie viget, suæ tempus originis omnino immemoriale habere, hominum recordationem superans, & spatijs latissimis plane excedens, quod est argumentum totius libri præsentis. Ex quo, quoniam iam est tam facilè quam feliciter cōcitatū ad argumentū adeo lōgè difficilius, atq; nobilius, de approbatione inquam ordinis Eremitarum in sequenti lib. enucleandum felicius accedamus. Et quoniam illud Poetæ hemistichion, *In tenui labor* (vsurpare non possumus; vsurpemus certè quod sequitur) *attenuis non gloria, si quem Numina læua sinunt, auditque voca-*

vocatus appollo, quàm Apollo quidem obsurdescat, exaudiat Augustinus.

LIBER VII.

DE LEGITIMA EREMITANI ORDINIS per Ecclesiam, sedemque Apostolicam approbatione atque confirmatione.

Procœmium.

ET 1. lib. ostendimus, & lib 4. iterum admonuimus, cuiusque religionis essentiam, non institutione sola perfici, sed per legitimam præterea Ecclesiæ auctoritatē factam, institutionis approbationem desiderare. Ea causa est, vt post eam tractationem, quam in quinto & sexto libro de Instauratione Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, qui hodie in Ecclesia hoc titulo, & appellatione potitur, absolutam reliquimus, ad aliam de eiusdem Ordinis legitima approbatione in hoc septimo libro consequenter aggrediamur, vt ita facilè innotescat inde, vsque à quo tempore sit ille inter perfectos, & approbatos per Ecclesiam Ordines connumerandus, ac inde tandem ad metam vltimam ordinatè perueniamus, & excitatam de præcedentiis cum alijs ordinibus controuersiam, in octauo, atque postremo libro definiamus?

Capvt I.

Noster Eremitarum S. Augustini Ordo propter decretum Generalis Concilij Lateranensis nouam ab Apostolica Sede approbationem exigere, nec indiguit nec debuit.

Concilium Lateranense magnum & Generale dictum sub Innocentio III. celebratum est *anno Domini* 1214. & 1215. Quoniam vero id temporis nimia, siue iam vigentium, siue quotidiè se foras dantium varietas, & turba religionum, non leuem in Dei Ecclesia gignebat confusionem, eapropter in eo Concilio tractatum morosè est de singulis ordinibus iam institutis, vt est testis D. Antonin. 3. *p. historiali tit.* 24. *cap.* 14. §. 3. & ante eum B. Iordanus *lib.* 1. de vitis fratrum. *cap.* 14. instituendis autem vt via intersepta foret, est cordatè vetitũ, ne quis in posterum sine Sedis Apostolicæ cõsensu, & auctoritate nouã institueret religionem: qui autem ad vitam religiosam vellent conuerti, vnam aliquam de approbatis eligerent verba Concilij ita sese habent: *Ne nimia religionum diuersitas grauem in Ecclesia Dei confusionem inducat, firmiter prohibemus ne quis de cætero nouam religionem inueniat, sed quicunque ad religionem conuerti*

uerti voluerit, vnam de approbatis assumat. Similiter qui voluerit religiosam domum fundare, regulam, & institutionem accipiat de approbatis. Lege præcitati Concilij *cap.13.* quod est positum *in capite ult.* cui initium est. Ne nimia *extra.* de religiosis domibus.

Hoc Concilij Lateranensis decretum continere ius nouum, quod futura duntaxat, non præterita respicit, vel ipsa per se verba apertè significant: *Prohibemus* (inquit) *ne quis de cætero nouam religionem inueniat.* Quid est, *de cætero*? idem quod post prohibitionem hancce; nullus inueniat nouam religionem. Nouam, inquit, (hoc est) antea non institutam, nec eatenus in Ecclesia visam. Vnde quæ religiones ante illam prohibitionem inuentæ erant, & in Ecclesia se pro approbatis gerebant, eas prædicta verba nulla ex parte petunt. Id quod eleganter aduertit *glossa ad verbum præcessit in cap. vnico §. sane de religiosis domibus in 6. Præcessit,* inquit glossa *ergo tangi non debuit, cum concilium (ne nimia) futura respiciat, (ibi) neque de cætero.* Quæ glossæ explanatio probatur idem ab Archidiacono, & Dominic. *numero septimo* Anchar-rano, cæterisque communiter ibidem scribentibus. Vnde Concilium addit: *Sed vnicuique qui ad religionem conuerti voluerit, vnam de approbatis assumere liberũ* hoc est assumat aliquam ex illis, quæ iam institutæ sunt, & in Ecclesia pro approbatis habentur.

Qua-

ostendimus. At noster Eremitanus Ordo, is, qui in Ecclesia inter quatuor mendicantes hodie floret, præcessit. Concilium Lateranense, quemadmodum Lugdunense postea celebratum concilium asserit, & nos in totis *libris* 5. & 6. fusissimè commonstrauimus: inter Ordines etiam per Ecclesiam approbatos enumerabatur, vt ex ipsis testimonijs constat *in cap. Vnico* §. *sane de religiosis in domibus in 6.* Non igitur vi decreti Lateranensis, noua Sedis Apostolicæ approbatione indiguit, sed quam soliditatem ante Concilium Lateranense habuit, in ea permansit, vt satis probat dictum Concilium Lugdunense in dicto *cap, vnico* §. *sane*, ibi: *In solido statu volumus permanere.* quem scilicet ante Concilium Lateranense habebat. De quo plura inferius.

Ex quibus inferimus non solùm esse reijciendos, sed etiam expressi iuris ignorantiæ incusandos, qui ab Eremitano ordine propter Lateranense decretum, nouam Sedis Apostolicæ approbationem efflagitant. Quasi Ordo Eremitanus eo decreto antiquior, decreto quod futura respicit comprehendatur. Quod quam dicatur ineptè, qui prima iuris principia non tenuerit, solus is forsitan non videbit.

* *
*

CAP.

CAPVT II.

Noster Eremitanus Ordo, suæ institutionis initio non indiguit approbatione Sedis Apostolicæ; imo, vt legitimè approbatus per Ecclesiam diceretur ordinaria Episcopi approbatio tunc satis erat.

NOn solùm non indiguit noster Eremitanus Ordo noua Sedis Apostolicæ approbatione post decretum Concilij Lateranensis vt superius ostendimus: sed ne sub primam quidem sui institutionem; opus habuit approbatione Apostolicæ Sedis quippe cui satis tunc erat, ordinaria Episcoporum expressa, vel, etiam tacita approbatio, vt legitimè approbatus per Ecclesiam diceretur. Hæc conclusio non obscurè probatur doctissimo Bellarmino *lib.*2: de monachis *cap.*4 in hæc verba: *Porro ante definitionem Lateranensis Concilij liberum erat cuique nouam instituere religionem, nec ad hoc necessaria erat Summorum Pontificum approbatio: etenim Antonius: Basilius, Augustinus, & Benedictus auctores fuerunt religionis: qui tamen non leguntur ab aliquo summo Pontifice quæsiuisse religionis à se institutæ approbationem; quia nimirum nondum extaret ius Ecclesiasticum id præcipiens.* Ante Bellarminum id etiam disertis verbis scripsit Thomas Trugillus in sui Concionatorum thesauri *tomo* 2. in sermone Sancti Augustini dum ita inquit: *Approbatio*

B.Va

B. Valerius Episcopus eam religionem, & institutum, sicut olim fieri solebat, vt singuli Episcopi in sua Diœcesi approbarent instituta ipsorum religiosorum: sic enim primùm ordo B. Basilij, & Benedicti approbatus fuit.

Ijsdem verbis hispanè tamen loquentibus id ipsũ asserit Alfõsus de Villegas 1. *tom. sui sãcto. ralis* in vita S. Augustini. *Approbauit S. Valerius illum viuendi statum (agit de Ordine Eremitarum) qui modus eo temporis erat in vsu, vt Antistites, eos approbarent aut reprobarent ordines, quos suis Ecclesiis vtiles, aut inutiles censerent: quo approbandi modo, steterunt in suis principiis Sancti Basilij, & Benedicti Ordines.*

Ante eos idem nos docuit ante ducentos annos B. Iordanus *lib.* 1. de vitis fratrum *cap.* 19. dum ita scribit: *Augustinus confirmationem sui ordinis à Sede Apostolica non impetrauit; contentus auctoritate ordinaria in diœcesi sua: non enim illo adhuc tempore vsus inoleuerat Sedem Apostolicam circa talia occupari; quia nulla fuit adhuc prohibitio vel restrictio, de ordinibus instituendis, sed quilibet liberè Deo seruiuit sicut libuit:* & alia plura in hanc sententiam valde accommodata.

Idem docuit M. Antonius Salernitanus in annotationibus ad idem caput B. Iordani talibus verbis: *Liber, antea erat cuiq; regulariter viuendi modus: sed quia nimia hæc religionum diuersitas grauem in Ecclesia inducebat confusionẽ, statutũ est in magno Lateranensi Concilio sub Innocentio III. anno Domini*

1215

1215. *ne quis de cætero nouam religionem instituerent.*

Ambrosius etiam Coriolanus in suo Ordinis defensorio, & Hieronymus Romanus in defensorio etiam suo, & Centuria 1. *ad annum* 391.&392.in eãdem etiam sententiã descẽdũt.

Sed adhuc statuta Conclusio euidenter demõstrari ad hunc modum potest: Illa Lateranensis Concilij prohibitio de non inueniendo nouo Ordine absq; Sedis Apost. cõsẽsu, cõtinet ius nouum; quòd duntaxat extenditur ad religiones consequentibus seculis inueniendas, vt patet ex illis verbis: *Ne quis de cætero nouam religionem inueniat*; & nos latè ostendimus cum glossa, & communi sententia Doctorum *c. præcedenti*: ergo ante prohibitionem, ac illam definitionem nequaquam erat necessaria Sedis Apostolicæ consensio, ad legitimam institutæ religionis approbationem, vt ex glossa *in cap. vnico* § *sane ad verbum præcessit*, & ex Doctorum communi sententia ibidem *de religiosis domibus in 6.* satis confirmatur, id quod nos etiam latissimè ostendimus in huius tractationis *libri primi cap. 3.* vbi citatis pluribus iuribus, & exemplis, communique Ecclesiæ consuetudine allegata probauimus, ad diæcesanos antequam Lateranense Concilium Sedi Apostolicæ iustis de causis id reseruasset iure communi pertinuisse approbationem religionis in suis Diæcessibus institutæ. Cũ igitur cõstet ex dictis

in

in *l.5.& 6.*imo ex Cõcilio Lugdunenſi in dicto *c. vnico* §. *ſanè de relig. domibus in 6.* inſtitutionem Ordinis Eremitani præceſſiſſe Concilio Lateranenſi, legitima vtique ratiocinatione concluditur Eremitanum Ordinem, quando primum fuit inſtitutus, quò eſſet legitimè approbatus, non indiguiſſe Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & conſenſu, ſed ſatis ad id fuiſſe conſenſum, & auctoritatem Epiſcoporum, in quorum diæceſibus Ordo ille primum exoriebatur. quod rurſus libro ſequenti inculcabimus, additis nonnullis explicationibus ad rei iſtius explanationem non parum conducentibus.

Ex hac veriſſima, & euidentiſſima deciſione illud colligimus, quod animaduertendum ab omnibus eſſe optamus, non eſſe ſatis in iure verſatos: quid verſatos dico? cum potius in iure lapſos appellare liceat, quotquot Apoſtolicam, & Pontificiam noſtri Eremitani Ordinis confirmationem, à nobis ad illius validitatem exigunt. Non quod eam confirmationem Eremitanus Ordo non habuerit; (de quo non pauca poſt paululum) ſed quod ad legitimam ſui approbationem nuſquam fuerit ei neceſſaria.

Capvt III.

Præsens Eremitanus Ordo fruitur approbatione, ac confirmatione eâdem, quam in Africa obtinuit P. Augustinus, qui illum primum instituit.

APprobationis per Apostolicam sedem faciendæ necessitatem negabant conclusiones binæ, quarum veritatem superioribus capitibus duobus ostendimus: approbationem tamen Eremitici Ordinis non aperiebāt. Quare agendum est cōsequenter, de legitima approbatione illius; id verò facimus hac conclusione proposita. Eremitanus hic Ordo noster fruitur approbatione, ac confirmatione eâdem, quam in Africa obtinuit Pater Augustinus, à quo illum tempore primum instituit.

Conclusio sibi vnum quiddam vendicat & inquirit in altero, vendicat sibi hunc ipsum nostrum Ordinem Eremitarum fuisse viuente, & id curante Augustino in Africa approbatum: inquirit autem, an eadem ipsa approbatione hodie perfruatur.

Quod sibi vendicat, id explanatum fusissimè est *lib*:4. & 5. Quod inquirit id vera ratione isthac euidentissima demonstratur: quoniā

vnus

vnus,& eidem Ordo semel per Ecclesiam legitimè approbatus, vt approbetur iterum nequaquam indiget, sed prima approbatione legitimè obtenta, semper censetur legitimè approbatus, & confirmatus, id quod admodum clarè probat recepta praxis, non solum in approbatione religionum, sed etiam in electionibus, atque confirmationibus, & institutionibus beneficiorum. Nec enim, qui semel cõfirmatus est in beneficio, aliam vnquam postea confirmationem requirit: nec semel approbata religio, aliam vnquam approbationẽ tanquam necessariam postulauit: Sed Ordo Eremitarum Sãcti Augustini, Augustino adhuc inter mortales agente, fuit legitimè per Ecclesiam approbatus, non solum ordinariâ diæcesanorũ, sed etiam Sedis Apostolicæ auctoritate expressa, quemadmodum in *lib.* 4. non confirmauimus solùm, sed etiam demonstrauimus. Deinde verò in *lib.* 5. sequenti exploratũ effecimus, istum qui hodie floret, Eremitarum Ordinem, ab illo, quẽ Augustinus in Africa instituit, perpetua serie, tractuque continuo deriuatum esse, atque deductum, ita vt Augustinus huius ipsius sit fundator verus, legitimusque parens, & institutor: ergo approbatione eâdem, qua fuit Augustini tempore confirmatus, hodie etiam permanet approbatus. Vnde non est quod aliam ille approbationem, aut ab Ordinarijs locorum, aut à

Sede Apostolica debuerit vnquam ad sui validitatem requirere.

Proposita sanè conclusio non potest non omnino concedi ab ijs, qui duas hasce propositiones concesserint: Augustinum præsentis Eremitani Ordinis fuisse verum parentē. Augustinum adhuc inter mortales agentem Ordinis à se instituti legitimam approbationem & tribuisse per se, & ab alijs maioribus obtinuisse: at ambæ propositiones hæ sunt in 4. & 5 *libro* planissimè demonstratæ.

Verum si cuiusquam in animo tam altas egit radices opinio præconcepta, vt eum adhuc de legitima, quam Augustinus obtinuit, Eremitani Ordinis approbatione dubitare cogat; huic nos eiusdem Ordinis approbationem ex ipsa diuturna per duodecim inquam secula approbationis possessione, iuxta receptissimas iuris regulas euidentissimè demonstrabimus.

Etenim ex diuturna rei possessione, secundum verissimas Iurisperitorum regulas præsumitur, & probatur titulus iuxta *tex in Clem.* 1. Vt lite pendente: quem ad id singularem vocat Barbatia *consil.* 72. *vol.* 3. Melior *tex. in cap.* peruenit (*Ord.* 4.) *de emptione, & venditione* iuxta intellectum glossæ ibi ad verbum *fatigari*. facit tex. *in c. illa dist.* 12. iuxta gloss. ibi ad verbum *Intelligi*, quē etiam citat glossa ad verbū *offerre in c. dilectio tua.* 16. *q.* 3. tex. optimus in *l. Cum de in*

rem

rem verso ff. de vsuris, & in l. quædam mulier (ord. 77) ff. de rei vendic. vbi glossa ad verbum (*sufficiebat*) Annotarunt communiter Doctores, quos fusè satis refert Mascardus 1. *vol. concl.* 1. *à nu.* 6 *& concl.* 417. *& concl.* 591. *num.* 203 *&* 2. *vol. concl* 1377 latè Panor. in cap. *Nihil. col. finali de Elect.* & alij.

Ex qua communi resolutione, & regula præ citati ferè omnes Doctores inferunt, satis esse Abbati siue beneficiario, si diuturnam Abbatiæ possessionem probet, vt censeatur Canonicum Abbatię titulum à principio pręcessisse. Vnde nec teneri ad titulum exhibendum consequenter addunt. Idem similiter profitentur de Clerico existente in diuturna possessione clericatus, siue presbyteratus.

Ex diuturnitate etiam temporis, si electus diu possiderit præsumitur præsumptione iuris à principio legitimam habuisse confirmationem, vt docet Baldus *in cap. ex parte num.* 2. de testibus.

Ex eadem etiam temporis antiquitate, licet non sit immemorialis, præsumitur interfuisse Summi Pontificis confirmatio, quando illa ad actus firmitatem necessaria erat, vt docet Baldus vbi supra, & cum eo Aymon de antiquitate temporis *fol.* 126. Mascardus *vol.* 1. *concl.* 404. *n.* 3.

Ob hanc etiam rationem sustinetur testamentum Cardinalis antiquum, quod alias

sine auctoritate Papæ non valebat: præsumitur interfuisse illa, vt consultus respondit Aretinus *consil.36.*

Dispensatio etiam Summi Pontificis præsumitur in vnione beneficiorum, quæ alias erunt incompatibilia, vt Canonistæ loquuntur, sicut respondit Ancharranus *consil.262.* Cardinalis & alij *in Cap. Requisisti de testamentis*, Mascardus *2.vol.concl.1329.nu.7.8.9. & 14.*

Si hæc vera sunt, sunt autem ea quam verissima, & absque vlla dubitatione receptissima; quis iam, non dico iuris sciens, sed vel maximè rudis dubitare queat de titulo Eremitani ordinis à principio institutionis suæ, hoc est de approbatione ordinis, quæ cuique religioni proprius est titulus ac legitimus? Nec enim de perpetua ab Augustini ætate vsque ad nostra tempora sese fundante approbationis possessione dubitabit, qui hunc ordinem ad Augustinum retulerit, cum quo hominum genere solùm agimus in hoc capite. Etenim quod religio Eremitarum statim ab Augustini tempore pro legitimè approbata se gesserit? id sanè solennis illius ordinis professio, toties ab Augustino suis Eremitis, & monachis inculcata ostendit.

At, quod ab Augustino vsque ad Lateranense Concilium sub Innocentio III. celebratum, idem ordo inter ordines per Ecclesiam appro-

approbatos ſemper habitus, & innumeratus fuerit, ſolenniſq; ſemper extiterit in illo ordine toto illo tempore emiſſa profeſſio, ſatis euidenter oſtendunt, quæ *lib.* 5. diximus de B. Guillielmo, de B. Ioanne Bono, alijſque ibidem allatis.

Porro in Concilio Lateranenſi, & toto progreſſu temporis eundem Ordinem Eremitarũ fuiſſe ſemper in Eccleſia legitime receptum, & approbatum, ex ijs, quæ ſtatim ſubijciemus, apertum euadet.

Itaque poſſeſſio per ſecula duodecim cõtinuata, nec vllo vnquam tempore addubitata pro Canonico Eremitani Ordinis titulo in iure pugnat, illiuſq; approbationem, legitimè factam, pręſumptione iuris euidenter inducit: quin potius legitima præſcriptione acquirit: etenim ſpatium centum annorũ titulũ iuris patronatus, Eccleſiæq; fundationẽ inducit ex definitione Rotæ 213. in antiquis vbi latè ſcribit Puteus, & Zazius *deciſione* 68. quos refert, & probat Maſcardus *vol.* 10 .*concl.* 103. *n.* 3.

Porro approbationis, & confirmationis titulum præſcribi poſſe à religione, quæ tempore debito (maxime ſi centenoricum excedit) ſe pro approbata, & confirmata vbique, & in rebus omnibus pacificè gerit, nos latè oſtendimus *libri primi*, *capite quarto*, vbi quæ fusè diximus, ſunt relegenda. Videnda etiam ſunt quæ de poſſeſſione immemoriali,

quam suæ approbationis habet Eremitanus ordo, inferius dicemus latissimè. Nam etsi initium institutionis ad Augustinum referamus, quando tamen Eremitanus ordo possessionem approbationis inchoauerit, ecquis agnouit? sed de his suo loco plura.

Et hæc quidem satis illi fore iudico, qui ordinem Eremiticum ad Augustinum tanquã ad primum institutorem retulerit. Si quis tamen obstinatione quadam sententiæ non retulerit; is in sequens caput vel pugnaci (si volet) animo legat.

CAPVT IV.

Præsens Eremitarum Ordo, vt ab Augustino non sit ortu, ipse tamen suæ institutionis immemoriali possessione, censetur per Apostolicam Sedem legitimè approbatus.

NAm vt aduersarijs id, quod est longè falsissimum, liberaliter demus; nostrũ inquam Eremitarum ordinem non ab Augustino auctore defluere; adhuc enim euidentissimè ostendemus ob suam immemorialem diuturnitatem seruatis iuris regulis, esse censendum per Sedem Apostolicam approbatũ. Vt enim hic ordo non sit ab Augustino: longè tamen est antiquior, longeq; superior Concilio Magno Lateranensi sub Innocentio III. celebrato *ad annum* 1215. sicut huius libri

cap.

cap.7. clare deduximus ex Concilio Lugdunensi *in cap.* vnico § *sane de religiosis domibus in 6.* Non iam igitur aduersarij vel cum Bernardo de Bargas ad Guillielmum Parisiensem, vel ad Alexandrum IV. cum Ioanne Andrea tanquam ad primum huius ordinis institutorem recurrant: siquidem vixit vterque post præfatum Concilium Lateranense.

De auctore igitur huius Eremitani ordinis ante Concilium Lateranense, ego aduersarios, quo possum iure percontor: si cum Nauclero volunt B. Guillielmum Aquitanicum esse huius ordinis primum auctorem: illi quidem, vt latè iam ostendimus, hallucinantur: sed nos id quod volumus, vel illis errantibus obtinemus, ordinem inquam isthunc Eremitarum ante Concilium Lateranense fuisse per Ecclesiam auctoritate Sedis Apostolicæ approbatũ. Etenim B. Guillielmus Aquitanicus, quam fecit Eremitani ordinis institutionem, eam fecit approbantibus, & confirmantibus Anastasio IV. & Adriano IV. Summis Põtificibus, vt est omnium historicorum cõmunis, celebrisq; narratio, & à nobis proposita *in libri 5. c. 4. ad annum* 1140. Cuius approbationis literæ bullatæ, atque authenticæ seruantur Parisijs in tabulario monasterij nostri. Quanquam, vt non superessent illæ, non essent magnopere necessariæ: cum omnes historici quos citauimus eius confirmationis testimonium proferant.

Quid, quod diuturna quingentorum ante Concilium Lateranense annorum possessio; & ab eo Concilio vsque ad nostra tempora annos circiter quadringentos sine interruptione extensa, efficit præcitatæ confirmationis probationem iuridicam? cum ea quæ superiori capite ex receptissimis iuris regulis copiose adduximus, illam confirment.

Quod si ad B. Guillielmum Aquitanicum tanquã ad primũ Eremitani ordinis originẽ nõ confugiunt; primum huius ordinis auctorem, qui Concilium Lateranense præcesserit, quæso designent. Si non designant, videant in quos se laqueos inducunt. Nam huius ordinis institutionem eam quam nos in *lib.6* latissimè cõfirmauimus illicò fateri & probare cogũtur.

Porro vero immemoriali huius ordinis ante Lateranense Concilium institutione admissa, nunquid legitimam eidem ordini approbationem à prima sui institutione affuisse ambigere possunt? quod si ambigunt illi non ambigunt certè vtriusque iuris interpretes dũ communi calculo docent tempus immemoriale præsumptione iuris & de iure secum adducere, vt omnia, quæ ad actus firmitatem postulantur in iure statim à principio interuenisse credantur, consensum dico superioris & auctoritatem, siue confirmationem si illa opus erat: id quod nos latè ostendimus *libri primi cap.* 4. in tertio approbationis modo; vbi omnia

omnia vide si placet: tantum enim auctoritatis iura deferunt antiquitati, vt teste etiam Cicerone *in lib. de legibus*, & *lib. de oratore* eam doceat proximè ad Deos accedere; scilicet vt quemadmodum Deus perfecta omnia, suisque numeris absoluta molitur (vnde illa Moysis vox est: Dei perfecta sunt opera) sic ipsa antiquitas pellat omnem defectionem, omnem è contrario perfectionem in antiquum actum inducat. Id quod docuère *dec. cons.* 199. *n.*3. *& consil.*373. *n.*3. *& consil.* 222. *n.*6. Succinus iunior *consil.*16. *vol.*1. Afflictis *decisione* 305. *n.*13. *& decisione* 251. *n.*6. Marsil. *singulari* 323. Cotta in suis memorialibus. *verbo, antiquitas*, Rolandus *Consil*, 99. *n.*24. *vol.*2. Alex. *Consil.* 78. *vol.*2.

Ob quam etiam rationem antiquitas ipsa habetur in iure pro veritate, quæ diuini numinis est in diuina excellentia, vt docet *gloss. in* 1. *ad verbum* & sic consuetudo C. *de seruitute*, *& aqua pluuia arcenda*, & Bal. *in cap.* Cum causam *n. de probationibus*, & Alex. alijque relati per Gabrielem inter communes *tt. de præscriptionibus conclusione* 1. *n.*80.

Ipsa igitur Eremitani ordinis suspicienda canities, ex immemorialis temporis diuturnitate prouenient, nescio quid diuini in eodem ordine latitare innuit; quod nullũ firmitudinis defectũ patiatur inesse: omnes quoq; necessariæ perfectionis numeros ita cõfirmat, vt quãcũq; de opposito formidinẽ adimat, suspicio-

nem,

nem euellat, præsumptionem extirpet. Quam enim hominum ætatibus auctoritatem senectus, eam ordinibus antiquis venerationem conciliat; quæ auctore Calcagnino. *in lib.* de Imitatione in rebus conciliat gratiam. Atque hanc Eremitanus Ordo sibi apud Deiparam Virginem perfectissimè conciliauit, dum titulo Eremitarũ Sancti Augustini, titulum Virginis de Gratia coniunctum obtinuit. Eandem gratiam apud omnes ordines hic ordo Conciliauit, facile omnes perferẽs, ac patiens: cum quibus est vtcumq; vna, his sese dedens: aduersus nemini: nunquam se præponens vlli, ita vt facillimè, sine inuidia laudem inueniat, & amicos paret; quid autem mirum, si à tam copioso numero vnum excipias?

Igitur quod initio constituimus iam tandem obtineamus, Eremitano ordini (vt ab Augustino non sit) ipsam immemorialem institutionem legitimam, approbationis titulum nõ solum ab ordinarijs, sed etiam à Sede Apostolica impetrauisse, dum nimirum ipsa immemorialis possessio iuris auctoritate, pro Sedis Apostolicæ approbatione sufficitur, & pro literis bullatis approbationem Apostolicam continentibus subrogatur, vt in simili euentu consultus respondit insignis Nauar. *l.3. consil.* 11. *sub. tt. de Regularibus n.* 4. Quod enim principis gratia indulto, & priuilegio concedi potest, hoc cõsuetudo, & possessio (maxime si

est ini-

morialis) titulo præscriptionis inducit. Textus est in iure notissimus in *L. Hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotidiana, & æstiua*, *& in l.* super quibus *§. præterea ff. de verborum signific.* docet Nauar. in dicto *consil.* 11. *n.* 4. Quid plura? res est in iure decantatissima.

CAPVT V.

Fuisse Eremitarum Ordinem ante Concilium Lateranense sub Innocen. III. per Ecclesiam legitimè approbatum, deducitur ex Concil. Lugdunensi in cap. vnico §. sane de relig. domibus in 6.

VNica præcedentis articuli demonstratio satis esse deberet ad constabiliendam Eremitani Ordinis per Apostolicam Sedem approbationem. Sed rem certissimam multis modis illustrem reddamus.

Et in primis quod Eremitanus Ordo fuerit per Ecclesiam legitimè approbatus ante Lateranense Magnum Concil. sub Innocen. III. volumus esse deductum ex definitione Lugdunensis Concilij celebrati *anno salutis* 1271. sub Gregorio X. scripta *in ca. vnico §. sane*, vers. *Cæterum de relig domibus in 6. Cæterum* (*ait Concilium*) *Eremitarum Sancti Augustini, & Carmelitarum Ordines, quorum institutio dictum Concilium generara-*

nerale præcesſit, in ſuo ſolido ſtatu volumus permanere. Ex quibus verbis, cum iam in *lib. 6.* inſtitutionem Eremitani Ordinis eſſe Concilio Lateranenſi antiquiorem demonſtrauerimus, nunc eiuſdem Ordinis approbationem præfato Concilio anteiuiſſe demonſtrabimus, ex illis, & illis inquam verbis: *In ſolido ſtatu volumus permanere.*

Vt argumenti vis magis eniteſcat, aduertimus in eodem Lugdunenſi Concilio de compingendis in quendam certum numerum cunctis Ordinibus fuiſſe diu, multumque pertractatum; vt patet ex verbis, quæ in originali Bulla mox ſequuntur, & referuntur *à gloſſ. in dicto §. Cæterùm ad verbum* (ſolido) quæ ita habent: *In ſuo ſtatu volumus permanere donec de ipſis fuerit ordinatum: intendimus ſiquidem tam de illis, quàm de reliquis etiam non mendicantibus Ordinibus, prout animarum ſaluti, & eorum ſtatui expedire videbimus prouidere.* Addit Gloſſa hæc etiam verba: *Et dicebatur quod Gregorius nolebat aliquem mendicantium dimittere, niſi prædicatores, & minores, de non mendicantibus tres, Ciſtercienſem, Ordinem nigrorum, & de Templarijs & Hoſpitalarijs vnum Ordinem facere.* Deliberatum igitur fuit in Concilio Lugdunenſi de extinguendis Ordinibus Eremitarum Sancti Auguſtini, & Carmelitarum, definitum enim ea de re fuit nihil; quia ad hoc erat opus Conſilio diligentiori, & Deus Vicario ſuo aſſiſtens mentem illi meliorem af-

ſtatu-

ſtaturus erat. Vnde interim in Concilio fuit hoc tantummodo definitum, vt duo illi Ordines, qui Concilium Lateranenſe præceſſerant, in antiquo, ac ſolido ſtatu permanerent: donec de illis aliter ſtatueretur, hoc eſt donec deliberatione finita aut antiquari, aut permanere in Dei Eccleſia præciperentur.

Iam igitur ſi de duobus hiſcè Ordinibus agebatur, habebant illi perfectam legitimam Ordinis eſſentiam, atque conſtitutionem; quod enim non eſt, nec conſiſtit, non extinguitur. At Ordinis conſtitutio ſine legitima per Eccleſiam approbatione nō eſt: cum ergo duo illi Ordines eſſent, vtiq; legitimè per Eccleſiam approbati erant,

Quod etiam deducitur ex illis verbis: *In ſuo ſolido ſtatu permaneant*: in ſolido inquam, hoc eſt in ſtatu firmo, & ſtabili: quo ex genere nullus Ordo eſt, niſi qui legitimè per Eccleſiam approbatus eſt. Permaneant (ait) hoc eſt perſeuerent in ſuo antiquo, & firmo ſtatu. Non igitur ex illa definitione initium ſuæ ſoliditatis hauſere: tunc fuerunt confirmati primùm, quando quidem in ea, quam iam antea habebant, confirmatione perſiſtere, & ſtabilitate perſeuerare iubent.

Itaque ſcopum transfiximus, & Ordines illos duos approbationem ipſo *Lugdunenſi Concilio* antiquiorem habuiſſe monſtrauimus.

At

At à quo tempore? reſpondebunt aliqui adueniſſe illam à confirmatione Alex IV. à quo Eremitanus Ordo primum incæpit. Sed hallucinantur oſcitantes potius, quam reſpondentes; quippe quorum reſponſio verbis proxime antecedentibus minime conſtet: imo penitus contradicat: *Quorum inſtitutio (inquit) Generale Concilium præceſſit.* Quare ſi inſtitutio eorum ſolida, & firma præceſſit Concilium Lateranenſe, ſententia verborum talis eſt: Permaneant in ſolido ſtatu, quem ante Concilium Lateranenſe inde vſque à ſua inſtitutione habebant.

Et hæc quidem verborum ſententia probatur in primis: quoniam non dicitur religio ſimpliciter inſtituta, niſi quando plenè, & perfectè eſt inſtituta (quia in iure eſſe nullum perinde eſt, ac non eſſe): perfecta autem religionis inſtitutio ſine illius per Eccleſiam approbatione non eſt.

Deinde, quoniam Eremitarum Ordinem in ſuo antiquo, ac ſolido ſtatu permanere idem Concilium Lugdunenſe voluit, quia cum fuiſſet ante Concilium Lateranenſe inſtitutus, extendi non potuit ad eum Lateranenſis Concilij definitio. Eaque proinde nihil obſtante cum ſua antiqua firmitate permanſit poſt Cōcilium Lateranenſe. Hanc igitur ipſam, & nullam aliam illi confirmat Concilium Lugdunenſe.

Quo argumento conuictus id concedit Dominicus de S. Geminiano *in dicto* §. *vnico*, §. *sane num.* 7. & confitetur Eremitarum & Carmelitarum ordines ante Concilium Lateranense approbatos fuisse. Quod idem satis exprimit Archidiaconus ibidem.

CAPVT VI.

Approbatio Ordinis Eremitarum S. Augustini Concilio Lateranensi antiquior deducitur ex cap. Insinuante qui Clerici, vel vouentes.

EAndem ordinis Eremitarum S. Augustini approbationem Concilio Lateranensi vetustiorem lubet deducere ex definitione Innocentij Tertij in cap. Insinuante extra , qui Clerici, vel vouentes: quam definitionem factam esse ante Concilium Lateranense inde non obscure colligemus ; quoniam non est definitio Concilij, sed Innocentij, cum tamen quidquid tempore Concilij definitum est, ab Innocentio ipsi concilio tribuatur : & Innocentius dissoluto Concilio statim diem suum obierit.

Definiuit ergo in illo textu ante Concilium Innocentius, non valere matrimonium mulieris, quæ votum religionis emisit in manu cuiusdam fratris Sancti Augustini.

Qua quidem ex definitione liquidò infertur, votum illud fuisse solenne ; nisi enim solenne esset, matrimonium postea contractum

nequaquam dirimeret iuxta textum *in cap. meminimus*, & *in cap. consuluit*, & *in cap. Rursus qui clerici, vel vouentes.*

Iam verò esse solenne votum non poterat, nisi Ordo S. Augustini per Ecclesiam approbatus foret, iuxta definitionem textus *in cap. vnico de voto lib. 6.*

Hoc argumentum, seu potius demonstratio videtur id quod proposuimus euidenter concludere, & necessario obtinere, cuius tamen ad id efficiendum vis, & energia euidentius vt appareat, binas quasdam, quas adhibere solent aduersarij solutiones, Theologicam vnam, alteram non Theologicam diligentius expendamus.

Prior illaque vt aiunt Theologica solutio narrat votum, de quo agitur in dicto cap. Insinuante non fuisse solenne, sed simplex, quia nimirum non fuit factum in manu Prælati, sed cuiusdam Fratris simplicis, qui votum illud nomine religionis acceptare, & vouentem religioni solenniter incorporare non poterat. Quod tamen ad voti solennitatem, requiritur iuxta textum *in d. c. Consulent qui clerici vel vouentes.*

Adduntque ideo matrimonium *in dicto cap. Insinuante* fuisse definitum nullum, quia fuit metu factum.

Posterior vero illa haud Theologa solutio negat Fratrem illum (de quo est sermo in d.

cap.

cap. Insinuante) fuisse Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, quippe qui nondum erat, sed fuisse Ordinis Canonicorum S. Augustini, qui illo tempore iam vigebat.

Vtraq; tamen solutio deficit.

Et prioris quidem Theologiam non esse legitimam arguunt casus, & contextus capitis præcitati. Casus is extitit: Vir quidam aulicus à Legionensi Hispano Rege, supplex petiit locari sibi in matrimonium nobilem quandam mulierem. Regis annuentis imperio, siue obtestatione, deferunt consanguinei ad mulierem, vt aulico libens, ac volens nuberet: illa cum matrimonium detrectaret, quid facto opus esset deliberat: occurrit emisso religionis voto posse matrimonium declinari: itaque votum religionis in manibus vniuscuiusdam de Fratribus Sancti Augustini emittit, ea conditione adiecta, vt in domo propria cum omni re familiari sua remaneret. Post emissum votum religionis habitum biennio retinet, *sed varium, & mutabile semper fœmina*. Nam ecce tibi, elapso biennio illam matrimonij tam infensam mulierem voti pænitet. Quid plura? metum in emittendo voto causatur, & & parentum sibilante consilio, cuidam Michaeli publicè matrimonio copulatur; ex quo viro sustulit progressu tẽporis quatuor filios. Conscientia tamẽ sceleris dies noctesq; ream

angit, & ad Summum Pontificem rem deferre cogit, vt definiat vtram debeat male ſana mulier viam inſiſtere ex duabus, an ſeruire matrimonio coniugata, an emiſſum votum ſeruare cælebs? audi quid conſultus Innocentius ad interrogata reſponderit: *Nos intendentes quod in emiſſione voti, quod præceſſerat, nulla aut modica coactio fuiſſet, quam patientia & perſeuerantia ſequentis temporis penitus perfugauit: & quod ſequens coniunctio potius iniqua fuit, & violenter extorta. Mandamus quatenus præfatam mulierem ad male demiſſum religionis habitum reaſſumendum, & ſeruandum quod vouit manere, & inducere procuretis, & ſi opus fuerit per cenſuram Eccleſiaſticam coercere, &c.* Amabo amice Lector expende ecquam nam ad interrogationem reſpōdere, & quod dubium adimere conſultus Papa voluerit? rogatus enim fuit an matrimonium, an potius votum valeret? ac reſpondit matrimonium fuiſſe iniquum, & nullum: votum autem validum, & ſeruandum reaſſumendumq; (vt cum Pontifice loquar) habitum religionis relictum, reſponſionis cauſa, quam aſſignat eſt, quia votum illud non iuſto (vti allegabatur) metu fuit emiſſum, ſed leui potius, ac ſucceſſu temporis legitimè purgatum. Quare non id habent aduerſarij, quod putabant; matrimonio inquam contracto affuiſſe metum: cum Pontificis reſponſio dicat non matrimonio ſed voto affuiſſe metum, qui tamen vel quia

leuis, vel quia legitimè purgatus fuit, nõ reddidit votum nullum, ſed illud potius vſque adeò ſuſtinuit, vt ſequens dirimeret matrimonium, dirimere autem matrimonium minime poſſet; niſi ſolenne eſſet.

Qua igitur peritia aduerſarij dicunt matrimonium iudicari nullum, non voti emiſſione, ſed metus interpoſitione? qua ratione nupſit inuita, quę ideo nupſit quia inuita (vt aiebant) votum emiſit? Qua ratione Michaelem virum inuita accepit; quem accepit libera de parentum conſilio? Quo denique pacto poterat ob iuſtum metum iudicari inualidum id matrimonium, quod illa liberè multis annis, quatuor ex ſuo viro conceptis liberis continuauit? quid opus pluribus? Minimè nupſit inuita quæ coniugata manere volebat, votumque adiudicari nullum metu propoſito, affectabat. Vnde ſi loqui non tam liberè quàm verè licet, quam aduerſarij Theologiam in priori ſolutione ſua oſtentare ſe dictitant, à Theologia eſt. Quanto ſanior, quanto verior eſt Theologia gloſſæ ibidem ad verbum. (*Quod in manibus*) dum aſſerit votum, de quo in illius textu agitur fuiſſe ſolenne? quam Gloſſæ ſententiam doctores ibidem omnes obuijs brachijs amplexantur: ex illo namque textu hanc ſummariam concluſionem excerpunt: Votum ſolenne impedit, & dirimit matrimonium poſtea contractum. De quo

summariò videndus est Panor. ibi cū cæteris Doctoribus, vnde merito ad præcitatam probandam conclusionem textus ille communiter allegatur.

Quin potius is textus est vnicus, singularis, imo, & irrefragabilis ad probandam firmitatem professionis hâc conditione apposita; vt viuens maneat extra monasterium cum omnibus, quas habebat ante facultatibus. Ita textum ad hoc demonstrandum irrefragabilem testatur Nauarrus *libro tertio* Consiliorum *consil.* 20. sub *tt. de regularibus*. Et ad hanc thesim probandam, illum textum annotauit *glossa* ibidem *ad verbum* (*In domo*) vbi etiam Innocen. & Panor. *n.* 5. Idem *Panor. in cap. porrectum de regul.* & est communis, atque recepta sententia inter Theologos, & Canonistas ex solo illo textu desumpta.

Quocirca frater ille', cuius ibi fit mentio, omnino erat vel Prælatus, vel peculiari à Prælato auctoritate munitus ad recipiendam illîus mulieris professionem. Id quod communiter annotarunt doctores *ibi* teste Panorm. eodem loco, vbi etiam videndus est Innocentius & *in capite porrectum de regularibus*.

Iam ad posterioris solutionis accedam encomia. Quis autem non videt si destructo fundamento tota ædificij machina ruit, opus esse, vt corruat ea solutio, quæ tam falso

falſo innititur fundamento ? Ordinem inquam Eremitarum S. Auguſtini nondum Innocentij tempore prodijſſe in lucem? quod eſſe falſiſſimum fuſiſſimè oſtendimus in *lib.* 5. & vt omnia, quæ ibidem adduximus, prætermittamus, ſolutionem euidenter impugnat *tex. in cap. Vnico* §. *ſanè de religioſis domibus in* 6. *ibi: Quorum inſtitutio præfatum Generale Concilium præceſſit.* Teſtis eſt Hiſpania, cuius in vrbe Burgenſi illo iam tempore Eremitarum Ordo nitidiſſimus efflorebat. Teſtis Portugallia, quæ primariæ, ideſt Olyſipponenſis vrbis gremio, eundem Ordinem veluti ſibi chariſsimum iam tunc complexum tenebat, vt ſatis apertè publicis inſtrumentis productis in *libro quinto* demonſtrauimus. Teſtis denique eſt Antonius Sabellicus, Illeſcas, Villegas, ac cæteri omnes Hiſtoriographi, illo libro citati, qui floruiſſe Eremitarum Ordinem, ſedente Innocentio III. palam fatentur. Quare non eſt, quod in refricandis probationibus diutius immoremur.

Deinde etiam ex eo eſt non ſuſcipienda ſolutio, quod aſſerat Ordinis Sancti Auguſtini accipiendum eſſe Ordinem regularium Canonicorum SANCTI AVGVSTINI: verum enim vero, Canonici Regulares non dicuntur ſimpliciter Sancti Auguſtini, ſed cum hac appendicula *Canonici Sancti*

Augustini, vt patet *ex Extrauagante* 1. *de regularibus* inter communes. Nec in iure locus aliquis reperitur, in quo canonici regulares simpliciter appellentur fratres Ordinis Sancti Augustini, sed vbique *titulo* Canonicorum regularium Sancti Augustini explicantur, vt patet ex *rubrica* de statu monachorum, & Canonicorum regularium & apud Gratianum 19 q 3. in principio, & *in cap.* 1. *&* 2. Addidimus *tex. in cap. Ex parte de postulando*, *cap. Quod Dei timore*. de statu monachorum, *cap ordinandorum* de ætate, & qualitate, *cap. Intelligimus* de præbendis, & alibi sæpe.

Appellatione autem Ordinis Sancti Augustini, vbique locorum accipi Eremitas S. Augustini res est apertissima, vt videre est in Concilio Lateranensi sub Leone 10. & in Concilio Prouinciali Coloniensi, & in Basiliensi *sess.* 5. 6. 7. 8. *decima tertia*, *& vltima* apud scribentes etiam, & historiographos id proditum est.

Cum igitur hæc sit communis vbiq; locorum ab immemoriali tempore in huiusce nominis vsurpatio, eadem profecto significatione accipi debet in dicto cap. Insinuante; quoniam verba intelligenda sunt, & accipienda secundum communem vsum loquendi *ex tex. in l. Hæredes palam* §. *vlt. ff. de legatis* & *in l. Numinis ff de legatis* 3. & in *l.* 5. *de Interpreta-*

pretationibus ff. de legibus. Adde textum optimum *in l.liberorum §.quod tamen Cassius ff. de legatis 3.* vbi glossa innotauit. Adde & aliam glossam in *cap. ad verbum (proposuit) de sponsalibus.* & est vulgatissima regula, quam latè exornat Mascardus omnino videndus 2. *vol concl.* 1129. ad verbum *(obscurum.)* Ne vero nos quisquam in allegandis textibus, & producendis doctoribus improbos vocet, meminerit contra solutionem non theologicam, esse non Theologicè, sed iuridicè certandum: quanquam in eo fuimus fortassis improbi, quod solutioni, suæ imbecillitatis consciæ tamdiu molesti fuimus.

CAPVT VII.

Ordo noster Eremitarum fuit Apostolica Concilij Lateranensis auctoritate approbatus, in albo religionum ab eodem Concilio fuit descriptus.

EREmitarum Sancti Augustini Ordinem, quem auctoritate Sedis Apostolicæ ante Lateranense Concilium approbatum fuisse hactenus ostendimus: in eodem Concilio auctoritate totius Concilij fuisse approbatum deinceps ostendamus, id quod in hoc *art.* 7. ex eo volumus esse manifeste demonstratum, quoniam fuit in Pontificio religionum albo autoritate, decretoque eiusdem Concilij de-

ſcriptus, ac regiſtratus, cuius deſcriptionis apertiſſimũ fert teſtimonium D. Antonin. 3. *p. tt.* 34. *cap.* 14. § 3. dum hæc verba ſcribit: *In eodem etiam concilio (de Lateranenſi ſub Innocentio 3. agit) tunc quia ibi de ſingulis ordinibus tractabatur, ordo Sancti Auguſtini regiſtratus, & notatus fuit abſque tamen ſolennitate confirmationis, vt habetur in regiſtro Pontificum Romanorum.* Quibus ijſdem verbis ante D. Antoninum idem affirmauit B. Iordanus lib. 1. de vitis fratrum cap 14. & ſatis expreſſit Gondiſaluus Illeſcas lib. 1. hiſtoriæ Pontificalis cap. 33. & ante eum Sabellius Enneadis 9. lib. 5. & 6. vt omnes Ordinis Eremitani hiſtoriographos prætermittamus: Qui tamen huius deſcriptionis ferunt apertiſſimum teſtimonium, Henricum dico de Vrimaria, Coriolanum, Bergomenſem, Allouiſianum, Epiſcopum Signinum: & Hieronymum Romanum.

At reſpondentes audias competitores hanc deſcriptionem fuiſſe factam abſque ſolennitate confirmationis, vt citata B. Iordani loca apertè loquuntur in illis verbis: *Abſque tamen ſolennitate confirmationis.*

Verum reſponſio argumenti vim non elidit: imo potius corroborat, infirmiorem reddit etenim his verbis (*Abſque tamen ſolennitate Confirmationis*) Sanctus Antoninus, & B. Iordanus minime ſignificare volunt, ita Eremitanum ordinem in Album publicum religionum

num fuisse relatum, vt tamen non fuerit confirmatus non constant enim sibi hæc, & (vt scholæ loqui solent) inuoluunt contradictionem hæc duo: ordinem aliquem auctoritate Sedis Apostolicæ in albo registroque religionum publico, atque Pontificio censeri, & describi, ac approbatione, seu confirmatione carere, etenim secundum protritas iuris regulas sola descriptio, annotatioue in Pontificio probatarum religionum registro descriptæ religionis: approbationem efficaciter probat. Nam authentica annotatio in publico (vulgo vocant matriculam) catalogo huic militum, siue ciuium studentium, facit annotatum verè esse militem, ciuem, studentem, fruique debitis illi statuti immunitatibus, & priuilegijs. Ita nos docet Accur. *in l. eos C. de offic. magistri militum*, Bart. *in l. scriniarios C. de testamento militis*, & in *l. Matriculam cap. de agentibus in rebus lib.* 12. Bald. *in l. diximus in fine ff. de executione tutorum*, Angel *in authenticis de mandatis principum* §. *Penes* post glossam ibi ad verbum (siquidem) *col.* 3 glossa: alia insignis in *l. eos ad verbum. Qui C. de officio Magistri militum.*

Notarius etiam in registro notariûm positus pro notario habetur, & verè est notarius quando auctoritate principis, aut eius, qui notarium creare potest, in registro ponitur vt ex Cõmuni sententia Baldi, Saliceti, Roma-

ni

tum iuribus multis citatis; tum exemplis non paucis adductis. Non deesse autem Summi Pontificis consensionem: registrum confirmat.

Accedit quoniam expeditio Bullæ nullam registro tribuit auctoritatem, quin potius ex registro ipso totam mutuauit auctoritatem, quam habet: etenim Apostolica Bulla primam vim, & auctoritatis suæ seminarium sumit ex registro; vt citatis quamplurimis Rotæ decisionibus, communique doctorum sententia asserit Mascardus 1 *vol. concl* 246. *nu*. 2. *&* 4. *& vol* 2. *concl*. 1266. & alibi frequentissimè: potius enim standum à registro Cancellariæ, notarijque protocollo quam à transsumpto, si dubij quid. quam emergeret, vt docet Bart. in *l. Si quis ex argentarijs* §. *Penes ff. de Edendo* communiter receptus.

Ob quam rationem suborto aliquo variationis dubio, ad registrum vt ad fontem recurrunt omnes. Similiter si transsumpta pereant, vt obseruat praxis. Quasi verò in ipso registro, non verò in Aula registrata stet, & maneat primigenij auctoritas ad ea probandum, quæ per Bullatum instrumentum probanda erat. Inde etiam est, quod iuxta stylum curiæ, gratiæ Pontificum non ex literis solum Bullatis probari soleant, sed etiam, imo multo efficacius ipso registro, sicut expresse nos docet Rebuffus *in praxi Beneficali* 3. *p. fol*. 140.

cita-

clesia quasi ei eo vsque incognitus approbatur. Sed cum multis ante seculis perspectectus, exploratus, & approbatus esset, nihil erat quod illa solita cæremonia, registrationem præcederet.

Itaque fuit sine solennitate generalis concilij auctoritate confirmatus, & registratus: quia absque vllo regulæ, & constitutionum examine fuit approbatus, & in albo Pontificio annotatus.

Atque hæc verborum interpretatio, quæ non commentitia, sed vera planè videtur, nostrum institutum defendit potius, quam offendit, argumentumque adductum potius corroborat, quàm debilitet.

Capvt VIII.

Ex eodem Concilio Lateranensi deducitur 2. loco Eremitani Ordinis Confirmatio.

RVrsus ex eodem Concilio Lateranensi, si Concilij consilium, & Innocentij tertij mens diligentius pensitentur: eiusdem Eremitici Ordinis approbatio Sedis Apostolicæ auctoritate facta plenissimè demonstrabitur: etenim Patres conscripti Lateranenses cum animaduerterent ad ea, quæ in Ecclesia Dei, aliàs vt castrorũ acies ordinata,

reli-

religionum nimia varietas pariebat confusionem de restinguẽdo religionum numero cum suis animis cogitauere. Matura deinceps deliberatione suscepta, singularumq; religionum meritis diligenter expensis: extinxêre nonnullas, alias in suo solido statu perstare iusserunt: Edixêre deniq; ex imperio, ne quis in posterum nouam inueniret religionem. Cuius rei locuples ac disertum testimonium reddunt annalium scriptores, præsertim D. Antoninus. *3.p.tt.24.cap.12.§.3.* Dum hæc verba subijcit: *In eodem etiam Concilio, tunc quando de singulis religionibus tractabatur, &c.* Quibus eisdem verbis vsus B. Iordanus *lib.*1. de vitis fratrum *ca.* asseuerat idem: satisque colligitur ex verbis concilij positis *in cap. vlt. ex de relig. domibus* ibi: *Ne nimia religionum diuersitas grauem in Ecclesia confusionem inducat.* Quæ eadem repetuntur in Concilio Lugdunensi *in cap. vnico* in principio *eodem tt. in 6.*

Cum igitur de singulis, qui iam tunc instituti erant, Ordinibus, in Lateranensi Concilio diligenter tractatum sit, atque consultum: de Eremitano etiam Ordine, qui multis ante seculis institutus erat, & in Ecclesia iam celebris florebat, quàm diligentissimè fuit deliberatum, tandemque decretum, vt tanquam Ecclesiæ frugifer: salutarisque permaneret, & in registro religionum Ecclesiæ conscri-

ſcriberetur, vt iam capite ſuperiori oſtendimus.

Ex hoc euentu Coriolanus videtur in ſuo Ordinis defenſorio *verit.*6. optimum argumentum deſumere pro confirmanda Eremitici ordinis approbatione in Concilio Lateranenſi facta. Etenim cum Concilium de extinguendis ordinibus Eccleſiæ non admodum vtilibus maturius deliberat: vtique quos non extinguit eos ſatis approbat, maximè ſi illos habuit diligenti conſultatione tractatos. Nam ſi quis cogitans de ſcripturis aliquibus abolendis, ſcripturam aliquam præ manibus, ſemel & iterum perlegit, ſi non reprobat eam, videtur ſolenniter approbare. Ita docuerunt nos Paulus de Caſtro *conſil.*314.*nu.*3.*lib.*2. Iaſon in *l. Quâ dotis nu.* 9. *ff. ſoluto matrimonio*, Panor. *conſilio* 16. *nu.* 17. *lib.* 2. cum alijs, quos refert Maſcardus 1. *vol. concluſione* 121. idque adeo verum eſſe, ſi inde aliquis in rempublicam fructus, aut in Eccleſiam fauor redundat: docet idem Maſcardus *conſ.* 417. *nu.* 15. *&* 20. *ad verbum* Conſenſus, ex Romano *conſil.* 311. *n.* 3. & 4. & Succinam *tractatu fallentiarum reg.* 486.

Simili igitur, imo maiori cum ratione dicendum idem erit in re propoſita: vt eos inquam Ordines, de quibus egit, quorum merita deliberando verſauit, & quos tamen non iuſſit eſſe extinctos, auctoritate

Apoſtolica approbaſſe Concilium conſeatur, Nam dum eos non extinxit; vtique manere deinceps in Eccleſia in antiquo, & ſolido ſtatu voluit. Niſi enim id ita vellet, eos omni proculdubio maxima fidelium, ac totius Eccleſiæ deceptione permitteret: ſiquidem ad eos tanquam ad approbatos, & ſecuros portus è ſeculi fluctibus quiſque confugeret. Id autem aſſerere quis impium eſſe non videat?

Et vt à theſi ad hypotheſim deueniamus, cum Lateranenſe Concilium de conſeruando, aut extinguendo Ordine Eremitano tractaret, eo Sanè ipſo quod illum ab Eccleſia non exegit, luculenter approbauit. Nec verò ſolum approbatione quadam tacita, & permiſſiua, ſed expreſſa etiam & poſitiua, dum illum in album religionum iuſſit iri connumeratum. Nam conſenſus, & approbatio principis ſatis ſuperque probatur ex ſigillo adhibito literis, vt eleganter docuit Baldus in *in l. ſi ita ſtipulatus §. Chryſogonus num. ſecundo. ff. de verborum oblig.* & latè exornat Matthæus de Afflictis *tertia p. feudorum titulo de prohibita feudi alienatione num.* 15. Ex quibus idem docuit Maſcardus *primo volum. concl.* 418. *numero* 27. *ad verbum* (conſenſum): iam verò annotatio religionis in albo Pontificio, eiuſque regiſtratio eſt quædam ſententiæ à Concilio latæ (vt loquar) ſigillatio cum etiam

iam factis exprimatur principis consensus ex Mascardo vbi supra *num.* 28. ipsa registratio approbationem exprimit,& illi solennitatem inducit.

Quæ omnia non parum adhuc eiusdem Concilij verbis confirmantur : etenim post indictam prohibitionem : Nequis de catero nouam inueniret religionem , talia verba adiungit : *Sed quicunque ad religionem conuerti voluerit vnam de approbatis assumat.* Similiter qui voluerit religiosam domum de nouo fundare, regulam , & institutionem accipiat de approbatis,hoc est ijs,quæ in Ecclesia pro approbatis relinquuntur vnam accipiat.

Iam igitur liber ex aduersarijs sciscitare: si quisnam qui post Lateranense Concilium Eremitarum Ordinem assumeret , & profiteretur solennem professionem emitteret ? Non adeò puto omnes pernegabunt , vt solennem negent : iam enim ea negatio egeret graui censura : tum quia professio in eodem Ordine ante concilium emissa solennis erat,vt probat tex.in cap Insinuante qui Clerici , vel vouentes , de quo supra egimus, tum quia professionem Beati Nicolai de Tolentino non multis post Lateranense Concilium annis emissam fuisse solennem definiuit Eugenius Quartus & Gregorius XII.

& Xiſtus V. Tum denique quia contradicit hoc aſſertum Innocentio II. qui ordinem ſub ſuam protectionem ſuſcepit. Similiter, & Honorio III. qui eiuſdem ſe ordinis protectorem conſtituit, Gregorio IX. Innocentio IV. cæteriſq; Summis Pontificibus, qui profeſſiones in Ordine Eremitano factas, eſſe verè ſolennes indicauerunt, vt in hoc lib. inferius oſtendemus.

Denique quî non erit ſolennis illa profeſſio, quæ facta eſt in Ordine in regiſtrum religionum concilij auctoritate relato: qui & ante, & poſt Concilium inter approbatos Ordines ſemper eſt habitus? Non igitur tam inſignis ſibi erroris ſtigma inuri, vlli homines Chriſtiani volent.

Quod ſi ſolennem profeſſionem admittunt (admittere autẽ coguntur) non poſſunt profecto non concedere Eremitanum Ordinem auctoritate Concilij Lateranenſis approbatum fuiſſe, conſonè ad illa verba: *Qui autem ad religionem conuerti voluerit* vnam de approbatis aſſumat. Vt hoc interim omittamus profeſſionem, niſi in approbata religione fiat, non poſſe eſſe ſolennem iuxta *cap. Vnicum de voto lib. ſexto.* Accedit etiam in huius rei confirmationem teſtimonium Alfonſi Villegas *in ſuo ſanctorali* in vita SANCTI FRANCISCI *fol.* 332. *pag. ſecunda* ita ſcribentis.

His

His omnibus bene rimatis, Sancto Francisco visum est bonum consulere super confirmatione sui Ordinis summum Pontificem: vt solidiori ille niteretur fundamento: Pontifex sedebat Innocen. III. certe in initio (allegante Pontifice, & sacra Congregatione non inducendas religiones, neque ordines recentes in Ecclesiam) summã passus fuit difficultatem: Addebat Pontif. quod si quis religiosum statum desideraret, quo melius Deo inseruiret, posse talem Sancti Augustini, aut Benedicti ordines ingredi &c Quæ verba clariora sunt, quam vt nostra explicatione indigeant: nec bene dixeris nomine ordinis S. Augustini doctissimum Villegas intellexisse ordinem Canonicorum: nam eundem ipsum ordinem intellexit, quẽ paulò ante dixerat B. Franciscum fuisse professum, illum scilicet, qui sub cuculla nigra cum corrigia Deo militabat. Idem testimoniũ proferunt Chronica Illustris Ordinis S. Dominici cap. 10. in fine his verbis: *S. Dominicus insistendo modo agẽdi aliorum suorum Prædecessorum, scilicet S. Augustini, & Benedicti, qui Religiones, & ordines condiderant &c. propter illam causam responsum dedit Papa Innocent. istis duobus sanctis, vt si Deo seruire vellent, istas religiones iam ab Ecclesia approbatas ingrederentur.*

Addimus & testimonium Beatissimi Francisci latum in Capitulo quodam generali positum in Chronicis ordinis sui *lib. 1. c. 53. non præsumet quisquam mihi allegare regulam, aut viuendi normam, Sancti Augustini, Sancti Benedicti, Sancti*

Bernardi: sed eum viuẽdi modum sequemur, quẽ placuerit Domino Deo meo, me edocere. Patet igitur Ordinem Eremitarum ante Concilium Lateranense inter approbatos publicè connumerari, & ab ijs, qui à seculo conuertebantur liberè assumi, & *inibi professione.*

Quare de Concilio Lateranensi nullum verbum amplius.

CAPVT IX.

Approbatio Eremitani Ordinis præclarè deducitur ex Varijs Summorum Pontificum priuilegiis, & immunitatibus eidem Ordini concessis.

TOties stabilitam Eremitani Ordinis legitimam approbationem constabilire, & amplius firmare pergimus, ex varijs priuilegijs, ac immunitatibus à Summis Pontificibus Ordini eidem concessis: literis quoque ad eũ, siue ante, siue post Concilium Lateranense directis. Quod argumenti genus quantũ neruorum, & efficacitatis in iure habeat effusè ostendimus *libri primi cap.* 4. cum ex Bart. aliorumq;, quos fusè allegauimus communi sententia diximus, summum Pontificem, & omnino principem legitime approbare collegium, seu religionem dum ad eam vel mittit literas, vel Priuilegium aliquod concedit.

Quo verissimo posito fundamento nostrã conclu-

conclusionem illico reddemus apertam, si quod eiusdem libri primi cap. 3. tanquam in iure verissimum constituimus, id etiam hoc loco ceu certum, repetitumque ponamus: res inquam antiquissimas per annales, rerumq; gestarum historias probari plenissimè.

Ambrosius igitur Coriolanus totius Eremitani Ordinis Prior Generalis hoc munere per quam dignissimus, vir etiam & literarum eruditione, & vitæ Sáctimonia insignis, adhæc diligentissimus antiquitatum Ordinis inuestigator, inter scribenda Ordinis chronica, cópendium fecit omnium Summorú Pontificú ab Innocentio I. vsque ad Alexandrum IV. qui Ordini Eremitarum fauores, indulgentias, & priuilegia plurima concesserunt.

Et quidem Innocentius I. Augustino adhuc superstite Ordinem Eremitarum ab eodé Augustino institutum non solum confirmat, sed etiam concessis priuilegijs indulgenter habet: fecit.n. facultaté, vt Ordinis monasteria vbiq; locorum ædificare possent.

Eadem priuilegia viuente etiá August. confirmat Zozymus Papa, additque vt Eremitani Fratres possint Dei Euangelium vbique terrarum prædicando disseminare: Quæ nos supra ex Gondisaluo Illescas, & alijs domesticis scriptoribus corroborauimus in *lib.* 4. *cap.* 2. propositione 2. & in *libri quinti cap.* 4. in nostra chronologia ad *annum* 406.

Post Augustini mortem disperso ex Africa

propter Vandalorum sæuitiam ordine incipit Coriolanus à Xisto III. qui post Bonifacium, & Cælestinum ab *anno domini* 432. vsq; *ad annum* 440. Ecclesiæ præfuit historiā texere. Xistus is Eremitana dispersione audita, certior deinde factus aliquot monachos ex dispersis compositis rebus cum Genserico Vandalorum Rege iam se inter se per litteras cómunicare; non solùm confirmauit ea, quæ Innocentius Primus, & Zozymus Ordini Priuilegia concessere: sed pluribus alijs indulgentijs, & gratijs donauit ordinem.

Leo Primus Xisto proximus *anno* 440. & gratias Prædecessorum corroborat, & edicit, vt Ordo Sancti Augustini deinceps titulo Eremitarum appellationeque censeatur. Testimonio est Illescas *lib. secundo*, historiæ Pontificalis *cap. decimo quarto* in fine, vt patet ex *lib.* 5.

Progrediens inde Coriolanus ad Gelasium venit, qui sedit *anno* 496. à Gelasio autem deducta serie vsque ad Alexandrum IV. singulorum Pontificum in nos munificentiam, gratias collatasque indulgentias speciatim exprimit.

Sed nos quæ de Anastasio IV. & Adriano IV. scripta vidimus, ea libentissimè referemus hoc loco. Sedit Anastasius ab *anno domini* 1153. vsque *ad annum* 1154. ab hoc *anno* vsque ad *annum* 1159. Adrianus IV.

Horum

Horum Pontificum ætate B. Guillielmus Aquitaniæ Dux Ordinem Eremitarum sua antiquitate obsitum, & penè collapsum, instaurat, auget, & mirum in modum propagat in Gallia. Quin etiam, vt fert vnanimis annalium consensus Apostolica prædictorum Pōtificum auctoritate fultus, Eremitanum Ordinem ab incultis eremis, solitudinibusque desertis (in quibus antea ex Augustini institutione Fratres agebant) ad ciuitates, hominumque consortia transtulit: translatum pluribus eorundem Pontificum fauoribus; priuilegijs, & immunitatibus addito Ordinis mendicantis titulo, nobilitauit, innumerisq; extructis domibus, ac monasterijs passim erectis, adeo ipsemet Guillelmus amplificauit, atque aliam veluti faciem amplificato attulit, vt quocunque paterent fines imperij Gallicani Fratres Eremitarum Sancti Augustini appellarentur trito, & vsitato nomine Guilliel-mitæ. Sub qua appellatione à communi Eremitarum Ordine dimanauit Guillielmitarum congregatio, quæ à cæteris distincta vsque ad Innocentium IV. & Alex. IV. permansit.

Quorum rerum omniū testimonia, si quis à nobis fortassè exigit, firmissima afferemus. Primum ab Aenea Syluio postea Pio Papa II. in suo Magno Compendio Chronicorum à quo Iacobus Bergomensis (testis 2. loco adductus)

indagare: confirmauit namque locum Sancti Antonij in Andigneta, quæ est in prouincia Senensi, cuius priuilegij formam vidi. Hic verò *lib.* 1. de vitis fratrum *c.* 14. verbis ijsdem etiam rei oculatum testimoniũ protulit. At autem vterque sanctus vterque doctus, vterque testis omni exceptione maior, vt iurisprudentes appellant.

De eodem Innocentio III. Gondisaluus Illescas *lib.* 5. historiæ Pontificalis *cap.* 25. ita scribit: *Ordo Tertius qui in ea vnione ad perfectionem, in qua viget adductus fuit, est fratrum, quos Eremitarum S. Augustini solemus appellare* Quod testimonium ante doctorem Illescas tulit Antonius Sabellius Enneadis 9. *l.* 5 *p.* 554 in hæc verba: *Nec has modo accessiones sensit Christiana pietas* Innocentij Põtificatu: *Sedit enim annos duode viginti sed Eremitanus ordo, qui erat iam propemodum extinctus, instauratur.* Iacobus Bergomensis *lib.* 12. supplementi chronicorum *ad annum* 1198. ita de Innocentio III. loquitur *Hic primum ordinem nostrum D. Aug. Eremiticum sub tutela Apostolica suscepit, sicut patet ex eius indulto quod incipit solet annuere.* Quod testimonium repetit eodem l. *ad annum* 1716. dum agit de honorio III.

Liber inscriptus fasciculus temporum ad *annum* Christi Domini 1215. dum agit de Concilio Lateranensi sub Innocentio III. ita ait: *Quatuor ordines mendicantiũ, scilicet prædicatores, minores, August. & Carmelitæ confirmantur.* Hæc apud

cita-

citatos auctores inuenimus de priuilegijs, literisq; Summorum Pontificum ad Ordinē Eremitarum directis. Nec dubium est, sed potius verosimillimum teste D. Antonino loco *citato*, atque etiam B. Iordano ante Innocentium III. per multos Pontifices hunc ipsum Ordinem licet in retrusas eremos abditū quāplurimis fauorib⁹ & gratiis prosecutos fuisse. Maximè cum Coriolanus fidus sine dubio auctor, gratias à singulis quibusque collatas in antiquis ordinis chronicis inuentas in catalogum, vt iā diximus, referat. Quanquā autē, vt penè cum Poeta dicam: *Tempus edax rerū atque inuidiosa vetustas* illas bullatas literas nobis abstulerunt, tamen ad antiquissima acta probanda, sufficere censentur in iure, quæ hucusque protulimus. Nobis quoque quæ de Pontificibus ad Innocentium vsque tertium sedentibus, & Ordini nostro beneficis diximus, videntur sufficere. Nam de cæteris, qui sequūtur, in sequentibus capitibus paulo latius sermocinabimur.

Caput X.

Referuntur Aduersariorum sententiæ, & Generatim omnes antequam impugnentur singulatim singulæ, ex hucusque dictis expugnantur.

Qui

QVi contraria ſentiunt non inter ſe conueniunt,ſed in varias abeunt vias. Quod omnibus , qui à veritate aberrant contingere ſolet,cum non vnica digreſſione,ſed pluribus ab ſcopo ſagittæ declinent.

Sunt qui aſſerant Eremitarum Sancti Auguſtini,& Carmelitarum ordines ante Honorium IV.qui ſedit anno Domini 1285. nullam à Sede Apoſtolica Summorum Pontificum, aut ſacrorum Conciliorum confirmationem obtinuiſſe, ſed ab ipſo primum honorio IV. fuiſſe Apoſtolica auctoritate confirmatos. Hanc ſententiam aduerſarij noſtri tribuunt Platinæ in vita Honorij IV. & Antonio Sabellio Enneadis 9 *lib*.7.

Alij volunt ordinem Eremitarum fuiſſe primum approbatum ab Alexandro IV. in vnione totius ordinis quam efficit anno Domini 1258.

Hanc ſententiam , vt Aduerſarij referunt, probauit Ioannes Lucidus citatus à Carrione in ſua hiſtoria ad hunc modum, & verba : *Ordo Eremitarum Sancti Auguſtini confirmatur per Alexandrum IV.anno Domini* 1256 *& ordo prædicatorum à B. Dominico inchoatur in partibus tholoſanis ſub Innocentio* III.*& confirmatur per Honorium* III.

Probauit eandem Sententiam Ioannes Tullus lib.1.de Conciliatione opinionum ordinum dum hæc verba ſcribit , vt referunt aduerſarij *Multi hiſtoriographi aſſerunt Eremitanum*

ordinem

ordinem à S. Guillielmo exordiri, atque incipere, quos proinde Guillielmitas appellant, & Alexander IV. vnum constauit ordinem ex Eremitis S. Guillielmi, & S. Ioannis Boni, & fratrum de Bittinis, & de fabalibus. Vnde Ioannes Andreas in rubrica de relig. domibus in 6. asseuerat ordinem Eremitarum Sancti Augustini ex pluribus ordinibus factum esse: igitur si tunc fuit factus; tunc fuit institutus quando per talem vnionem fuit aggregatus.

Citant pro eadem sententia Illescas in sua historia Pontificali in vita Alexandri IV. Et D. Antoninum III. p. historiali tt. 24. cap. 14. Offero ego illis de meo Raphaelem volaterranum lib. 21. suæ anthropologiæ, vbi docet hanc ordinis vnionem factam fuisse per S. Bonauenturam ordinis Minorum.

Harum opinionum vtram amplexentur hæsitant aduersarij, vtranque tamen esse probabilem putant. Et vtrasque sine dubio ad eam quam supra stabiliuimus, euertendam veritatem, cum sua interest, abutuntur.

Stabilita tamen veritas ceu murus *ahenus est.* Eam namque sede sua dimoueri minime patitur auctoritas Concilij Lateranensi dum *anno Domini* 1215. in album religionum earum quæ Sedis Apostolicæ auctoritate approbatæ sunt, Eremitarum ordinem aperte refert. Et post maturam deliberationem definit, edicitque, vt in Ecclesia Dei Eremitanus ordo solidus, firmusque permaneat. Quod etiam definitio

Con-

Concilij Lugdunensis *in cap.*1.§ *Sane de religiosis domibus in* 6. supra explicata corroborat. Eandem veritatem vagari commutabilem minime patitur Innocentius III. dum prædictum ordinem sub Apostolicæ Sedis protectione suscepit, Monasteriumque in loco S. Antonij sua interposita auctoritate confirmat.

Eidem veritati firmas, vt altius hæreat, radices, tribuit definitio eiusdem Innocentij in cap. Insinuante qui clerici vel vouentes. Nec minus firmas tribuunt ea priuilegia, & immunitates, quibus Summi Pontifices vsque ad Innocentium Tertium Eremitarum ordinem condecorarunt. Quid? an non reddunt singulari constantia præditam hanc veritatem B. Guillielmi, B. Ioannis Boni, & B. Nicolai de Tolentini solennes professiones? Et, vt cætera sileam, quis negat ad eiusdem veritatis stabilitatem afferre magnum momentum immemorialem ordinis Eremitani institutionem, possessionemque amplissimi tituli, hoc est ordinis per Apostolicam Sedem legitimè approbati? Hæc sane omnia capita, atq; hæc firmamenta grauissima Eremitani ordinis approbationem, confirmationemque adeo firmam efficiunt, vt nullus sit, qui veritatem hanc negare, aut loco suo possit, vel leuiter dimouere.

Sed aduersariorum sententias sigillatim adoriamur, & euertamus.

Cap.

CAPVT XI.

Contra priorem sententiam cap. præcedentis ordo Eremitarum S. Augustini longè ante Honorium IV. anno *Domini* 1285. *in Petri cathedra Sedentem fuit per Ecclesiam Sedemque Apostolicam, legitimè approbatus.*

QVæcunq; Sententia dicat Eremitarum ordinem ante Honorium IV. qui sedit *anno Domini* 1285. non fuisse per Ecclesiam Sedemq; Apostolicam legitimè approbatum, hanc ego falsa loqui & temeraria, constanter pronunciabo. Id quod etiam Apostolicis Bullis, & demonstratione Theologica faciam planum.

Quod igitur ad Apostolicas bullas attinet, dicti ordinis approbatio Apostolica auctoritate facta satis euidenter ostenditur. In primis ex vnione totius ordinis Eremitani, quam Innocentius IV. inchoauit: absoluit autem, & in tota Ecclesia perfecit Alex. IV. *anno Domini* 1158. Quo namque pacto diuersæ Eremitarum congregationes in vnum ordinem Sancti Augustiui auctoritate illorum Pontificum conflari, & vniri absque Apostolica vniti ordinis approbatione per eosdem Pontifices facta poterant? Factam igitur auctoritate Apostolica per Richardum Cardinalem totius ordinis vnionem Apostolicis literis Alexander 14. confir-

confirmauit, ac ratam fecit: eademque Apostolica auctoritate cum omnibus aliarum cõgregationum obedientijs, professionibusq; idẽ Alex. in eisdem vnionis literis dispensauit.

Habemus harum literarũ Apostolicã vniti ordinis confirmationem continentiũ fidelissimos nostri ordinis testes, qui earũ literarũ nõ meminere solum, sed etiam ipsamet propria, & concepta verba fidelissimè proferunt: Coriolanum dico antiquum Generalem ordinis in defensorio ordinis *ad 9. arg. contra 2. veritatem* & *arg. 6. pro veritate 6.* & *latius in* Chronicis ordinis, dum egit de Alexandro IV. Iosephum deinde Pamphilum Episcopum Signinum, virum fide dignissimum in *suis* etiam *Chronicis ordinis fol* 30. & Hieronymum Romanum 2. *p.* defensorij *cap.* 8. paulo post principium, quo in loco asserit hanc vnionis bullam seruari in suo origine in nostro conuentu Herbinensi, seu Herbipolensi in prouincia Saxoniæ: se etiam authenticum transumptum vidisse in conuentu nostro Grassensi in prouincia Prouinciæ in Gallia.

Hic aduersarij lepidè mirantur quod non dixerit Romanus originalem bullam in Mesopotamia, aut alijs mundi partibus remotissimis retineri. At nos minus faceti homines si nõ tanto cum lepôre, certe quidem maiori cũ stupore demiramur lepidorum hominum responsionem, qui viro fidelissimo, & in perscru-

tandis temporum antiquitatibus omnium sentētia diligentissimo nō credant de ea re testificanti, cuius testimonium antiquissimi Ordinis Annales, & Coriolanus totius quondam Ordinis grauissimus generalis concordi cōspiratione proferant accedente antiqua etiam traditione Ordinis, cui in hac testificatione debetur integra fides, vt in li. 1. latius commonstrauimus. Melius certè sibi, & rebus suis hac ex parte consuluerunt Canonici regulares, nostræ licèt antiquitatis non admodum studiosi: qui fidem semper integram præcitatis literis attribuerunt: imo nonnulla earum verba aduersus Eremitanos olim allegauerunt, vt videre est apud Coriolanum 1. *p.* defensorij *ad 9. arg. contra 2. veritatem.*

Adhæc D. Antoninus 3. *p. tt. 24. cap. 14.* § 3. in fine expresse asserit, quæ de vnionis per Alexandrum IV. facta superius diximus, ea ex antiquis priuilegijs Ordinis Luculenter apparere. Quam in sententiam totidem verbis it B. Iordanus *lib.* 1. de vitis fratrum *c. 14. in fine.* Quis autē credere in animū suum inducat duo sanctitatis lumina, duo sydera veritatis hæc mandare literis ad perpetuam posteritatis memoriam debuisse, nisi priuilegia ipsa vel vidissent: vel à viris fide dignissimis accepissent.

Porro, si Priuilegia, & amissa instrumenta probari testibus possunt, vt iam in *lib* 1. fuse ostendimus, cur non eadem, cum in terris lon-

gè

gè diſſitis retinerentur: iiſdem teſtibus probarentur?

Quod ſi hæc aduerſarijs non ſunt adhuc ſatis: profectò de veritate hac ambigere iam nequaquam poterunt, ſi eam Apoſtolico Vrbani IV. teſtimonio teſtatam, atque corroboratam viderint. Vrbanus igitur Papa IV. qui Alexandro IV. proximus in cathedram S. Petri conſcendit *anno ſalutis* 1261. 4. *Kalen. ſeptembris*, eodem primo ſui Pontificatus anno 5. idus decembr. tribus poſt Ordinis vnionem annis literas Apoſtolicas expediuit, quæ authenticæ in archiuio noſtro Olyſſiponenſi conſeruantur: habent autem (quod ad noſtrum inſtitutum attinet) *in hæc verba, ſane petitio veſtra (ſcribit autem Generalibus, prouincialibus & conuentuum Prioribus, & vniuerſis fratribus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini) quod dilectus filius noſter Richardus S. Angeli Cardinalis auctoritate mandati felicis recordationis Alex. Papæ prædeceſſoris noſtri viuo ad eum ſermone directi, nec non & generalis capituli veſtri conſenſu accedente ſuffultus, vniuerſas domos, & congregationes veſtras in vnam Ordinis Eremitarum S. Auguſtini profeßionem & regularium obſeruantiam perpetuo counivit. dictuſq; prædeceſſor quod &c. ab eodem Cardinali factū extitit approbans, & ratū habens, & gratū id auctoritate Apoſtolica confirmauit, & vobiſcum &c diuerſarum profeßionum, & obſeruationum debito: quibus aliqui ex vobis ſe in prædictis, vel alijs ordinibus obligauerunt antea diſpenſauit, ſtatuens vt in eodem*

ordine Sancti Augustini de beatis perpetuo virtutum domino deseruire, prout in literis ipsius prædecessoris nostri plenius dicitur contineri. Quid ad hæc aduersarij? nunquid literas in remotissimis oris conseruatas allegamus? proferimus eas, quas integras & authenticas in tabulario nostro olyssipponensi habemus, quas legimus, quarum verba hoc loco transscripsimus. En Richardũ S. Angeli Cardinalem cernimus de mandato Alexandri 4. viuæ vocis oraculo vnionem, de qua agimus percepisse. En ipsum Alexandrum IV. vnionem sua auctoritate Apostolica factam etiam confirmasse, litterasque confirmationis eiusdem ordinis Apostolica auctoritate vniti, solenniter expediuisse videmus.

Quod si iam de harum expeditione literarum propter Summi Pontificis testimonium dubitare non licet, quid quæso falsitatis, quid impossibilitatis continet illa oratio quæ dicit has literas in Conuentu nostro Vrbino in Saxonia illæsas, & integras conseruari? *in ore duorum, vel trium stat omne verbum.*

Cum ergo habeamus duos testes in eo consentientes, vt prædictas in Conuentu seruari dicant, Ambrosium inquam Coriolanum & Hieronymum Romanum fide dignissimos, iam non ambigimus: de conseruatione Bullarum autem quam de illorum testimonio non diffidimus Extrema per

Extrema ſperiodus ſic comminatur *Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis* protectionis, diſpenſationis, & conſtitutionis infringere.

Eandem Ordinis approbationem, & confirmationem auctoritate Alexandri IV. factam corroborare libet adducta in medium Bulla ab eodem Alexandro expedita, & ad Richardum Cardinalem directa: ſic autem habet: *Sane meminimus quod felicis recordationis Innocentius Papa prædeceſſor noſter dudum iniunxit tibi, vt Priores, & Fratres Eremitarum Thuſciæ, quos tuæ curæ, & gubernationi commiſerat ad ſuam præſentiam euocares. Circa quorum reformationem accedentium ad Sedem Apoſtolicam de mandato prædeceſſoris ipſius diligenter, & ſolicitè inſtitiſti. Demum à nobis mandatum Apoſtolicum emanauit, vt de ſingulis domibus Eremitarum quarum quædam Sancti Guillielmi: quædam Sancti Auguſtini Ordinum, nonnullæ autem Fratris* IOANNIS BONI, *aliquæ verò de fabali, aliæ vero de Bittinis cenſebantur: duo fratres cum pleno mandato ad noſtram mitterentur præſentiam, quod noſtra circa eas ſalubriter ordinaret diſpoſitio percepturi. Cumque Fratres ad Sedem acceßiſſent eandem; tu, quem negotio vnionis prædictorum fratrum perficiendo deputauimus; auctoritate mandati noſtri viuo ad te ſermone directi, ad id concordi eorundem fratrum generalis capituli, tunc in vrbe celebriter congregati accedente conſenſu, vniuerſas*

domos, & congregationes prædictorum fratrum in vnam Ordinis Eremitarum Sancti Augustini professionem, & regularem obseruantiam perpetuo counisti: sub generalis cura prioris canonicè instituendi pro tempore, prouincialibus, nec non conuentualibus singularum domorum prioribus regulariter gubernandis. Nos igitur considerantes, & curam, dispositionem, gubernationem eiusdem ordinis sic vni ti, ac priorum, tum generalis; tum prouincialium, & aliorum fratrum omnium ipsius Ordinis, tibi plenè committimus: ita quod illam omnino iurisdictionem, illamque potestatem, & auctoritatem in eisdem prioribus generali, & prouincialibus, ac alijs fratribus ipsius Ordinis, & in eodem Ordine exercent liberè &c. Habentur hæ Alexandri Quarti literæ fideliter relatæ & insertæ in alijs, quas idem RICHARDVS Cardinalis expediuit, seruanturque in nostro scrinio Olissipponensi, ex quibus hæc fideliter transcripsimus.

Ex illis disertè constat Cardinalem illum isthanc ordinis vnionem Apostolico Alexandri Quarti mandato, & auctoritate confecisse. Apostolica quoque auctoritate eidem Ordini vnito fuisse præfectum Apostolicum protectorem. Nunquid hæc absque Apostolica Ordinis confirmatione possunt consistere?

Alias eiusdem Alexandri Quarti literas eius-

eiusdem veritatis testes legere non pigebit, missas ad Generalem, prouinciales, & vniuersos Eremitarum Sancti AVGVSTINI Fratres. Sed ne integris transcribendis literis patientiam operam abutamur, satis isthæc verba sint, quæ leguntur in illis: *Vestra petitio continebat, quod Apostolica Sedes nonnullas domos vestri Ordinis, antequam essetis in vnius religionis corpus de mandato nostro redacti, diuersis priuilegijs.* Et habet hanc Bullam liber inscriptus Mare magnum, seu monumenta Ordinum *fol.* 245. pag. prima. Non potest igitur non esse verissimum, & certissimum, sicut præcitata ordinis vnio de mandato, & Apostolica Alexand. Quarti auctoritate fuit per Richardum Cardinalem peracta: ita fuisse præcitatum ordinem eâdem Alexandri IV. auctorite Apostolica confirmatum, legitimèque approbatum.

Quod Vrbani Quarti testimonium superius positum euidenter affirmat: quem rursus Ordinem in eisdem literis Vrbanus ipse confirmat, dum scribit: *Nos igitur vestris supplicationibus inclinati; vobiscum supra professionum, & obseruationum habitus debita auctoritate* APOSTOLICA *dispensamus, vobis nihilominus concedentes, vt in Ordine vestro vobis taliter concesso posßitis licitè remanere.*

Quæ verba Apostolicam Ordinis confirmationem secundùm ab Vrbano Quarto repetitam, extra omnem dubitationis aleam continent.

His adhuc omnibus adiungimus approbationem ex Concilio Lugdunensi sub Gregorio X. *anno Domini* 1271. ante Honorium 4. celebrati, quæ ponitur in *cap. Vnic.* §. *sane de religiosis domibus in* 6. *Cæterum* (*ait Concilium*) *Eremitarum Sancti Augustini, & Carmelitarum Ordines, quorum institutio cōciliū generale præcessit, in suo solido statu volumus permanere.* An esse quidquam clarius potest? His sanè verbis Concilium Lugdunense non solùm confirmat statum Eremitarum, & Carmelitarum, verum etiam eum iam antea solidum, & ab Apostolica Sede confirmatum declarat: absque comprobatione enim nullus iam tunc ordo poterat habere status soliditatem, propter edictum generalis Concilij Lateranensis.

Iam reor, à nobis exigit lector, non immemor theologam, quam post Apostolicas Bullas allaturos nos promisimus, demonstrationem: promissis stamus, & demonstrationem theologam exhibemus. Negari sine ingenti temeritate non potest à tempore Alexandri IV. vsque ad Honorium Quartū (hoc est *ab anno* 1258. qui fuit annus vnionis, vsque ad *annum* 1285. in quo Honorius IV. eligi-

eligitur) complures homines à feculi illecebris ad Deum conuerfos & fufcepiffe Eremitarum habitum, & in ordine Eremitarum emififfe profeffiones folennes: extant enim cōplures Alexandri IV. Vrbani IV. & Clementis IV. qui Honorium IV. antecefferunt definitiones, quibus in Eremitano ordine profeffiones emiffas, & validas, & folennes decernunt, fugitiuofq; ab eo ordine veros apoftatas publicant, vt legitur in priuilegijs ordinis Eremitarum *conceßione quinta* Alexandri IV. *conceff.* 2. *&* 3. Vrbani IV. *&* *conceff.* 2. Clementis IV. Quam etiam ob caufam Alexander IV *conceß.* 10. & 11. prohibet, ne aut Eremitæ profeffos Prædicatorum, & Minorum in fuo ordine recipiant: aut prædicatores, vel minores profeffos Eremitarum in ordinibus fuis, definiens profeffiones aliter factas effe nullas, & irritas. Qua definitione tacitè decernit priores profeffiones in quibuslibet eorum ordinum emiffas, validas effe, firmas, ac folennes: quia nempe fint factæ in ordinibus, qui conuerfos à fæculo ad habitum, & profeffionem auctoritate Apoftolica poffint admittere: id quod prima Vrbani IV. conceff. ab ipfo Vrbano indultum eft Eremitis. Temerarium eft igitur (ne quid feuerius dicam) negare profeffiones in ordine Eremitarum illo temporis interuallo factas fuiffe verè folennes. Nec ego fum aliquibus hominibus tam infenfus, vt eos id negare credam.

 At

At hoc verissimo,& maximo solido fundamento admisso; velint nolint admittant necesse est ordinem Eremitarum saltem illa temporis intercapedine ante Honorium IV. esse auctoritate Sedis Apostolicæ legitimè approbatum. Nam post Lateranense Concilium sub Innocentio IV.(de quo in *cap. vlt. extra de religiosis domibus*) qui à seculo ad religionem conuertuntur, vnam de approbatis religionibus eligere tenebantur Vnde nulla professio esse rata poterat nisi in religione per Sedem Apostolicam approbata.

Id quod etiam apertius definitum est à Bonifacio VIII.*in cap. vnico deuote in 6.* nullam nimirum professionem aut esse, aut censeri solennem nisi fiat in religione per Sedem Apostolicam legitimè approbata.

Ad tam euidentem in iure, atque in Theologia demonstrationem, quid responsi aduersarij excogitabunt ? obmutescere præstat, & manus dare, si sunt, vt reuera sunt , insignes Theologi.

Quod si præter Theologicam, ac iuridicam demonstrationem, vsum , experientiãq; desiderant, illa in prõptu est. Nam toto illo temporis interposítu Eremitanus ordo positus est pacifica possessione ordinis per Sedem Apostolicam approbati: quandoquidem omnes approbati ordinis functiones publicè, ac liberè exercebat scientibus , ac consentientibus

Sum-

Summis Pontificibus, qui varias illi immunitates pro illo tempore, atque priuilegia concessere, vt patet ex lib. priuilegiorum, Capitula generalia publicè consecrabant, præerant, illis cum Apostolica auctoritate protectores ordinis, vt satis patet ex catalogo capitulorũ generalium, quæ ab Alexandro IV. vsque ad Honorium IV. solenni pompa coacta sunt. Nam *anno Domini* 1258. qui fuit annus vnionis celebratum est Romæ generalissimum ordinis capitulum auctoritate Alexandri IV. congregatum. Præfuit cum Apostolica auctoritate Richardus S. Angeli Cardinalis Electus est generalis Summo consensu frater Lanfrancus qui ordinem gubernauit vsque *ad annum* 1264.

Hoc eodem anno celebratur capitulum generale præside eodem Richardo Cardinali. Creatur autem generalis frater Guido de Stagio ex prouincia Senensi, qui tenuit gubernaculum vsque ad *annum* 1268.

Eo mortuo, & Sede Apostolica post mortem Clementis IV. Vacante cogitur III. post vnionem capitulum generale *anno salutis* 1269. salutaturque generalis frater Clemens de Auximo.

At *Anno salutis* 1274 sedente Greg. X. celebratur. capitulum generalissimum Molariæ apud Luodunum præsidente eodem Richardo Cardinali ordinis protectore, eligiturq; generalis fr. Franciscus de Regio. deinde *anno* 1277. *In die S. Michaelis dicato* cogitur capitulum gene-

nera-

neralissimum Viterbii, in quo eligitur in aliud triennium idem Franciscus de Regio, sub quo duo alia capitula generalia celebrantur *anno domini* 1278. & 1279.

Consequenter *anno* 1298. mense Augusti in die Assumptioni Virginis consecrato, celebratur Capitulum generalissimum Patauij vulgò Paduæ, eligiturque idem F. Franciscus de Regio in triennium aliud.

Tandem sub Martino IV. qui Honorium IV. proximè antecessit capitulum peragitur in vrbe veteri in die Sancto Pentecostes *anno* 1284. ac eligitur generalis Fr. Clemens de Auximo, qui tempore Honorij IV. ordinem est pacificè moderatus.

In hac igitur pacifica possessione approbati per Sedem Apostolicam ordinis, cum ordo Eremitanus illo tempore trãquillum cursum confecerit, & apud omnes in Dei Ecclesia, etiam apud Summos Pontifices pro legitimè approbato habitus fuerit; qua mente, qua nouitate consilij asseuerant aduersarij ordinem Eremitarum ab Honorio IV. primum fuisse auctoritate Apostolica approbatum? Amabo illos, exhibeant literas approbationis ex quarum aliquo verbo constet ordinem antea à Sede Apostolica approbatum nunquam fuisse. At si non exhibent, sed duntaxat offerunt complures literas Priuilegiorum & immunitatum, quibus HONORIVS IV.

IV. Ordinem condecorauit. cum nos consimiles alias iisdem priuilegiis, & immunitatibus redundantes à suis prædecessoribus Ordini nostro concessas exhibeamus; cur ab Honorio IV. potius quàm à prædecessoribus primum censebitur approbatus? Equidē nec mihi videor (si quid video) videbor cuipiam insolens si pedem hic protraham vltra lineam: contrahere tamen quam protrahere præstat.

At nostræ sententiæ patronos (inquiunt) habemus Platinam, & Antonium Sabellium. Hoc etiam perfugij de medio tollemus. Nam Platina in vita Honorij IV. ita ait: *Confirmauit Ordinem Carmelitarum non satis in Conciliis approbatum, mutatis clamydis nigris in albas: & Ordinem Eremitarum apud Parisios improbatum confirmat.* Hæc sunt verba Platinæ. Carmelitani ordinis patrocinium modo non suscipimus, quāuis illum, & à Conciliis & à Summis Pontificibus ante Honorium Quartum legitimè, & satis euidenter confirmatum fuisse non sit dubitandum: etenim expressam Honorij tertij confirmationem habet. De nostro Eremitano, cuius amore, & causa in huius disputationis arenam descendimus, nunc sumus soliciti.

Quæro igitur ex aduersariis num nam Platina afferat Honorium IV. Eremitarum Ordinem

nem priuilegijs,& fauoribus fouit. Sed quoniam idipsum præstiterunt antecessores, ordinem à prædecessoribus firmatum, ille denuo confirmauit. Non enim ordinis idest religionis Pontificia confirmatio aut ordinis, aut confirmationis Sacramentum est non iterabile, vt sit sacrilegij reus quisquis Pontifex ordinẽ, idest, religionẽ ab alio Pontifice probatã iterũ approbet ac proinde colligi queat ex pręsenti approbatione negatio cuiusq; præteritæ. Innocentius III. ordinem Minorum viua voce cõfirmauit, quem Honorius III. confirmat iterum. Ordo Sancti Benedicti approbatur primum à Gregorio X qui idem tamen approbatur denuo à pluribus alijs Pontificibus, quorum approbationis Apostolicæ literæ ponuntur ad initium libri, in quo S. Benedicti regula continetur: Innocentius primus, testibus Illescas, & viris alijs, quos lib. 4. citauimus Eremitarum ordinem Augustino adhuc viuente confirmat. Eundem nihilominus adhuc superstite Augustino rursus confirmat Zozimus Papa, vt asserit Illescas lentius relatus *in lib.* 4.

Fatemur igitur cum historia Platinæ Honorium IV. Eremitarum ordinem confirmasse: Tunc tamẽ tẽporis primum fuisse illum ordinem confirmatum non tam boni logici sumus, vt inde vociferemur illatum. At referente

te Platina Ordo Eremitarum Parisijs improbatus erat, vt admittamus, quid tunc postea? numquid est apud Parisienses auctoritas Pontificia, vt ordinem semel approbatum improbare queant? Deinde quæ isthæc est consequentia: parisijs ordo Eremitarum fuit improbatus: ergo ante Honorium IV. per Sedem Apostolicam nunquam fuit approbatus? quin potius Honorius IV. hunc ordinem qui alias iam legitimè approbatus Parisijs temere, & iniuria fuit (si tamen fuit) improbatus idcirco denuo approbat, hoc est satis approbatum, atque confirmatum declarat. Porro fuisse Parisijs Eremitarum ordinem improbatum non est verosimile: cum tot ante seculis, in Gallia & amicè receptus; & late fuerit amplificatus. Hoc fatemur tempore Alexandri quarti de vnione congregationis Guillielmitarum, quæ amplissimè tunc florebat in Gallia, grauiter fuisse, plurimumque disceptatum: etenim non omnes conuentus congregationis Guillielmitarum, quæ amplissimè tunc florebat in Gallia, vnioni factæ acquieuerunt sed plures statum pristinum retinuerunt, quemadmodum narrare memini viros fide dignissimos, imo legi in instrumentis authenticis. Si quid autem coniectari probabiliter licet hanccontrouersiam Parisiensium

scitis

ſcitis, & ſtudiis excitatam, Platina forte vocat Eremitani Ordinis apud Pariſios improbationem.

Iam verò Antonij Sabellij verba ipſiſſima ſunt, quæ ſequuntur. *Carmelitarum ordinem ad id tempus nulli Pontificum probatum: nec non Eremitanum Pariſiis repudiatum: vtrunque ſuo ratum fecit aſſenſu*, admittimus. Sed nunquid aſſerit Eremitanum Ordinem tunc primum aſſenſu Honorij fuiſſe ratum? De repudiatione verò, ſiue potius impugnatione nota Pariſiis; nunc loqui ceſſabimus.

Et hæc quidem ſatis aduerſus opinationem priorem: ad poſteriorem labefactandam alacriter aggrediamur.

CAPVT XII.

Contra poſteriorem ſententiam capitis decimi Ordo Eremitarum S: Auguſtini longè ante Alexandrum & ante vnionem per eum factam, per Eccleſiam, ſedemq́; Apoſtolicam verißimè eſt approbatus.

EXpurganda ſequitur ſententia ſecunda, quæ aſſerit Eremitarum Ordinem per Alex. IV. fuiſſe primum approbatum, & confirmatum, tunc nimirum in plurimas Eremitarum congregationes in vnum religionis cor-

corpus compegit *anno Domini* 1258.

Pro cuius sentẽtiæ clariori impugnatione adduximus, quod iam *lib.*5. meminimus, illius patronos explicare eam non eodem sensu omnes: licet enim omnes concordi voce dicant Eremitanum Ordinem, qui hodie in Ecclesia viget primam suam originem, atque institutionem habere ab Alexandro IV. Præfatam Eremitarum vnionẽ instante: tamen aliquando docent hunc præsentem Eremitarum ordinem, ita ab Alexandro IV. post præfatam vnionem cæpisse, vt antea nullus in Ecclesia Dei extiterit Ordo S. Augustini, siue Eremitarum Sancti Augustini: hunc enim docend., & nostram nouitatem exprobrandi modũ, placere videas aduersarijs in suis contra Eremitanos allegationibus, vbi passim dictitant ante illam per Alex. IV. inuectam vnionem nullum alium fuisse S. Augustini ordinem, præter ordinem Canonicorum regularium: atq; hũc intelligendũ iri quoties in iure ante Alex IV. fit mentio ordinis Sancti Augustini.

Verùm quoniam hæc assertio falsitatis tam facile conuincitur, quàm nos conuicimus *lib.*5. Id proptea alij aliter philosophantur, ac docent Ordinem Eremitarum Sancti Augustini non fuisse antea in Ecclesia nullum, sed qualis, quotusque fuerit, fuisse per talem vnionẽ vna cum cæteris Eremitarum congregationibus omnino disperditur, vnumq; tertium

atq; nouum Ordinem ex præcedentium interitu extitisse, hunc inquam ipsum, qui nunc dicitur Eremitar S. August. & in Ecclesia Dei inter quatuor mẽdicantes connumeratur. Atque ad hunc modum explicant eũ ab Alex. IV. primum incæpisse, & confirmationẽ Apostolicam primam obtinuisse. Cuius opinionis auctor videtur fuisse Ioannes Andreas *in c. Vnico ad verb.* admittant de *relig. domib. in 6.* quem citatum videtur sequi Trullus citatus ab aduersarijs *huius lib. cap.* 10. in quam etiam argutationem aduersarij nostri prioris interpretationis obliti, eoque vnde flatus aliquis tempori, & materiæ accommodatus ostenditur, vela flectentes aliquando discedunt.

Nos sententiam istam vtroque modo, & in vtroque sensu explicatam quàm diligentissimè expugnabimus, & posteriorem quidem confestim.

§. 1.

Expugnatur posterior propositæ opinationis sensus.

QVoniam posteriorem opinionis interpretationem fusissimè, &, vt puto, manifestissimè *lib. 5. cap. vlt.* coarguimus falsitatis; non est quod actum agamus, & repetitis telis eam iterum confodiamus. Beneuolum lectorem ad ea, quæ eo in loco diximus, relegenda hortamur.

Non

Non possum tamen non præterea quidquã adijcere & expendere verba Vrbani IV. in Bulla, quam cap. præcedente transcripsimus; illa dico verba: *Et vobiscum super diuersarum professionum, aut obseruationum debito, quibus aliqui ex vobis se in prædictis, vel alijs ordinibus obligauerant antea dispensauit statuens vt in eodem ordine Sancti Augustini debeatis perpetuo virtutum Domino deseruire.* Illa verba *Quibus aliqui ex vobis*, accuratã trutina expendamus. Dispensauit Alexander Quartus) Vrbanus IV. ait) super diuersarum professionum, & obseruantiarum debito, quibus aliqui ex illis fratribus vnitis sese obligauerant. Non dispensauit cum omnibus, qui ex omnibus ordinibus vniti fuerunt, ad vnam istam Sancti Augustini religionem translati: sed cum aliquibus eorum duntaxat: at si omnes ordines extincti illa vnione fuissent, si diuersus aliquis vnus ordo natus esset, proculdubio talis dispensatio necessaria, quæ extenderetur ad omnes: quin iam omnes diuersa religione, professione, & obedientia ad nouam religionem, obedientiamque, & ad distinctam essent professionem translati; quæ translatio sine solutione vinculi pristinæ professionis: solutio autem sine dispensatione non poterat fieri. Cum igitur non cum omnibus, sed cum aliquibus Alexander IV. dispensauerit: vt Vrbanus Quartus est auctor, vtique non omnes pristini Ordines fuerunt

extincti, sed vnus aliquis inter eos Ordo in suo antiquo statu, obedientia, atque professione persistit, ad quem alij Ordines cũ propriæ substantiæ corruptione vniti, & aggregati fuerunt; quorum quidem Ordinum fratres, vt relicta professione priorũ, ad huius ad quẽ aggregabantur professionem transirent, dispensatione circa pristinæ professionis debitũ indiguerunt: non ita illi, quorum ordo integer, incorruptusque perseuerauit: siquidem nec emisêre nouam, nec abiecêre pristinam professionem Hunc intelligendi textus modum apertè indicat S, Antoninus 3 *p.tt.* 24.*cap.* 14.§.3.in fine, & B.Iordanus *lib.*1. de vitis fratrum *cap.*14 & cæteri omnes, qui huius, tum vnionis, tum dispensationis faciunt mentionem.

Hic autem Ordo, qui retenta eâdem pristina professione permansit integer, fuit sine dubio Ordo S. Augustini, quippe quem ante Alex IV.inde vsque ab Augustini ætate in Ecclesia Dei perpetuo floruisse: & post Alexandrum IV.semper eundem durasse, atque continuatum fuisse perabundè contra priorẽ aduersariorum interpretationem ostendimus *in lib* 5: & rursus ostendere non grauabimur ex definitione Concilij Lugdunensis à nobis sæpius repetita, & posita *in capite vnico* §. *sane de religiosis domibus in sexto*. Ex qua aperte liquet institutionem eius Eremitani Ordinis

nis, qui post vnionem in Ecclesia Dei floret, præcessisse Concilio Magno Lateranẽsi celebrato *anno salutis* 1215. hoc est annis plusquam 40. ante vnionem Ordinis factam per Alex. IV.

In cuius etiam antiquitatis confirmationem expende verba quę ponuntur tam in Bulla Alexandri IV. ad Richardum Cardinalem directa, quàm in Bulla Vrbani IV. de quibus 11. cap. præcedenti meminimus. Nam cum Alexander IV. mentionem fecisset Ordinum, quos ad se, sedemque Apostolicam conuocauit, inter eos posuit Ordinem sub titulo S. Augustini: Deinde docet præfatum Richardum omnes illos Ordines in vnam Ordinis Eremitarum Sancti Augustini professionem counisse; quod idem in sua Bulla narrat Vrbanus IV. Ex quibus non ineptè intelligimus Richardum Cardinalem cæteros alios Ordines, quos enumerauit, ad ordinem S. Augustini quem inter alios enumerat, vniuisse. Nec obstat quod antea appellauit illum ordinem S. Augustini: post vnionem verò appellet Ordinem Eremitarum S. Augustini, nam idem Vrbanus illum eundem Eremitarum ordinem ad cuius professionem cæteri ordines couniti fuerunt, statim appellat ordinem S. Augustini cum dicit: *Statuens vt in eodem Ordine Sancti Augustini debeatis perpetuò virtutum domino deseruire*: quasi perinde sit dicere, ordo Sancti Aug. atq; ordo Eremitarum

tarum S. Aug. sunt enim hæc synonima quædam nomina.

Ex quibus omnibus tanquam omnino certissimum constituimus eum S. Augustini Ordinem, qui ante vnionem vigebat, ipsum nullatenus immutatum post vnionem in Ecclesia permansisse, permanereque vsque ad tempestatem præsentem: atque hunc ante præfatam vnionem fuisse per Sedem Apostolicam approbatum iam manifestè aduersus priorem aduersariæ opinionis sensum ostendimus.

§. Secundus.

Is aduersariæ sensus prior, qui fuit huius capitis initio constitutus, multifariam expugnatur.

EREmitici Ordinis & approbationem, & approbationem vnione vetustiorem ex varijs Alex. IV. Innocentij IV. Gregorij IX. & Honorij demum tertij literis Apostolicis ostendemus, vt interim omittamus ea, quæ de Innocentio III & de Concilio Lateranensi in hoc iam lib. fusè retulimus.

Expugnatur prædictus sensus Bullæ Alexandri IV. Sectio prima.

PRima igitur, cardine (licèt retrogrado) Bulla prodeat Alexandri IV. data *Kalend. Martij*

anno

anno 1. Pontificatus quando nondum facta fuerat Ordinis vnio: fuit enim Alex. IV. *die* 21. *decembris anno Domini* 1254. Coronatus autem die Natalis redemptoris ſequenti, à qua die incæpit *annus* 1255. & quoniam Bulla data fuit 1. *die Martij anno Domini* 1255. data planè fuit duobus à coronatione menſibus: at vnio Ordinis contigit *anno* 2. Pontificatus eiuſdem, vt omnes conſentiunt, ſicut *li.* 5. *ad annum* 1255. noſtræ Chronologiæ patefecimus, ſiue ille fuerit *annus* 1256. *ſiue* 1258.

Hcbetur autem hæc Alex. IV. Bulla in priuilegijs ordinis *fol.* 2. *conceſſione.* 5. eiuſdem Alexandri IV. & dirigitur ad omnes Eccleſiarum prælatos.

In qua Bulla illud in primis aduerto, quod eſt totius controuerſiæ caput: iam ante vnionem fuiſſe in Eccleſia Ordinem Eremitarum S. Auguſtini, & habuiſſe vnum generalem priorem: ſiquidem planè id conſtat ex illis verbis: *Ex parte dilectorum filiorum prioris generalis, & fratrum Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini fuit propoſitum coram nobis.* Non igitur eſſe id verum poteſt, quod aduerſarij aſſumunt: Nullum Eremitarum S. Auguſtini ordinem ante vnionem fuiſſe. Nec item, quod addunt 1. ordinis generalem fuiſſe poſt vnionem creatum; cum oppoſitum cõſtet ex his Alex. IV. literis atq; ex alijs, quas in noſtra Chronologia adduximus *in li.* 5. Cũ tamen dicimus Ord. Eremitarum S.

Augustini iam id temporis habuisse generalem vnum intelligimus in Italia: nondum tamen vnum in toto orbe generalissimum; quandoquidem Ordo nondum erat vbique terrarum sub vnum caput, subiectus, & ad vnius corporis mystici formam effectus. Aduertenda sunt etiam, accuratèque perpendenda verba illa: *Reiecta obedientia, contemptisque priuilegijs ordini prædicto ab Apostolica Sede concessis non erubescunt exire.* Ex quibus in primis deduco Alexandrum IV. professiones in Eremitano Ordine iam id temporis factas pronunciare solennes: quod sine approbatione Ordinis Eremitici esse non potest.

Deinde de priuilegijs his, quæ memorat Alexander, cum aduersarijs vltro expostulo: fuisse ne credenda sunt huiusmodi priuilegia de monasterijs ædificandis, de confessionibus audiendis, de decimis non soluendis? at fugitiui fratres, hæc & cætera huiusmodi priuilegia minimè contemnebant, nec contra obedientiam illis debitam faciebant. Dicendum erit igitur Alexandrum Quartum non de his agere priuilegijs, sed potius de illis, quibus Ordo Eremitarum per Sedem Apostolicam tanquam syncerus, & legitimus approbatus erat, ita vt ꝓfessio in eo emissa, iudicaretur solẽnis, à qua null⁹ sine vera regularis obedientiæ Apostasia posset deficere: fugitiuus enim frater, & Apostata, nulla alia fugiẽdo

cõtemnit aut cõtẽnere poteſt Apoſtolica priuilegia nullãq; aliã frangere ordinis obediẽtiã. Quamobrem apertiſſimo Pontificis teſtimonio liquet ordinem Eremitarum longo tempore ante vnionem fuiſſe per Sedem Apoſtolicam approbatum.

Deinde producimus aliud eiuſdem Alexãdri IV. priuilegium emiſſum 14. die Iulij anno 1. Pontificatus eiuſdem qui fuit *annus Domini* 1255. quando nondum facta erat ordinis vnio. *Scribit ille ad Generalem ordinis Eremitarum* Sancti Auguſtini, cæteroſque eiuſdem ordinis priores. Ex quo colliges ante vnionem fuiſſe potitum hunc ordinem titulo Eremitarum, & ſub vnum generalem (quod aduerſarij negant) ſubmiſſum. Bulla quam ſcitamus habetur in lib. priuilegiorum ordinis *fol.* 1. *conceſſ.* 1. eiuſdem Alexandri IV.

Ex ea clariſſime conſta conceſſu Alexand. quarti prælatos ordinis poſſe auctoritate Apoſtolica ad habitum eiuſdem Ordinis , atque ad legitimam ordinis profeſſionem admittere eos, qui à ſeculi tumultibus ſeſe ad religionis quietem recipere optant , poſſeque ijſdem, ſi forte cenſura aliqua irretiti ſunt, abſolutionis impendere beneficium . Quod nequaquam conſtare poteſt deficiente legitima approbatione ordinis auctoritate Sedis Apoſtolicæ iuxta definitionem Concilij Lateranẽſis in cap de religioſis domibus ibi. Qui autem

ad religionem conuerti voluerit vnam de approbatis assumat; quis igitur negabit Eremitarum ordinem multis ante vnionem annis per Sedem Apostolicam approbatum haberi?

III. loco succurrit Bulla eiusdem Alexandri IV. *data anno* D. 1255. die 15 Iulij anno etiã I. Põtificatus eius, & subinde ante factam vnionem ordinis expedita, quã direxit ad Rupertũ Cardinalẽ ordinis protectorẽ, habeturq; integra in l. priuilegiorũ ordinis f. 2. cõces. 2. eiusdẽ Alexand. IV. Ex qua etiam habemus & habitum religionis Eremiticæ, & professionem in ea factam auctoritate Apostolica comprobari: quæ tamẽ duæ res sine religionis approbatione nequeunt approbari. In ea etiam bulla religio Eremitarũ à Sũmo Põtifice Sancta dicitur, cuius proinde honori, nequam illius cunq; iacturã patiatur Alex. IV. auctoritate Apostolica subsidio venire contẽdit, ordiniq; propterea Cardinalẽ ꝓtectorẽ designat. Nũquid hæc omnia sine Apostolica ordinis approbatione cõsistũt.

Sed iã accipe 4. loco insignẽ aliã eiusdẽ Alexãd. IV. cõcessionẽ, quæ ponitur in eodẽ l. priuilegiorũ f. 4. Cõces. 10. eiusdẽ Alexãd. Scribit Magistro generali, prouincialibus, & fratribus ordinis prædicatorũ hæc verba: *Quãto præclara Ord. vestri religio inter religiones alias perinsignẽ gratiã meritorũ, prærogatiuã virtutũ, & eminẽtiã Sanctitatis cõspectiori rutilat claritate: tã magis vestrã cõdecet honestatẽ vt oẽm in vobis iustitiã adimplẽtes debitæ charitatis legẽ erga singulos obseruetis non faciendo id alijs, quod vobis ascribitis ad offensam.*

Sanc

Sane vestris dudum supplicationibus inclinati, vniuersis prioribus, & fratribus Eremitis S. Augustini & S. Guillielmi auctoritate literarum nostrarum inhibuisse meminimus, ne aliquos ordinis vestri professos in Ordine suo recipere, vel retinere præsumant, sine Priorum suorum petita licentia, & obtenta. Et decernentes nihilominus irritum, & inane quidquid per eos contra inhibitionem huiusmodi contigerit attentari. Cum igitur nos deceat pati legem, quam imponi alijs procuramus: Vniuersitati vestræ in virtute obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, quatenus à prædictorum Eremitarum candidatis abstinentes aliquos in ordine ipsorum professos in ordine vestro sine petita, & obtenta Priorum suorum licentia, nullatenus admittatis &c. datum Anagniæ 3. idus Iunij pontificatus nostri anno 5.

Quo eodem die expedita fuit ad fratres minores similis alia Bulla ijsdem omnino verbis scripta, quæ etiam habetur in dicto priuilegiorum libro concess. 11. Alexandri.

Quamuis autē vtraq; Bulla post factam vnionē expedita fuerit anno scilicet Domini 1259. tamen in nostræ conclusionis gratiam expendo illa verba: *Vestris dudum supplicationibus inclinati vniuersis Prioribus, & Eremitis Ordinis S. Augustini, & sancti Guillielmi auctoritate nostrarū literarū inhibuisse meminimus ne aliquos vestri ordinis professos &c.* Quæ vtiq; verba euidenter innuūt literas illas ad Eremitas S. Aug. & S. Guillielmi missas nō esse recētes, sed antiquas, vt patet ex illo verbo, dudum, & ex illo meminimus, Vnde infero literas illas ante vnionem fuisse confectas.

In cuius etiam rei gratiam, expendo, id quod

Pontifex ait: *Vniuersis Prioribus ordinis S. Augustini, & S. Guillielmi*, quia scilicet nondum illi duo ordines vniti erant, & in vnam ordinis S. Augustini professionem redacti. Nam post vnionem ab Alexandro factam nullius deinceps fuit ordo S. Guillielmi, sed hoc amisso nomine, atq; titulo, ad ordinem Eremitarum S. Augustini fuit adiunctus addita prohibitione ne alio quã S. Augustini, siue Eremitarum S. Augustini tit. siue ille, siue quiuis alius ex vnitis ordinibus amplius appellarentur.

Scripsit igitur Alexander IV. ad duos illos ordines S. Augustini, & S. Guillielmi antequã vnio ordinis facta esset, quando vnus ab altero distinctus erat ordo, distinctamq; seruabat obedientiam.

Quo verissimo fundamento iacto expendamus quid esse cautum illis ordinibus voluerit Alex. IV. Cauit ne Prælati ordinis Eremitani professos ex ordine Prædicatorũ, aut Minorum ad suum Eremiticum S. Augustini ordinem, nisi petita, & obtenta à suis Prælatis facultate admitterent: quorsum hæc prohibitio si ordo Eremitanus non erat ordo per Ecclesiam auctoritate Apostolica approbatus? Vtiq; iam à iure, & à Concilio Lateranensi *in c. vlt. de relig. domib.* prohibitio emanarat ne quis ad religionẽ cõuersus aliqnã approbatã assumeret: q; si nullus de nouo cõuersus poterat; fortiori iure non poterant professi ordinũ approbato-

batorum, quales erant Prædicatorij, & Minores, assumere habitum Eremitarum.

Respondebunt tamen aduersarij sæpè contingere, vt prohibitio vnius Pontificis eadem à successoribus repetatur, & proin ex iteratione prohibitionis huius, nō rectè inferri Eremitarum ordinē esse ante iterationem hanc per Sedem Apostolicam approbatam. Ita respondent. Sed replicationem audiant. Si Eremitanus ordo legitimè iam antea per Sedem Apostolicam non erat approbatus: quomodo professus ordinis, aut Prædicatorum, aut Minorum obtenta à suis Prælatis facultate, poterat legitimè ad ordinem Eremitarum conuolare? vt posse eum euidenter explicat Alex. sanè si debitum antiquæ professionis per professionem in Eremitano ordine tunc emissam dissoluebatur, nō est dubium quin hæc 2. professio solennis foret. Si verò solennis erat, necessaria consecutione habemus Eremitanum ordinem per Sedem Apostolicā iam tunc fuisse legitimè approbatum.

Cedant igitur cedant si qui hactenus contrarium censuerunt, & videre velint id, quod est ad vidēdum tā illustre, & facile: in præcitatis inquam Alexandri IV. literis, Eremitanū S. Augustini ordinem pares cum ordine Prædicatorum, & Minorum iudicio Sedis Apostolicæ iam tunc ante vnionem subire leges, pari passu currere, pari lance ponderari.

Non

Non prætèribo tacitus argumentum illud, quod peti validè potest ex genere vnionis, qua cæteræ omnes Eremitarum congregationes ad vnũ Eremitarum S. Aug. ordinẽ, & professionem substantialiter permanentẽ vnita fuerunt, soluto per dispensationẽ Apostolicã aliarum professionum debito, & priori obligatione extincta. Hoc enim euidẽter arguit ante vnionẽ, & cæteras Eremitarũ cõgregationes per Sedẽ Apostolicã approbatas fuisse (alias professi illarũ dispensatione nõ indigerẽt) & Eremitarum ordinẽ cũ legitima Sedis Apostolicæ approbatione semper cõstitisse. Etenim dũ Alexander cæteras Eremitarum cõgregationes ordini Eremitarum connectit, & incorporat; profecto Eremitani ordinis præexistentẽ cõsistentiã & fatetur ingenue, & de nouo cõfirmat: sicut enim cibus non adnectitur nisi adviuens iã ante nutritionẽ subsistẽs: ita nõ possent alij ordines ad Eremitarũ ordinẽ agglutinari & in eum incorporari, nisi ille solidum, firmumq; religionis statum iam antea possedisset.

Omittimus breuitatis studio argumentum aliud, quod poterat non infirmum depromi ex varijs priuilegijs, quæ Alexander IV. ante vnionẽ ordini Eremitico longe concessit, de quibus in *lib. priuilegiorum*, & in *Mari magno*. Nam priuilegia, & concessiones, hæ Sedis Apostolicæ, approbationem in iure certissimè conuincunt, vt iam *lib.* 1. *c.* 4. fusè monstrauimus. Sed eo iam

eo iã accedamus, vt Eremitani ordinis approbationẽ multis annis Alex. IV. superiorẽ fuisse monstremus.

Idem prior opinionis aduersariæ sensus expugnatur bullis Innocentij IV Sect. 2.

Innocentius Papa huius nominis IV. proximè antecessit Alexandrum IV eligitur *anno D. 1242. die 24. Iunij.* Sedet 11. cũ sex mensibus ac moritur *anno D. 1254. 7. idus decembris.*

Igitur Innocẽtij IV. tẽpore Eremitarũ ordinẽ per S. A. fuisse approbatũ, & per eundẽ denuo confirmatũ, ex his, q̃ dicemus, fiet apertũ.

Enimuero Innocentius XV: vt omnibus ordinibus fuerit valde addictus, amore tamen quodã præcipuo Eremitarũ ordinẽ deperibat, sicut ex Annalibus patet, & refert Bergomẽsis in suo supplemẽto Chronicorũ *l. 13. ad a. 1244.*

Cũ primũ D. Petri cathedrã tenuit, ordinem hunc sub suæ, hoc est Apostolicæ, protectionis alas collegit, & multis deinde priuilegijs exornauit. Nam *anno D. 1243. 10. Kal. Maij, hoc est 22. die Aprilis anno* 1. sui Pontificatus ad priores, & fratres Eremitarum S. Aug. in Hispania agentes eas literas misit quarum *in lib. 5. ad annum* 1243. iam fecimus mentionem. Tenorem ad hunc locum reseruauimus, is autem talis est:

Innocentius Episcopus Seruus Seruorum Dei: dilectis filijs prioribus fratrum Eremitarum in Hispania ordinis S. Augustini salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cum ex Apostolica curæ teneamur officio circa Religionis augmentum attenti, & vigiles inueniri, nos deuotionis

tionis vestræ precibus inclinati, vt volentibus fratrum ordinis vestri aggregari collegio, qui suspensionis aut interdicti, vel excommunicationum sententijs sunt ligati, absolutionis beneficium iuxta formam Ecclesiæ impertiri, & ipsos in fratres recipere valeatis, vobis auctoritate præsentium indulgemus: ita tamen vt si aliqui ex eisdem huiusmodi sententijs propter debitum sunt astricti, satis faciant vt tenentur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & B. Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum Datum Lateran. 10. Kal. Maij. Pontificatus nostri anno 1. Originale authenticum huius bullæ seruatur in archiuio nostro Olyssipponensis monasterij, vnde hunc tenorem habuimus.

¶ Ex hac bulla illud inprimis annotabimus Ordinem Sancti Augustini, non solum in Ecclesia Dei ante Alexandrum IV. viguisse, sed titulo, & appellatione Ordinis Eremitarum S. Augustini communiter fuisse nuncupatum Dilectis, inquit, filijs *prioribus fratrum Eremitarum in Hispania ordinis S. Augustini salutem &c.*

¶ Deinde annotamus Innocentium IV. fecisse facultatem, vt priores Eremitarum in Hispania eos, qui à seculo conuersi habitum ordinis Eremitarum vellent induere, ab excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententia possent absoluere, atque ad ordinis habitum, & professionem recipere. At post Cō-

cilium

cilium Lateranense in ca. vlt. de religiosis domibus, qui ad religionem conuerti vellent, nisi eam, quæ Sedis Apostolicæ auctoritate approbata foret, non poterant aliam vllam assumere. Erat igitur Eremitarum ordo iam illa memoria per Sedem Apostolicam ritè approbatus; cum beneficio, & gratia Sedis Apostolicæ possent priores huius ordinis in Hispania omnes à seculo cõuersos, etiam excommunicatos, ac suspensos, impenso prius absolutionis beneficio, auctoritate Apostolica ad ordinis habitum, & professionem admittere.

Eodem etiam *anno* 1243. idem Innocentius IV. dedit ad Alfonsum Regem Castellæ cognomento sapientem literas commendatitias pro amplificando, & regali munificentia exornando in Hispania Eremitarum ordine. Concessitq; proinde, vt posset eiusdem ordinis domos, & monasteria ædificare, ad quas Pontificis preces Rex Catholicus inclinatus, nonnulla ordinis monasteria ędificauit; quod nos iam *in lib.5.* Chronologiam ordinis texentes retulimus ad *annum* 1243. vbi vide.

Porro ex definitione Concilij Lateranensis in c. vlt. de relig. domibus nullas domos religiosas, siue religiosorum hominum monasteria poterit ædificare, nisi essent religionis, quę esset per Sedem Apostolicam approbata. Innocentius igitur dum facultatem facit ædificandi domos, & monasteria ordinis Eremita-

rum S. August. vtiq; vel ordinem ipsum Apostolica auctoritate approbat, vel eadem iam auctoritate approbatum esse, atq; in approbati possessione constitutum fatetur. Et hoc quidem quod est à me dictũ posterius est censendum verissimum. Quoniam Eremitanus ordo iam erat illo tempore per Hispaniam propagatus; imo & per Portugalliam fusus. In Italia verò eodem anno celebratum fuit iterum capitulum generale eiusdem ordinis Eremitani, in quo fuit electus Fr. Adiutus de Fano, qui rexit ordinem vsq; ad *annum* 1248. Quo anno stante adhuc Innocentij IV. Pontificatu, coactum est aliud generale eiusdem ordinis Capitulum in Italia, quod fuit ordine quartum & consalutatus in eo Generalis Fr. Philippus de Parma, vt ex antiquis ordinis Chronicis iam retulimus *lib. 5. in ordinis Chronologia contexenda.* Ex quibus liquido constat ordinem Eremitarum quandiu Innocentij IV. Pontificatus perstitit functiones ordinis approbati, vidente, & consentiente Innocentio, publicè exercuisse, ac proinde in possessione pacifica approbati ordinis illa iam tempestate permansisse.

Anno verò 1252. 3. *Nonas Augusti*, hoc est, die tertia eiusdem mensis idem Innocentius ad vniuersos Archiepiscopos, Episcopos ita perscribit: *Dilecti filij, priores, & fratres Eremitarum ordinis S. Augustini nobis humiliter supplicarunt, vt eis construendi*

struendi Ecclesias, & domos in terris mancriis, & possessionibus, quæ sibi à fidelibus conferuntur, ac audiendi, & celebrandi diuina officia in eisdem Ecclesiis, & recipiendi Ecclesiastica Sacramenta licentiam de benignitate solita largirentur. Vobis igitur, qui locorum diœcesani existitis, in hac parte deferre volentes, vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus quatenus eis concedatis licentiam postulatam. Ex qua Pontificia, Apostolicaq; facultate adiuncto insuper *c. vlt. de relig. domib.* idem, quod supra fecimus, argumentum facimus pro Apostolica ordinis Eremitici approbatione, iam illo seculo confirmãda:

Sed ad grauiora alia, & multò clariora argumenta deueniamus. Idem Innocentius eodem anno 1252. cum iamdudum Eremitarum Ordinem sub suam; id est, Apostolicam protectionem suscepisset, de eo amplificando, adaugendoq; cogitauit: voluitq; proinde Eremitano Ordini, qui ab Augustino sub eiusdẽ parentis titulo, & professione continuato ductu deriuatus erat: cæteras omnes congregationes, quæ sese ab eodem ordine tanquam riuuli à fluuio segregarunt vnire, & innectere: Vnionẽ ille in Italia feliciter inchoauit: mortẽ tamen præuentus non absoluit. Huius vnionis omnes historiographi faciunt mẽtionem; & quidem d. Antoninus 3. *p. tt.* 24. *cap.* 14. §. 3. de ea scripsit verba, quæ nos transcripsimus *in* 11. *cap. libri* 5. Quæ rursus eadem oratione, & textu scribit B. Iordanus *libro primo* de vitis

fratrum *cap.* 14. iuuat autem aliqua expendendo repetere: *Considerans (inquit) Innocentius IV. Ordinem prædicatorum, & minorum in Ecclesia Dei fructus vberes producere. Eremitarum verò ordinem sibi soli prodesse: cæpit velle agere, vt & ipsi sicut prædicatores, & minores salutarẽ fructũ in Ecclesia Dei producere possint.* Hæc verba omni procul dubio Eremitani Ordinis in primigeniæ suæ solitudinis institutione degentis, soliditatem, & constantem statum ob cuiusuis oculos ponunt. Etenim videbat Summus Pontifex Ordinem illum in Eremo soli diuinarum rerum contemplationi consecratum, & ab hominum consortio semotum, non eos in Dei Ecclesia ad populi vtilitatem reduntantes, sua doctrina congressus, ac sanctæ vitæ cõsuetudine fructus producere, quos & prædicatores, & minorum Ordines de nouo in vrbibus in media hominum frequentia instituti producebant. Cæpit igitur in huiusmodi cogitatione versari, quo pacto Eremitanũ ordinem exaggeraret, ad eumq; statum perduceret, in quo in Ecclesiam Dei, tum sibi: tum alijs fructus inferret: statuitq; proinde eum à primo suo seminario, hoc est ab Eremo ad hominum conuictum, vrbiumq; celebritatem trãsferre. Nunquid potest hæc Innocentij voluntas, deliberatio hæc, hoc decretum sine ordinis approbatione consistere? Etenim iudico, & mecum omnes, qui iudicare candidè volũt: sic iudicabunt, Innocentium dum primum illius

lius institutionis statum Apostolica auctoritate dispensando commutat, & ab Eremis transfert ad vrbes, vtrunq; simul statum eâdem auctoritate comprobare, ac cõfirmare: pristinum dico in solitudinibus, & nouum in vrbibus.

¶ Omnes igitur aliarum congregationum Eremitas sub diuersis titulis, & obedientijs degentes, idem Innocentius Eremitis Sancti Augustini coniunxit, reducens eos sub vna regula S Augustini, vt vno nomine profitendi, vno habitu, vno titulo, vno officio, & eisdem constitutionibus vti debeant. Eiusdem huius vnioni per Innocentium IV. inchoatæ præter D. Antoninum, & B. Iordanum, quos hactenus memoraui affluentem mentionem faciunt Iacobus Bergomen. *lib.* 13. supplementi Chronicorum *ad annum* 1355. dum agit de Alexandro IV. Henricus de Vrimaria *in lib.* de Origine Ordinis, Ambrosius Coriolanus in suis Chronicis Ordinis, Iosephus Pamphilus Episcopus Signinus, Hieronymus Romanus, & alij, quos 11. *cap. lis*. citauimus. Quibus tanquam testibus domesticis, plenior circa hanc historiã historiæq; narrationẽ quam externis testibus habenda est fides: eo vel maximè, quia de eadẽ vnione testimonium profert Alexander IV. in Bulla ad Richardum Cardinalẽ directa, cuius verba iam superius proposuimus. Igitur re per Italiam saltem confecta, & alijs diuersorum titulorum congregationibus ad Eremitas Sancti

Augustini fratres ascitis, auctoritate Apostolica instituit Innocentius, vt omnes sub vna regula S. Augustini, sub vno titulo Eremitarum Sancti Augustini, sub vno etiam ordinis habitu, sub ijsdem constitutionibus, vno denique profitendi modo Deo mancipati seruirent.

Hoc quid est aliud, nisi ordinem ipsum ita amplificandum auctoritate Apostolica confirmare? Nec enim ordinis confirmatio solet fieri alia solennitate, & forma. Ecce tibi, sub omnium oculos subiecimus Eremitani ordinis ante Alexandrum IV. factam per Innocentium IV. confirmationem.

Quod si Apostolicam Bullam huiusce rei testem desideras, duos oculatos testes in medium producemus & probatæ sanctitatis, & eruditionis eximiæ; D. Antoninum dico, & B. Iordanem, qui testantur ambo sese exemplaria huius Bullæ ab Innocentio expeditæ proprijs oculis conspexisse: *Quarum omnium exemplaria, & nonnulla originalia sub bulla ego vidi*, ait adduximus. Ait consequenter D. Antoninus *Et vt ordo efficacius surgeret ad incrementum, dedit eis vnum Cardinalem protectorem*, nimirum Guillielmum Cardinalem tt. Sancti Eustachij, qui vt vetusta chronica ordinis attestantur, præcitatæ vnionis Apostolica auctoritate faciendæ causa V. capitulum ordinis generale eadem auctoritate Bononiæ congregauit *anno* D. 1252.

In quo

In quo capitulo fr. Lanfrancus Mediolanensis vnicus & communis electus est generalis in tota Italia; ipso autem electo fit Apostolica auctoritate vnio congregationum earum, quæ in Italia tunc vigebant, quamuis non sit ad exitum perfectum deducta.

Huc loco venit in mentem quærere ab aduersantibus, an Apostolicum protectorem Summi Pontifices ei religioni soleant assignare? quam suum sola patrocinium non susciuntaut rursus eam suscipiant sub Apostolicum patrocinium, quam nondum auctoritate Apostolica comprobarunt? equidem minimè reor.

Deinde etiam quæro, num putent potuisse congregationes illas auctoritate Apostolica ad Eremitarum ordinem absque eiusdem ordinis per Sedem Apostolicam approbatione vniri? Meminerint Innocentium peracta vnione præcepisse vt sub vna regula, habitu, titulo, viuendi modo, sub vna denique professione perpetua degerent. Quod quid est aliud, quam approbare religionem? aut iam approbatam de integro confirmare?

Interim Guillielmus Cardinalis obit vitæ suæ diem supremum, & in locum demortui Guillielmi substituitur ab Innocentio IV. Richardus Cardinalis S. Angeli qui Apostolica auctoritate ordinis curam gerat & protectorem agat, vt reuera cumulatè agit: nam excitatam

tatam protinus inter fratres paulo ante vnitos controuersiam circa veram habitus formam Ordini S. Augustini, ab Augustino datam, auctoritate Apostolica compressit, atque composuit: & formam habitus eam, quæ cum antiqua magis concinneret expedita Bulla definiuit, quam definitionem Innocentius Quartus auctoritate Apostolica confirmauit, vt legere est in Bulla data *Kalen. Iulij, anno* II. *Pontificatus sui.* Cuius verus tenor hoc modo habet. *Innocentius Episcopus Seruus Seruorum Dei: dilectis filijs visitatori generali, & prioribus, ac Fratribus Eremiticis vniuersis Ordinis Sancti. Augustini salutem, & Apostolicam benedictionem. Pia desideria deuotorum ea debemus benigno fauore prosequi, quo in ipsis Dei gloria, & animarum salus noscitur contineri.*

Sane dilectus filius noster Richardus S. Angeli Diaconus Cardinalis, cui Ordo vester à Sede Apostolica est cõmissus, ad differentias aliorũ ordinũ certum habitũ deferendum, tã à professis, quàm à conuersis, ac etiam nouitijs dicti vestri Ordinis, de consilio quorundam discretorum fratrum vestrorum vobis prouida deliberatione concessit, prout in patentibus literis eiusdem Cardinalis confectis exinde, & suo sigillo signatis plenius continetur. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem Cardinali super hoc factum est, ratum ac firmum habentes: id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Deinde inseritur tenor literarũ Richardi

Cardi-

Cardinalis quas hic omittimus. Seruatur hæc Bulla in Archiuio nostro Olysipponensi.

Nunquid hæc Eremitani habitus Apostolica confirmatio siue Ordinis, cum habitus forma præfinitur, confirmatione stabit? Quod si bona consequentis ad antecedẽs argumentatio ex hac habitus confirmatione, confirmationem Ordinis Eremitani conuincunt: conuincantur iam tandem aduersarij, & Eremitanum Ordinem ante Alexandrum IV. Apostolica auctoritate confirmatum fuisse concedant.

Denique idem Innocentius curam condendi constitutiones toti Eremitano Ordini communes demandat quibusdam à se electis fratribus, easque confirmat. Referunt & affirmant. D. Antoninus *3. p. tt. 24. § 7. cap. 14.* & B. Iordanus *lib. 2.* de vitis Fratrum *cap. 14. pag. 123.* ita enim scribit vterque: de quibus constitutionibus hoc tenendum est, quod factæ sint per fratres ipsius Ordinis de speciali mandato, & auctoritate Sedis Apostolicæ, prout liquet ex priuilegio D. Innocentij Papæ IV.

Iam verò non aliter solet Ordo denuo institutus per Sedem Apostolicã solenniter confirmari, quam confirmatione regulæ, si de nouo talis regula procedit, vel confirmatione nouarum constitutionum sub regula iam alias per Ecclesiam approbata, Sic enim Honorius III. Ordinem Minorum confirmauit: sic &

Ordinem prędicatorum, dum scilicet Sancti Francisci regulam de nouo prodentem auctoritate Apostolica approbauit, vt patet *ex Mari Magno fol.* 253. & ordinis prædicatorii statuta, ac constitutiones à B. Dominico editas sub regula S. Augustini, iam in Ecclesia recepta Apostolica auctoritate confirmauit.

Qua igitur ratione asseuerare illi viri docti poterunt Innocentium IV. Eremiticum ordinem soleniter non confirmasse, dum solenni expedita Bulla confirmauit totius ordinis constitutiones sub regula S. Augustini toties iam confirmata?

At alias eiusdem Innocentij Bullas in medium producere non cessemus.

Et confestim eam, quæ post factam per eundem Innocentium IV. Eremitani ordinis in Italia vnionem, expedita fuit Anagniæ *anno Domini* 1254. 7. *idus Septemb. Pontificatus sui anno* 12. quæ habetur in Mari Magno *fol.* 249. & *in lib.* priuilegiorum ordinis *fol.* 29.

Ex hac Bulla ea, quæ ad nostrum attinet institutum diligentius expendemus. *Innocentius Episcopus Seruuus Seruorum Dei: dilectis filijs priori generali Ordinis Eremitarum, & alijs prouincialibus, & Conuentualibus, prioribus, conuentibusque ac alijs fratribus sibi subiectis tam præsentibus, quam futuris Eremiticam vitam professis in perpetuum salutem, & Apostolicam benedictionem.* Hoc loco iterum inculcabimus (inculcandum est autem

sæpi-

ſæpius, quoniam negant aduerſarij) ante Alexandrum IV. Ordinem Sancti Auguſtini, & iam appellari Ordinem Eremitarum Sancti Auguſtini, & iam habere Generalem Priòrem.

Obſeruo deinde fratrum ordinis Eremitarum profeſſiones tam præteritas, quàm futuras auctoritate Innocentij approbari: vnàque cum illis approbari Eremitanum ordinem iuxta textum *in cap. Vnico de voto in 6. & in cap. vlt. de Relig. domibus.*

Deinde ſubiungit Innocentius: *Religióſam vitam eligentibus Apoſtolicum conuenit piè adeſſe præſidium, ne fortè cuiuslibet temeritatis incurſus eos à propoſito reuocet &c.* Conceditur igitur (vt palam eſt) ordini Eremitano Apoſtolicum Innocentij Quarti præſidium quid autem hoc eſt aliud quam approbati ſtatus Apoſtolica corroboratio, & iterata confirmatio? *Vnde* adiungit: *Ea propter dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus* Clementer *annuimus & domos veſtras, in quibus diuino mancipati eſtis obſequio ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus.* Quid ad hæc verba vel muſſitare quiſquam auſit? Omnes domos ordinis tam præſentes, quam futuras Innocentius Apoſtolico priuilegio communit, & confirmat. At domos ipſas, in quibus fratres diuino mancipati ſunt obſequio,

Apoſtoli-

Apoſtolica auctoritate communire, quid eſt quæſo aliud, quam ordinem vniuerſum Apoſtolicæ auctoritatis robore conſtabilire? Id quod explicatius aperiunt verba ſequentia: *In primis ſiquidem ſtatuimus vt ordo Canonicus, qui ſecundum Deum & B. Auguſtini regulam in domibus ipſis conſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur.* Quid? nondum confirmat canonicum ordinem quem auctoritate Apoſtolica, Apoſtolicoque munimine præcipit perpetuis temporibus ſecundum regulam Auguſtini inuiolabiliter obſeruari? amabo: clariora verba cedo, quibus aut debuerit aut potuerit Innocētius IV. Eremitarū ordinē confirmare, At, vt vides, non tunc primū ordinem iſtum confirmat, ſed iam dudum à ſuis prædeceſſoribus confirmatum rurſus confirmat, ſic enim ait: *Ordo canonicus Secundum Deum, & B. Auguſtini regulam in ipſis domibus inſtitutus eſſe dignoſcitur*, Ordinem igitur Canonicum quique tanquam vere Canonicus Secundum Deum, & regulam S. Aug. inſtitutus eſſe iam dudum ab omnibus dignoſcebatur. Definit perpetuis fore temporibus in ijſdem domibus inuiolabiliter obſeruandum; at canonicus non eſſet, niſi iam legitimè approbatus eſſet.

¶ Accedunt in huius rei confirmationem cōplura alia nō leuis momēti verba, quæ in eadem bulla appoſita eundem ordinē auctori-

tate

tate Apoſtolica approbatum, & confirmatum haud obſcure declarat; dicitur enim inferius: *Prohibemus inſuper, vt nulli fratrum veſtrorum poſt iactam in domibus veſtris profeſſionem fas ſit ſine prioris ſui licentia de eiſdem locis diſcedere, diſcedentem vero abſque communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere.* Quibus verbis affatim declarat Pontifex profeſſiones in ordine Eremitano Emiſſas vere eſſe ſolennes: quare tamen ſolennitas ſine legitima Sedis Apoſtolicæ approbatione non exiſtit vt ſæpe diximus *ex cap. vnico de uoto in 6. & ex cap vlt. de relig. domibus.*

¶ Imo idem Pontifex in alia Bulla emiſſa 5. *Kalen. Maij, hoc eſt, 27. die Aprilis anno Domini* 1252. profeſſos ordinis ab eo diſcedentes definit veros eſſe apoſtatas. Rurſus concedit inferius vt priores ab Epiſcopis contra ſtatuta ordinis auctoritate apoſtolica confirmata, nullam (bullæ verbis vtor) obedientiam facere compellantur. Satis his verbis ſignificans ordinem Eremitarum ſtatuta habere, quæ eſſent auctoritate Apoſtolica confirmata. Id quod D. Antonini, & B. Iordani teſtimonium ſuperius poſitum abunde confirmat, confor- matio autem ſtatutorum, ordinem, cui illa ſtatuta confirmantur, eadem auctoritate confirmant, vt fuſe antea diximus. Et ex Innocentio 4. hactenus ad Gregorium IX. & Honorium III. veniamus.

Idem

Idem prior opinionis aduersariæ sensus Gregorij IX. & Honorij tertij concessionibus expugnatur Sectio tertia.

NAm Gregorius I.. qui fuit electus 12. *Kalend. April. ad annum* 1221. Gubernauit autem Ecclesiam vsque *ad annum* 1241. liberaliter concessit fratribus Eremitarum S. Augustini, vt in Regno Leonis Castellæ, & Portugalliæ liberè possent monasteria ædificare, vt videre est in publico quodam instrumento, quod reperitur in archiuo Lusitaniæ nostri monasterij de Santarem:

Concessit etiam complures indulgentias monasterio nostro S Mariæ de populo, quarũ literæ cernuntur in monasterio eodem. Tertio pugnam inter Eremitas S. Augustini, & Fratres Minores S. Francisci circa colorem habitus excitatam, Apostolica auctoritate diremit, redegitque ad concordiam distinctione circa manicarum laxitatem inducta. Cuius rei locupletissimum testimonium reddit Alex. IV. in Bulla vnionis: de his omnibus scripsimus satis in *lib.* 5. in nostra chronologia *ad annum* 1227. Deinde huius Pontificis tempore Sanctissimus Nicolaus de Tolentino solenni ritu profitetur Ordinem Eremitarum S. Augustini. Cuius professionem fuisse solennem, & in

& in approbata religione Eremitarum S. Augustini ritè emissam, disertè definit Eugenius IV. in Bulla Canonizationis eiusdem S. Nicolai 6. *Kal Februarij, anno Domini* 1440. vbi sic affatur: *AEternus Deus, qui facit mirabilia magna solus confessorem suum eximium Nicolaum de Tolentino in approbata religione Fratrum S. Augustini ab eius pueritia educatum &c.*

Definit & Gregorius XIII. in quadam Bulla indulgentiarum, quæ habetur in nostro conuentu Olysipponensi dum ita asserit: Qui deinceps perpetuis futuris temporibus domos, & Ecclesias Prædictorum Fratrum Eremitarum Sancti Augustini in inuocationibus earum, ac Sancti Augustini dicti Ordinis fundatoris, & S. Monicæ matris eius, ac S Nicolai, ac S. Guillielmi dicti Ordinis Professorum diebus, pro tẽpore visitauerint. Ex professo obseruа perquam diligentissime optime lector, vt Summus Pontifex Gregorius XIII. pro sacro summo tribunali sedens, vocat Augustinum huiusce nostri Eremitani Ordinis fundatorem. Sed prosequamur institutum iter.

Idem perspicuè explicat Xistus V. in bulla, quàm expediuit de celebrando cum solenni ritu die festo huius sancti 10. *luce Septembris*: in qua satis explicatè asserit B. Nicolaum regularia Sancti Augustini statuta fuisse amplexum. agit autem plane de Ordine Eremitarum.

Con-

Constat idipsum ex vita B. Nicolai per monachum quendam eiusdem quondam socium scripta, & apud Surium consignata mense septembri, vbi legimus B. Nicolaum habitum Eremitarum Sancti Augustini se induisse, & solenni pacto fuisse eandem religionem professum, in eaque carnis petulantiam mirandum in modum omni asperitatis genere perdomuisse, miraculisq; innumeris dum illi etiã vita suppeteret claruisse. Deniq; dum animam iamiam efflaret Patrem Augustinum cum magna matre virgine eidem se visendum dedisse. Quid plura? res profecto est inter eos, qui temporum annales scribunt haud dubia, vt videre est apud Sabellium, villegas, & alios, quos lib. 5. retulimus.

Porro si decursus annorum numerando debitè recenseamus, Beatum Nicolaum Tolentinatem inueniemus suscepto religionis habitu Deo se addixisse *anno Domini* (plus minus) 1240 quo adhuc tempore Greg. IX. ad Sancti Petri Nauiculam gubernator sedebat: etenim B. Nicolaus vixit annos 70. natus *anno* 1224. mortuusque *anno* 1294. induit Eremitarum habitum ætate puerili, vt ex iam citatis Eugenij IV. verbis exploratè liquet.

Ex qua verissima Chronologia constat iam tunc Gregorij IX. tempore ordinem Eremitarum Sancti Augustini esse legitimè per Ecclesiam approbatum, suumque inter ordines legiti-

legitimæ approbatos, locum, ac numerum obtinuisse. Siquidem nuncium seculo remittens B. Nicolaus ad illum confugit, sicut & complures alios toto illo tempore confugisse certissimū est. Constat autem ex definitione Concilij Lateranensis sæpe citata *in cap. vlt. de religiosis Domibus* neminem posse habitum religionis alicuius nisi ex approbatis assumere: imo iam tunc ille ordo tāquā vere Canonicus per varia terrarum sola fusus longè lateque orbem peruagabatur cum facultate Apostolica ædificandi monasteria vbique locorum, vt ex dictis patet. [r]Quæ nisi essent religionis approbatæ, non poterant construi ex dicto ca. vlt.

Denique id disertè testatur Eugenius IV. in verbis citatis dum ait B. Nicolaum in approbata religione Eremitarum S. Augustini à pueritia educatum. Testimonio igitur grauissimo Eugenij IV. ordo Eremitarum Sancti Augustini iam illo sanctissimò Nicolai seculo, per Ecclesiam Sanctamq; Sedem legitimè approbatus erat.

Cum non possit igitur de illius approbatione Gregorij IX. tempore addubitari, ad Honorij tempora transeamus.

Electus Honorius III. *anno Domini* 1216. sedit vsque ad *annum* 1227. fuisse autem illo sedente Eremitarum ordinem legitime auctoritate Apostolica approbatum confirmamus

testimonio D. Antonini 3.*p.tt.* 24.*cap.*14. §... vbi de Honorio III. ita scriptum reliquit: *Post hunc Honorius Papa III. qui ordines prædicatorum, & minorum confirmauit, & loca illa ordinis ipsius* (*de Eremitano* Sancti Augustini agit) *sub protectione Sedis Apostolicæ suscepit.* Idem verbis eisdem testimonium fert B. Iordanus *lib.*1. de vitis fratrum *cap.*4. Addimus Bergomensem *lib.* 13. supplementi Chronicorum ad *annum* 1217. dum agit de eodem Honorio; qua in re omnes ordinis historici mirificè conueniunt.

Nec mirum: si quidem eundem ordinem Eremitarum à prædecessore suo Innocentio III. & ante Concilium Lateranense, & in ipso Concilio Lateranensi legitimè approbatum, & confirmatum agnouit idem Honorius III. vt nos fusè in *hoc lib.* ostendimus *cap.*5.6.7.& 8.

Quibus ex omnibus testimonijs tam morosè adductis, & tam enodatè explicatis iam fit euidentissimum, quam falsa sit assertio ea, quæ affirmat Eremitarum S. Augusti ordinem per Alexandrum IV. dum ordinis vnionem *anno Domini* 1258. perfecit, fuisse primum auctoritate Apostolica confirmatum. Quare hac de re nullum verbum amplius.

Finis libri septimi

LIBER VIII.

VNDENAM SERVATIS IVRIS COMMVNIS *regulis indubitatis, sumenda sit inter ordines, seu religiones præcedentia locorum?*

Præfatio.

VNus adhuc superest in hoc libro muniendus locus, vt in postremo demum liberi, & penitus expediti, conferre manus, & victoriam, si numen fauerit, obtinere poßimus: toto igitur præsentis libri decursu vocabimus in examen: vndenam seruatis iuris communis regulis pendeat inter religiones præcedentia locorum? Cuius quidem quæstionis explicatio tantum conducit ad solutionem controuersiæ inter Eremitas, & posterioris institutionis religiosos de præcedentijs ortæ, quantum ad inductionem substantialis formæ in subiectum eius subiecti vltima, quæ dici etiam solet proxima, dispositio: Prudenter autem diximus [seruatis regulis iuris communis] quia solutionem propositæ controuersiæ non ex iure aliquo particulari, aut extraordinario alicuius priuilegij, indultu, vel statuti noui editione peculiari; sed ex solo communi, & ordinario iure nascentem inquirimus. Atque hoc veluti necessarium & reuerentiæ plenum dubitationi volumus esse praiactatum ei ad quam in his omnibus libris accingimur, & in vltimum reseruamus concertationi.

Caput I.

Quod præcedentia inter religiones seruatis iuris communis regulis pendeat ex antiquiori religionum institutione, & legitima per Ecclesiam approbatione, tanquam ex duabus necessarijs rebus.

De religionum maiori minoriuè excellentia, & instituti cuiusque præstantia Theologi agunt cum D. Thoma 22. *q.* 186. Et inter alios Cassanæus *in Catalogo* gloriæ mundi 4 *p. consideratione* 52. Et de hac quidem præcellentia nos in præsenti disputatione ne verbum quidem vnum: si quidem præcedentia quoad locum, cæterasque publicas actiones, de quo præcedenti genere hic disputamus) ex maiori, vel minori religionis excellentia minime pendet. Etenim monachos mendicantibus fratribus quoad locum præcedere de iure communi, communis est sententia doctorum, de qua Felin. *in rubr. de Maioritate, & obedientia*, & doctores cum decio *in cap. Auaritiæ de præbendis* : cum tamen mendicantes ordines essentialiter sint monachalibus perfectiores ex D. Thoma *loco citato*, & communi Theologorum.

Ordo etiam Clericalis loco præcedit quemcunque ordinem regularium religiosorum, vt notatur *in cap* Cum legi Epistolam §. *Alia* 16. *q.* 1. & notat Cassanæus in dict. *Cathalo-*

talogo 4. *p.consider.*31. cum tamen monachalis & religiosus status regularis sit perfectior clericali, vt D Thomas docet loco citato.

Aliunde igitur sumenda est eius , de qua agimus , præcedentiæ ratio in religionibus.

Sumitur autem iuxta communem sententiam doctorum ex priori seu antiquiori institutione, & approbatione per Ecclesiam legitimè facta. Ita nos docent Panor. *in cap.* Nimis praua *not.primo de excuss.prælat.* Felin. *in rubr. de Maioritate, & Obedien. numero* 6. Dominicus & Francus in *cap. Quorundam de electione in sexto* vbi etiam Ioan. Andr.

Adde Præpositum, & Dominicum *in cap. Episcopos* 17. *dist.* Archidiaconum *in cap. primo de decimis in* 6. Bald. *in l. obseruare* §. *Antequam digestus de offic. præs.* Notauit Abbas Siculus *in cap Auaritiæ.de præbendis* , vbi Decius & communiter alij. Ancharran. *consil.* 210. Guido pa *decisione* 502. Alciatus *de præsumptionibus præsumptione* 45. *numero* 2. Boerius *in Tractatu* de ordine gradum vtriusque fori 1.*p.numero* 26. Ioan. Caretius *in tractatu* de primogenijs *lib.*2.*q* 5.*numero* 5 Cassanæus *in Catalogo* gloriæ mundi 4.*p.considerat*.52.*in* 6 *&* 7.*excellentia*. Satis est de mente glossæ ad verbum (*prædicatorum*) in *dicto cap.Quorundam de electione in* 6. Cui Similis in *cap.vlt.de pactis in* 6.

Oo 3 Quæ

Quæ ſententia communi recepta calculò poteſt multis rationibus confirmari. Nam in vniuerſali Eccleſia Apoſtoli cæteris noui teſtamenti ſanctorum ordinibus idcirco præcedunt; quia priori loco ſunt à Chriſto Domino inſtituti, & ad Apoſtolatus Ordinem collegiumve aſciti, vt aduertit gloſſa ordinaria *in cap.*8.ad Romanos ad illa verba: *Nos primitias ſpiritus habentes*, dum ita inquit: *Et tempore prius, & cæteris abundantius*: his verbis oſtendens præcedentiam Apoſtolorum non ex ſola ſanctitatis excellentia, ſed ex antiquiori etiam ad Eccleſiam Chriſti vocatione cenſeri. Imo inter omnes Apoſtolos vnico excepto Petro (is enim propter Vicariam Chriſti dignitate præcedit cæteris) ratio præcedentiæ, atque ordinis, quem inter eos nominandos ſeruat B. Matth.*cap.*10.ex priori ad Apoſtolatum vocatione deſumpta videtur: ſi tamen de vocatione illa ſermo ſit, quâ relictis omnibus ſeſe Chriſti ſequelæ totos addixerunt: hac enim vocatione adducti Petrus primùm, & Andreas, deinde Iacobus, & Ioannes Chriſto ſe addidêre Matth. 4. In prouincia Galilææ vincto jam Ioanne, vt doctè inter alios annotauit Cornelius Ianſenius cap. 26. Concordiæ in principio, & ad hunc ſenſum Iacobus, & Ioannes priori ſunt loco ad Apoſtolatum vocati, quam Philippus, & Bartholomæus: quamuis hi duo Ioannis 1. ante Iaco-

bum,

bum,& Ioannem, nondum tamen iam relictis omnibus Christum fuerint comitati, atque secuti. Quod autem de illis quatuor Apostolis diximus, id ipsum videtur dicendum de cæteris, quamuis non constet ex Euangelio. Deinde verò etiam inter eos, qui sunt aliqua dignitate æquales; qui in ea sunt antiquiores illi sanè præcedunt, vt statutum fuit in Concilio Mileuitano sub Innocentio I. *canone* 13. *&* 14.

Vt plura alia exempla omittamus desumpta ex Episcoporum præcedentia, Canonicorum, militum, doctorum, Senatorum, cæterorumque dignitatum, in quibus omnibus seruatur regula: Qui prior est iure *de regulis in* 6. & *in cap. Antiqua de priuilegijs,* & *in l. qui prior ff. de iudicijs* cum similibus. Quæ regula intelligenda est de prioritate temporis, seruatis omnibus alijs, quæ sunt necessaria.

Diximus præcedentiam religionis pendere ex priori antiquioriue institutione; tum etiam legitima per auctoritatem Ecclesiæ approbatione: quoniam *lib.* 1. diffusè ostendimus, vtrunque esse, & semper fuisse ad perfectam cuiusquè religionis consistentiam pernecessarium. Etenim complures fuerũt ordines instituti, qui propterea legitimam Ecclesiæ approbationẽ non obtinuerũt, neutiq̃ meruerũt inter veros ordines annumerari, vt patet ex *c.*

Vnico in principio de relig. domibus in sexto.

Institutio porro religionis cuiuscunq; se tenet ex parte auctoris, qui religionem illam adinuenit: approbatio verò ex parte Ecclesiæ quæ viuendi modum ab alio adinuentum tanquam legitimum, & verè canonicum approbat, & sua auctoritate confirmat.

Ex qua verissima assertione inferimus Religionum præcedentiam, etsi ab vtraq; re pendeat: institutione inquam, & approbatione priori: magis tamen ex approbationis, quam ex institutionis prioritate pendere; vt ex quodam consilio Bononiensium Doctorum aduertit Cassanæus in Catalogo gloriæ mundi *p.4. consider.52. vers.7. consideratur* Et sanè meritò: quoniam religio sicut approbatione Ecclesiæ veluti quadam specifica religionis differentia vltimo constituitur in esse & numero religionis, quemadmodum *lib.1.* latè docuimus: ita ex eadem Ecclesiæ approbatione in primis ac formaliter habet, quod inter legitimas Ecclesiæ religiones connumeretur.

Diximus etiam præcedentiam pendere ex priori approbatione religionis per Ecclesiam facta: quoniam an pendeat necessariò ex priori approbatione per Apostolicam Sedem facta sequenti cap. explicabimus.

CAP.

CAPVT II.

Quod præcedentia religionis non sit sumenda necessariò ex priori approbatione per Apostolicam Sedem edita.

QVamuis Eremitanis Sancti Augustini non multum intersit huius assertionis vera comprobatio: quippe qui veram non solùm diæcesanorum, verùm etiam Summorum Pontificum, & Apostolicæ Sedis approbationem sint nacti: tamen & vt studiosos non lateat huius Explicatio veritatis, & huius articuli, vt Eremitarum causa pluribus titulis sit illustrior, propositæ difficultatis nodum soluemus.

In ea Aduersarij eius sunt sententiæ vt sentiant hanc religionum præcedentiam ex prioritate confirmationis per Sedem Apostolicam factæ necessario dependere, itaut illa religio sit alijs præferenda loco, quæ Sedis Apostolicæ confirmationem habuerit aliarum confirmatione priorem Nec est satis (inquiunt) ad hanc præcedentiam confirmationis prioritas, quæ ex sola ordinaria diæcesanorum auctoritate sit orta.

Quam sententiam contra Eremitas iuris allegationibus cõprobant, in primis, quia approbatio per Apostolicã Sedẽ obtẽta sẽper fuit ad

religionis rationem necessaria *ex tex. in l. Collegia §. In summa ff. de Collegiis illicitis*: in quo decernitur Collegij approbationem ad solum principem pertinere.

Secundo loco: quoniam hæc est communis praxis, hic vsus celeber apud omnia cuiuscunque benè constituta reipublicæ tribunalia: illi enim præcedunt in tribunalibus, qui beneficio principis ad Senatorum Collegium prius cooptantur.

Tertio, quia cum lumine rectæ rationis pugnantia loquitur quisquis affirmat ordinaria Episcopi approbationem habere vim & efficacitatem majorem, quàm habeat approbatio Apostolica Romani Pontificis.

Quarto deniq;, quia approbatio Episcopi non potest tribuere ius extra suam diæcesim. Vnde religioni à se approbatæ non potest tribuere ius latissimum, seu vniuersale in tota Ecclesia, quod tamen ius tribuit Apostolica per Romanũ Pontificẽ religionis approbatio.

¶ Opinio tamen arridebit illis, qui rem in sola cute nôrint, non qui nosse velint intus. Est igitur frangenda nux, vt fruamur nucleo: id quod adhibitis duabus cõclusionibus quàm facillimè efficiemus.

Sit 1. Conclusio: In religionibus post Concilium Lateranense sub Innocentio III. celebratum institutis, & approbatis, ratio præcedentiæ inter eas omnino est accipiẽda ex prioritate approbationis per Apostolicã sedẽ fact

In hanc asserendam conclusionem aduersarij nobiscum conspirant. Probatur autem manifestissimè : quoniam edita in Concilio Lateranensi prohibitione ea, de qua *in cap. vlt. de relig. domibus* iam minimè possunt Episcopi diœcesani approbare religionem institutam de nouo: sed cuiuscunq; adinuentæ post illud Concilium religionis approbatio, vni Romano Pontifici, Sediq; Apostolicæ reseruata est. Cum igitur ex libri huius cap. 1. iam constet præcedentiam religionis necessariò pendere ex priori ipsius approbatione per Ecclesiam facta, ita vt illa præcedat quæ prius est per Ecclesiam approbata, necessario infertur post præfatum Lateranense Concilium præcedentiam religionum post ipsum institutarum, ex prioritate approbationis per Apostolicam Sedem confectæ, sumendam iri.

Ex hac conclusione inferes rationem præcedentiæ inter ordines Prædicatorum, & Minorum; quia fuère post Lateranense Concilium adinuenti, & instituti: ex priori Sedis Apostolicæ approbatione omnino pendere: ita-ut qui prius à Sede Apostolica confirmationem obtinuit, ille præcedat alteri: Et quamuis communis opinio Doctorum Canonistarum priorem locum deferat Prædicatoribus, non Minoribus, vt resoluit *glossa in cap. quorumdam* 24. *de Electio. in* 6. Felin. in *rubrica de maior & obed. n.* 6. Abbas *in cap. Nicolao numero* 1. *de appellationi-*

lationibus Guido Papa *decisione* 502. Ioan. Andr. *in cap. Ioannes de testamentis* Turrecr. *in cap. Episcopus 17. dist.* & Cassa in Catalogo gloriæ mundi *4. p. consider. 67. & 68.* ideo tamen illi priorem locum cõcedit: quoniam putat Ordinem Prædicatorum fuisse ante minorum à Sede Apostolica approbatum: quia, vt aiunt supracitati, approbatus fuit ab Honorio 3. *anno salutis* 1217. cũ tamẽ fuerit Ordo Minorum ab eodem Honorio approbatus *anno Domini* 1224. vt patet ex Bulla approbationis.

Verùm nihil est mirum, si communis opinio falsam ex falso fundamento inferat conclusionem: illatura sanè oppositam, si prioritatem confirmationis in Ordine minorum, quam sibi ille reuera vendicat, illa agnosceret. Etenim licèt Honorius tertius. Bullam confirmationis minorũ expediuerit *anno Domini* 1224 vt communis fert opinio. Ordo tamen ipse fuit longè ante per Ecclesiam, Sedemq; Apostolicam comprobatus, nempe per Innocentium tertium vt testatur idẽ Honorius in præcitata approbationis Bulla illis verbis: *Ordinis vestri regulam à Bona memoria Innocentio Papa prædecessore nostro approbatam auctoritate vobis Apostolica confirmamus.* Quin potius idem Honorius in quadam Bulla, quã expediuit 3. *Idus iunij an.* 3 *sui Pontificatus*, qui fuit *annus* 1218. apertè asserit religionem minorum iam tunc esse à Romana Ecclesia approbatam. Habetur Bulla in Mari

magno

magno *fol.* 22. de qua etiã agit auctor eiusdẽ libri: quo in loco affirmat Innocentium 3. *anno Domini* 1208. regulam, ordinemq; minorum viua voce auctoritate Apostolica & approbasse, & legitimè confirmasse. Verum de hac contentione nihil ad nos.

Secunda conclusio. Ante citatum Concilium Lateranẽse sub Innocentio 3. celebratũ, præcedentia inter religiones ex confirmatione Sedis Apostolicæ necessariò non pendebat: sed erat ad eam satis prioritas confirmationis, à diæcesanis in diæcesibus suis obtenta.

Conclusio facile demonstratur, quoniam Concilium Lateranense ius nouum condidit, vt communis sententia docet *in ca. vlt ex de relig. dom. in 6.* & satis patet ex illis verbis: *de cætero nouã religionem constituat*, & nos copiosè demõstrauimus libri præcedẽtis ca. 1. poterãtq; proinde ante hoc Concilij decretũ Episcopi in sua quisq, diæcesi religionem nouam auctoritate Ordinaria approbare, id quod nos fusissimè *ostendimus lib. primi ca.* 4. vbi contrariam aduersariorum sententiam, quæ etiam fuit Henrici Henriquez latè, & sine dubio validè impugnauimus. Cum igitur iure ordinario possent Episcopi illis sæculis approbare religiones: vtique rectè infertur religiones ab Episcopis in suis diæcesibus tunc approbatas, illo æuo fuisse per Ecclesiam legitimè approbatas, & ex cõsequenti inter religiones Ecclesiæ iure optimo

con-

connumeratas,& subinde ex hac approbatione sua ius in Ecclesia obtinuisse.

Quo fit, vt si vera hæc, & communior recepta sententia admittatur, nostra conclusio ita perspicuè demonstretur, vt non possit ab aliquo salubriter sentiente negari. Nam si negetur, inquiram; vndenam tunc temporis ratio præcedentiæ inter institutas, & approbatas religiones accipienda foret? dari nanque ius præcedentiæ illis temporibus, satis declarant decreta Conciliorum, & Pontificum, quæ de præcedentijs inter diuersos Ecclesiasticos status multa definiunt. Citauimus nos huius libri cap. 1. Concilium Mileuitanum sub Innocentio. 1.

Ipso tamen tempore Lateranense Concilium antecedente inter vnum, & aliud approbationis genus intererat maxime; approbatio enim per Apostolicam Sedem effecta sese fundebat ad omnem Ecclesiam, omnesque Ordinariorum diæceses. Et idcirco religio per Sedem Apostolicam semel confirmata, si ad aliquam Episcopi diæcesim de nouo accedebat, noua illius Episcopi approbatione non indigebat, quamuis ad monasteria quidem ædificanda indigeret illius consensu, sicut & modo indigent religiones approbatæ, dum nouum alicubi monasterium moliuntur.

Oppositum tamen dicendum erat de approbatione ordinaria diœcesanorum, enim verò il-

la

là particularis erat, nec extra approbantis Episcopi diœcesim sese fundebat. Ob quam rationẽ religio ab vno Episcopo semel approbata, si progredi ad alterius Episcopi diæcesim vellet noua indigebat, nõ dico iã facultate ad monasteria ædificãda, sed religionis ipsius approbatione, nouoq; examine per secũdũ illũ diœcesanum effecto. Quare Episcoporum approbatio, vtpote specialis non erat sufficiens, vt generaliter in tota Ecclesia diceretur ea religio approbata, itaq; cẽsebatur approbata dũtaxat in propria approbantis Episcopi diæcesi, id quod aduersariorum arg. vltimum optimè probat.

Primum verò falso, nec admittendo nititur fundamento, vt abundè ostendimus *libri primi cap. quarto* vbi simile argumentum soluimus, diximusque regulam desumptam *ex D. L. Collegia. §. In summa ff. de Collegijs illicitis* (principi nimirum reseruari approbationem collegiorum) non habere locum in Collegijs institutis ad pias causas: hæc enim propria cuiusque auctoritate sola episcopi permissione institui poterant; vt esse citatam regulam à communi sententia intellectam *dicto cap* 4. latiùs ostendimus.

Ad 2. respondetur in tribunalibus regijs praxim illam merito obseruari, quia nullus nisi ex principis beneficio, & approbatione potest ad album illorum senatorum adscribi. Vnde longe diuersa est ratio, vt satis patet,

tam etsi à loci diœcesano)approbationem obtinuit: quia tamen potuit euenire vt ordo v.g. A in hac diœcesi prius confirmatus, quā ordo B. in alia posterius approbaretur, ideò potuit etiam euenire, vt qui ordo in vna diœcesi præcedebat alteri, ab hoc altero in diœcesi alia præcederetur scilicet, prioritate sumpta præcedētiæ in qualibet diœcesi ab ea approbationis antiquitate nō quam alibi, sed quam in eâmet Diœcesi, ordo quiuis adipiscereretur. Quare idem tunc dicendum foret de approbationibus diœcesanorum, quod esset dicendum modo, si seruaretur constitutio Gregorij Decimi tertij, qua defertur præcedentia Ordini illi, qui priorem in loco fundationem habet. Ea enim constitutione seruata facile continget vt ordo, qui in hac vrbe priorē nactus est locū, in alia posteriorē obtineat, quia nimirum fundatio monasterij huius loci prior est: illius, aut posterior.

Sed quid si vnus ordo à diœcesano loci: alius verò à Romano Pontifice approbatur. Nunquid nihil hic respiciendum ad approbationis prioritatem est? Sed Apostolica approbatio, quia Apostolica est totum sibi ius vindicauit præcedentiæ deferendæ? Ita certè sentiūt aduersarij aientes cum rectæ rationis lumine non conuenire vt Apostolica approbatio minoris sit efficaciæ, quam diœcesani approbatio: eoque proin euentu Ordinem à

confirmatione Diœcesanorum concurrit, ab ipso iure sic temperatur, vt iuri Diœcesanorũ nihil deroget, nec iuri iam quæsito alteri: vnde ipso iure assistente, confirmatio inferioris in multis casibus præfertur confirmationi superioris, sicut passim cernimus in collationibus beneficiorum.

Ex hac nostræ assertionis doctrina inferimus Ordinem à Papa approbatum tunc esse præferendum Ordini prius approbato ab vno Episcopo in sua Diœcesi, cum vterq; pariter transuolasset ad tertiam aliquam Diœcesim, in qua Ordo, qui alterius Diœcesani approbatione gaudet, nondum approbatus esset. Cum enim Ordo à Sede Apostolica approbatus vniuersim, & vbique approbetur, iã vtique censebitur in illa Diœcesi tertia, ad quam denuo migrat, approbatus, & proinde in illa habebit approbationem antiquiorem, quamuis in alia, ex qua demigrat, habeat recentiorem.

Capvt. IV.

Qui Ordo de iure communi post commemoratum Lateranense Concilium in præcedentijs seruari debuit inter religiones, quarum vna ante Concilium auctoritate Diœcesani; altera verò post Concilium auctoritate Apostolica fuerit approbata.

PRoposita queſtio non parum lucis futuræ

in ſequenti *libro* diſputationi afferret. Quare non poterit noſtrum in hac diſputatione officium iure non deſiderari, ſi illam in diſcuſſam omittamus.

In ea autem ſicut in priori ex aduerſo occurrunt nobis aduerſarij, docentes *in tertio* (quod cap. 20. pro illis adduximus) *argumento* cum lumine rectæ rationis pugnantia loqui quiſquis affirmet approbationem ordinariá Epiſcopi maiorem habere vim, & efficaciam, quam approbatio ſummi Pontificis.

Nos tamen in qua præcedenti capite ſtetimus, in eadem ſententia modo perſiſtimus: atque exiſtimamus in propoſito euentu priorem locum de iure deberi Ordini, qui ante commemoratum Lateranenſe Conciliũ, fuit ordinaria Epiſcopi auctoritate approbatus: in illis tamen diœceſibus, in quibus præfuit approbatus: ſecus autem in alijs, ad quas vſque ad præfati Concilij tempora non commigrauerat.

Quæ ſententia inde mihi non leuiter confirmatur: quoniã Concilium Lateranẽſe religionum de cætero inſtituendarum approbationem Sedi Apoſtolicæ reſeruans, non maiorem Apoſtolicæ confirmationi vim contulit, quàm ante ipſum haberet. Nec enim aliquod ius de nouo citari poteſt, quod maiorem illi prærogatiuam, & efficaciam attulerit: ergo concurrentibus illis approbationibus ſeruabitur

bitur id ipſum, quod ante reſeruationem Lateranenſem in Eccleſia ſeruabatur: at ante religio in vna diœceſi per Epiſcopum antecedebat eam, quæ à ſede Apoſtolica approbata erat; ſi priorem approbationem habebat, vt in ca. præcedenti oſtendimus: ergo poſt Cõcilium Lateranenſe eandem habebit etiam præcedentiam.

Ex hac noſtra aſſertione mihi in mentem venit adoriri primogeniam cauſam tam multijugis varietatis ac diſsimilitudinis, quàm in mutua præcedentia religiones ante, & poſt Laterenſe Concilium inſtitutæ inter ſe habẽt. Emanat enim hæc præcedendi varietas in diuerſis eiuſdẽ religionis prouincijs aut eiuſdẽ prouinciæ monaſterijs repertæ ex diuerſitate diœceſum, in quibus adducta ad eas primum religjo approbata fuit.

Sed de ijs ſatis: nec enim Eremitarum præcedentiam in hoc iure fundamus: cum antiquiorem, alijs poſteris ordinibus, & ordinariorum, & ſedis Apoſtolicæ approbationem habeat, vt ex *libro* ſequenti facile patebit. Hæc tamen adduximus vt propoſitam difficultatem perſpicua explicatione dilueremus, quam aduerſarij tetigére quidem; ſed non intellexêre: Quare ad ſingulare iam cum illis certamen in libro ſequenti Deo propitio deſcendamus.

religionis rationem necessaria *ex tex. in l.Collegia §.In summa ff.de Collegiis illicitis*: in quo decernitur Collegij approbationem ad solum principem pertinere.

Secundo loco: quoniam hæc est communis praxis, hic vsus celeber apud omnia cuiuscunque benè constituta reipublicæ tribunalia: illi enim præcedunt in tribunalibus, qui beneficio principis ad Senatorum Collegium prius cooptantur.

Tertio, quia cum lumine rectæ rationis pugnantia loquitur quisquis affirmat ordinariã Episcopi approbationem habere vim & efficacitatem majorem, quàm habeat approbatio Apostolica Romani Pontificis.

Quarto deniq;, quia approbatio Episcopi non potest tribuere ius extra suam diæcesim: Vnde religioni à se approbatæ non potest tribuere ius latissimum, seu vniuersale in tota Ecclesia, quod tamen ius tribuit Apostolica per Romanũ Pontificẽ religionis approbatio.

¶ Opinio tamen arridebit illis, qui rem in sola cute nôrint, non qui nosse velint intus. Est igitur frangenda nux, vt fruamur nucleo; id quod adhibitis duabus cõclusionibus quã facillimè efficiemus.

Sit 1. Conclusio: In religionibus post Concilium Lateranense sub Innocentio III. celebratum institutis, & approbatis, ratio præcedentiæ inter eas omnino est accipiẽda ex prioritate approbationis per Apostolicã sedẽ facta

In hanc afferendam conclusionem aduersarij nobiscum conspirant. Probatur autem manifestissimè: quoniam edita in Concilio Lateranensi prohibitione ea, de qua *in cap. vlt. de relig. domibus* iam minimè possunt Episcopi diœcesani approbare religionem institutam de nouo: sed cuiuscunq; adinuentæ post illud Concilium religionis approbatio, vni Romano Pontifici, Sediq; Apostolicæ reseruata est. Cum igitur ex libri huius cap. 1. iam constet præcedentiam religionis necessariò pendere ex priori ipsius approbatione per Ecclesiam facta, ita vt illa præcedat quæ prius est per Ecclesiam approbata, necessario infertur post præfatum Lateranense Concilium præcedentiam religionum post ipsum institutarum, ex prioritate approbationis per Apostolicam Sedem confectæ, sumendam iri.

Ex hac conclusione inferes rationem præcedentiæ inter ordines Prædicatorum, & Minorum; quia fuère post Lateranense Concilium adinuenti, & instituti: ex priori Sedis Apostolicæ approbatione omnino pendere: ita ut qui prius à Sede Apostolica confirmationem obtinuit, ille præcedat alteri: Et quamuis communis opinio Doctorum Canonistarum priorem locum deferat Prædicatoribus, non Minoribus, vt resoluit *glossa in cap. quorundam 24. de Electio. in 6.* Felin. in *rubrica de maior & obed. n. 6.* Abbas *in cap. Nicolao numero 1. de appellationi-*

lationibus Guido Papa *decisione* 502. Ioan. Andr. *in cap. Ioannes de testamentis* Turrecr. *in cap. Episcopus* 17.*dist.*& Cassa in Catalogo gloriæ mundi 4.*p.consider.*67.& 68. ideo tamen illi priorem locum cōcedit: quoniam putat Ordinem Prædicatorum fuisse ante minorum à Sede Apostolica approbatum: quia, vt aiunt supracitati, approbatus fuit ab Honorio 3.*anno salutis* 1217. cū tamē fuerit Ordo Minorum ab eodem Honorio approbatus *anno Domini* 1224. vt patet ex Bulla approbationis.

Verùm nihil est mirum, si communis opinio falsam ex falso fundamento inferat conclusionem: illatura sanè oppositam, si prioritatem confirmationis in Ordine minorum, quam sibi ille reuera vendicat, illa agnosceret. Etenim licèt Honorius tertius Bullam confirmationis minorū expediuerit *anno Domini* 1224 vt communis fert opinio. Ordo tamen ipse fuit longè ante per Ecclesiam, Sedemq; Apostolicam comprobatus, nempe per Innocentium tertium vt testatur idē Honorius in præcitata approbationis Bulla illis verbis: *Ordinis vestri regulam à Bona memoria Innocentio Papa prædecessore nostro approbatam auctoritate vobis Apostolica confirmamus.* Quin potius idem Honorius in quadam Bulla, quā expediuit 3.*Idus Iunij an.* 3 *sui Pontificatus*, qui fuit *annus* 1218. apertè asserit religionem minorum iam tunc esse à Romana Ecclesia approbatam. Habetur Bulla in Mari

magno

magno *fol.* 21. de qua etiã agit auctor eiusdẽ libri: quo in loco affirmat Innocentium 3. *anno Domini* 1208. regulam, ordinemq; minorum viua voce auctoritate Apostolica & approbasse, & legitimè confirmasse. Verum de hac contentione nihil ad nos.

Secunda conclusio. Ante citatum Concilium Lateranẽse sub Innocentio 3. celebratũ, præcedentia inter religiones ex confirmatione Sedis Apostolicæ necessariò non pendebat: sed erat ad eam satis prioritas confirmationis, à diæcesanis in diæcesibus suis obtenta.

Conclusio facile demonstratur, quoniam Concilium Lateranense ius nouum condidit, vt communis sententia docet *in ca. vlt ex de relig. dom. in 6.* & satis patet ex illis verbis: *de cætero nouã religionem constituat*, & nos copiosè demõstrauimus libri præcedẽtis ca. 1. poterãtq; proinde ante hoc Concilij decretũ Episcopi in sua quisq, diæcesi religionem nouam auctoritate Ordinaria approbare, id quod nos fusissimè *ostendimus lib. primi ca.* 4. vbi contrariam aduersariorum sententiam, quæ etiam fuit Henrici Henriquez latè, & sine dubio validè impugnauimus. Cum igitur iure ordinario possent Episcopi illis sæculis approbare religiones: vtique rectè infertur religiones ab Episcopis in suis diæcesibus tunc approbatas, illo æuo fuisse per Ecclesiam legitimè approbatas, & ex cõsequenti inter religiones Ecclesiæ iure optimo con-

connumeratas, & subinde ex hac approbatione sua ius in Ecclesia obtinuisse.

Quo fit, vt si vera hæc, & communior recepta sententia admittatur, nostra conclusio ita perspicuè demonstretur, vt non possit ab aliquo salubriter sentiente negari. Nam si negetur, inquiram; vndenam tunc temporis ratio præcedentiæ inter institutas, & approbatas religiones accipienda foret? dari nanque ius præcedentiæ illis temporibus, satis declarant decreta Conciliorum, & Pontificum, quæ de præcedentijs inter diuersos Ecclesiasticos status multa definiunt. Citauimus nos huius libri cap. 1. Concilium Mileuitanum sub Innocentio. 1.

Ipso tamen tempore Lateranense Concilium antecedente inter vnum, & aliud approbationis genus intererat maxime: approbatio enim per Apostolicam Sedem effecta sese fundebat ad omnem Ecclesiam, omnesque Ordinariorum diæceses. Et idcirco religio per Sedem Apostolicam semel confirmata, si ad aliquam Episcopi diæcesim de nouo accedebat, noua illius Episcopi approbatione non indigebat, quamuis ad monasteria quidem ædificanda indigeret illius consensu, sicut & modo indigent religiones approbatæ, dum nouum alicubi monasterium moliuntur.

Oppositum tamen dicendum erat de approbatione ordinaria diœcesanorum, enim verò il-

la

là particularis erat, nec extra approbantis Episcopi diœcesim sese fundebat. Ob quam rationẽ religio ab vno Episcopo semel approbata, si progredi ad alterius Episcopi diæcesim vellet noua indigebat, nõ dico iã facultate ad monasteria ædificãda, sed religionis ipsius approbatione, nouoq; examine per secũdũ illũ diœcesanum effecto. Quare Episcoporum approbatio, vtpote specialis non erat sufficiens, vt generaliter in tota Ecclesia diceretur ea religio ap̄pbata, itaq; celebatur approbata dũtaxat in ꝓpria approbantis Episcopi diæcesi, id quod aduersariorum arg. vltimum optimè probat.

Primum verò falso, nec admittendo nititur fundamento, vt abundè ostendimus *libri primi cap. quarto* vbi simile argumentum soluimus, diximusque regulam desumptam *ex D. L. Collegia. §. In summa ff. de Collegijs illicitis* (principi nimirum reseruari approbationem collegiorum) non habere locum in Collegijs institutis ad pias causas: hæc enim propria cuiusque auctoritate sola episcopi permissione institui poterant; vt esse citatam regulam à communi sententia intellectam *dicto cap* 4. latiùs ostendimus.

Ad 2. respondetur in tribunalibus regijs praxim illam merito obseruari, quia nullus nisi ex principis beneficio, & approbatione potest ad album illorum senatorum adscribi. Vnde longe diuersa est ratio; vt satis

patet,

patet, & subinde argumentum pro 1. potius conclusione facit, quàm 2. impugnet.

Ad tertium negamus confirmationem ordinariorum maioris esse efficaciæ, quàm confirmationem Sedis Apostolicæ: imo oppositum docuimus post 2. conclusionem, neque tamen Apostolica approbatio quia maioris erat, excellentiorisque virtutis, propterea tunc censenda erat simpliciter necessaria.

Ad quartum ex ijs, quæ post 2. conclusioñe diximus, patet solutio.

CAPVT III.

Quemnā Ordinem in suis præcedentijs religiones approbatæ seruare debuissent ante Concil. Lateranen. sub Innocentio III. celebratum?

EX ijs, quæ in præcedentis capitis *secunda conclusione* diximus, exoritur difficultas de Ordine, & modo, quem ante Concilium Magnum Lateranense approbati ordines in suis præcedentijs obseruauerint. Eam nos iuxta, triplicem, quæ fingi animo potest, explicationem soluemus. Si namq; cõcurrunt in eâdẽ diæcesi ordines duo per eius diæcesis Episcopum approbati: iã ex *præcitata* 2. *cõclusione* cõstat eũ ordinẽ in priori sessurũ loco q priorẽ

(tam

tam etsi à loci diœcesano) approbationem obtinuit: quia tamen potuit euenire vt ordo v.g. A in hac diœcesi prius confirmatus, quã ordo B. in alia posterius approbaretur, ideò potuit etiam euenire, vt qui ordo in vna diœcesi præcedebat alteri, ab hoc altero in diœcesi alia præcederetur scilicet, prioritate sumpta præcedétiæ in qualibet diœcesi ab ea approbationis antiquitate nõ quam alibi, sed quam in eâmet Diœcesi, ordo quiuis adipisceretur. Quare idem tunc dicendum foret de approbationibus diœcesanorum, quod esset dicendum modo, si seruaretur constitutio Gregorij Decimi tertij, qua defertur præcedentia Ordini illi, qui priorem in loco fundationem habet. Ea enim constitutione seruata facile continget vt ordo, qui in hac vrbe priorẽ nactus est locũ, in alia posteriorẽ obtineat, quia nimirum fundatio monasterij huius loci prior est: illius, aut posterior.

Sed quid si vnus ordo à diœcesano loci: alius verò à Romano Pontifice approbatur. Nunquid nihil hic respiciendum ad approbationis prioritatem est? Sed Apostolica approbatio, quia Apostolica est totum sibi ius vindicauit præcedentiæ deferendæ? Ita certè sentiũt aduersarij aientes cum rectæ rationis lumine non conuenire vt Apostolica approbatio minoris sit efficaciæ, quam diœcesani approbatio: eoque proin euentu Ordinem à

Sede Apostolica approbatum priorem sibi, atque digniorem locum vindicaturum.

Nos tamen oppositam omninò tuemur sẽtentiam Apost. inquam approbationẽ non eã habuisse efficientiam, vt religio à Sede Apostolica approbata præcederet vbique locorum religioni auctoritate ordinaria prius approbatæ. Quare si duplex religio in eadem Diœcesi approbata concurreret; illam vtique priorem ibi locum, quæ Priorem ibi approbationem, siue à Sede Apostolica, siun à Diœcesano datam obtinuisset.

Hæc sententia inde mihi videtur verissima, quia in hoc euentu idẽ tunc iudicãdum foret, quod de institutionib. collationib. confirmationibusq; beneficiorũ concurrentibus in mẽsibus Episcoporum modo iudicatur. Etenim si in mense Episcopi eius beneficij, quod ab Episcopo in sua Diœcesi vni homini collatũ est, fiat alteri ab Apostolica sede collatio collationis tẽpus expenditur, & quæ collatio est tempore prior, hæc alteri collationi præfertur, non obstante collationis Apostolicæ prærogatiua. Quæ tamen in hoc quidem collationi ordinarij anteponitur, quod in simultate collationis sine dubio præferatur.

Simile ius igitur tunc procedere censeretur in confirmationibus religionum.

Nec aduersariorum instantia vim habet vllam: quoniam confirmatio Apost. quãdo cũ

con-

confirmatione Diœcesanorum concurrit, ab ipso iure sic temperatur, vt iuri Diœcesanorũ nihil deroget, nec iuri iam quæsito alteri: vnde ipso iure assistente, confirmatio inferioris in multis casibus præfertur confirmationi superioris, sicut passim cernimus in collationibus beneficiorum.

Ex hac nostræ assertionis doctrina inferimus Ordinem à Papa approbatum tunc esse præferendum Ordini prius approbato ab vno Episcopo in sua Diœcesi, cum vterq; pariter transuolasset ad tertiam aliquam Diœcesim, in qua Ordo, qui alterius Diœcesani approbatione gaudet, nondum approbatus esset. Cum enim Ordo à Sede Apostolica approbatus vniuersim, & vbique approbetur, iã vtique censebitur in illa Diœcesi tertia, ad quam denuo migrat, approbatus, & proinde in illa habebit approbationem antiquiorem, quamuis in alia, ex qua demigrat, habeat recentiorem.

CAPVT IV.

Qui Ordo de iure communi post commemoratum Lateranense Concilium in præcedentijs seruari debuit inter religiones, quarum vna ante Concilium auctoritate Diœcesani; altera verò post Concilium auctoritate Apostolica fuerit approbata.

PRoposita quęstio non parum lucis futuræ in se-

Vnico in principio de relig. domibus in sexto.

Institutio porro religionis cuiuscunq; se tenet ex parte auctoris, qui religionem illam adinuenit: approbatio verò ex parte Ecclesiæ quæ viuendi modum ab alio adinuentum tanquam legitimum, & verè canonicum approbat, & sua auctoritate confirmat.

Ex qua verissima assertione inferimus Religionum pręcędentiam, etsi ab vtraq; re pendeat: institutione inquam, & approbatione priori: magis tamen ex approbationis, quam ex institutionis prioritate pendere: vt ex quodam consilio Bononiensium Doctorum aduertit Cassanæus in Catalogo gloriæ mundi *p.4.consider.52. vers.7. consideratur* Et sanè meritò: quoniam religio sicut approbatione Ecclesiæ veluti quadam specifica religionis differentia vltimo constituitur in esse & numero religionis, quemadmodum *lib.1.* latè docuimus: ita ex eadem Ecclesiæ approbatione inprimis ac formaliter habet, quod inter legitimas Ecclesiæ religiones connumeretur.

Diximus etiam præcedentiam pendere ex priori approbatione religionis per Ecclesiam facta: quoniam an pendeat necessariò ex priori approbatione per Apostolicam Sedem facta sequenti cap. explicabimus.

CAP.

CAPVT II.

Quod præcedentia religionis non sit sumenda necessariò ex priori approbatione per Apostolicam Sedem edita.

QVamuis Eremitanis Sancti Augustini non multum intersit huius assertionis vera comprobatio: quippe qui veram non solùm diæcesanorum, verùm etiam Summorum Pontificum, & Apostolicæ Sedis approbationem sint nacti: tamen & vt studiosos non lateat huius Explicatio veritatis, & huius articuli, vt Eremitarum causa pluribus titulis sit illustrior, propositæ difficultatis nodum soluemus.

In ea Aduersarij eius sunt sententiæ vt sentiant hanc religionum præcedentiam ex prioritate confirmationis per Sedem Apostolicam factæ necessario dependere, itaut illa religio sit alijs præferenda loco, quæ Sedis Apostolicæ confirmationem habuerit aliarum confirmatione priorem Nec est satis (inquiunt) ad hanc præcedentiam confirmationis prioritas, quæ ex sola ordinaria diæcesanorum auctoritate sit orta.

Quam sententiam contra Eremitas iuris allegationibus cõprobant, in primis, quia approbatio per Apostolicã Sedẽ obtẽta sẽper fuit ad

religionis rationem necessaria *ex tex. in l. Collegia §. In summa ff. de Collegiis illicitis*: in quo decernitur Collegij approbationem ad solum principem pertinere.

Secundo loco: quoniam hæc est communis praxis, hic vsus celeber apud omnia cuiuscunque benè constituta reipublicæ tribunalia: illi enim præcedunt in tribunalibus, qui beneficio principis ad Senatorum Collegium prius cooptantur.

Tertio, quia cum lumine rectæ rationis pugnantia loquitur quisquis affirmat ordinariā Episcopi approbationem habere vim & efficacitatem maiorem, quàm habeat approbatio Apostolica Romani Pontificis.

Quarto deniq;, quia approbatio Episcopi non potest tribuere ius extra suam diæcesim: Vnde religioni à se approbatæ non potest tribuere ius latissimum, seu vniuersale in tota Ecclesia, quod tamen ius tribuit Apostolica per Romanū Pontificē religionis approbatio.

¶ Opinio tamen arridebit illis, qui rem in sola cute nôrint, non qui nosse velint intus. Est igitur frangenda nux, vt fruamur nucleo; id quod adhibitis duabus cōclusionibus quā facillimè efficiemus.

Sit 1. Conclusio: In religionibus post Concilium Lateranense sub Innocentio III. celebratum institutis, & approbatis, ratio præcedentiæ inter eas omnino est accipiēda ex prioritate approbationis per Apostolicā sedē factę

In hanc afferendam conclusionem aduersarij nobiscum conspirant. Probatur autem manifestissimè: quoniam edita in Concilio Lateranensi prohibitione ea, de qua *in cap. vlt. de relig. domibus* iam minimè possunt Episcopi diœcesani approbare religionem institutam de nouo: sed cuiuscunq; adinuentæ post illud Concilium religionis approbatio, vni Romano Pontifici, Sediq; Apostolicæ reseruata est. Cum igitur ex libri huius cap. 1. iam constet præcedentiam religionis necessariò pendere ex priori ipsius approbatione per Ecclesiam facta, ita vt illa præcedat quæ prius est per Ecclesiam approbata, necessario infertur post præfatum Lateranense Concilium præcedentiam religionum post ipsum institutarum, ex prioritate approbationis per Apostolicam Sedem confectæ, sumendam iri.

Ex hac conclusione inferes rationem præcedentiæ inter ordines Prædicatorum, & Minorum; quia fuêre post Lateranense Concilium adinuenti, & instituti: ex priori Sedis Apostolicæ approbatione omnino pendere: ita ut qui prius à Sede Apostolica confirmationem obtinuit, ille præcedat alteri: Et quamuis communis opinio Doctorum Canonistarum priorem locum deferat Prædicatoribus, non Minoribus, vt resoluit *glossa in cap. quorundam 24. de Electio. in 6.* Felin. in *rubrica de maior & obed. n. 6.* Abbas *in cap. Nicolao numero 1. de appellationi-*

lationibus Guido Papa *decisione* 502. Ioan. Andr. *in cap.Ioannes de testamentis* Turrecr. *in cap. Episcopus* 17.*dist*.& Cassa in Catalogo gloriæ mundi 4.*p.consider*.67.& 68. ideo tamen illi priorem locum cōcedit:quoniam putat Ordinem Prædicatorum fuisse ante minorum à Sede Apostolica approbatum:quia, vt aiunt supracitati, approbatus fuit ab Honorio 3.*anno salutis* 1217.cū tamē fuerit Ordo Minorum ab eodem Honorio approbatus *anno Domini* 1224. vt patet ex Bulla approbationis.

Verùm nihil est mirum, si communis opinio falsam ex falso fundamento inferat conclusionem: illatura sanè oppositam, si prioritatem confirmationis in Ordine minorum, quam sibi ille reuera vendicat, illa agnosceret. Etenim licèt Honorius tertius. Bullam confirmationis minorū expediuerit *anno Domini* 1224 vt communis fert opinio. Ordo tamen ipse fuit longè ante per Ecclesiam, Sedemq; Apostolicam comprobatus, nempe per Innocentium tertium vt testatur idē Honorius in præcitata approbationis Bulla illis verbis: *Ordinis vestri regulam à Bona memoria Innocentio Papa prædecessore nostro approbatam auctoritate vobis Apostolica confirmamus.* Quin potius idem Honorius in quadam Bulla, quā expediuit 3.*Idus iunij an.* 3 *sui Pontificatus*, qui fuit *annus* 1218. apertè asserit religionem minorum iam tunc esse à Romana Ecclesia approbatam. Habetur Bulla in Mari

magno

magno *fol.* 21. de qua etiã agit auctor eiusdẽ libri: quo in loco affirmat Innocentium 3. *anno Domini* 1208. regulam, ordinemq; minorum viua voce auctoritate Apostolica & approbasse, & legitimè confirmasse. Verum de hac contentione nihil ad nos.

Secunda conclusio. Ante citatum Concilium Lateranẽse sub Innocentio 3. celebratũ, præcedentia inter religiones ex confirmatione Sedis Apostolicæ necessariò non pendebat: sed erat ad eam satis prioritas confirmationis, à diæcesanis in diæcesibus suis obtenta.

Conclusio facile demonstratur, quoniam Concilium Lateranense ius nouum condidit, vt communis sententia docet *in ca. vlt ex de relig. dom. in 6.* & satis patet ex illis verbis: *de cætero nouã religionem constituat*, & nos copiosè demõstrauimus libri præcedẽtis ca. 1. poterãtq; proinde ante hoc Concilij decretũ Episcopi in sua quisq, diæcesi religionem nouam auctoritate Ordinaria approbare, id quod nos fusissimè *ostendimus lib. primi ca.* 4. vbi contrariam aduersariorum sententiam, quæ etiam fuit Henrici Henriquez latè, & sine dubio validè impugnauimus. Cum igitur iure ordinario possent Episcopi illis sæculis approbare religiones: vtique rectè infertur religiones ab Episcopis in suis diæcesibus tunc approbatas, illo æuo fuisse per Ecclesiam legitimè approbatas, & ex cõsequenti inter religiones Ecclesiæ iure optimo con-

connumeratas, & subinde ex hac approbatione sua ius in Ecclesia obtinuisse.

Quo fit, vt si vera hæc, & communior recepta sententia admittatur, nostra conclusio ita perspicuè demonstretur; vt non possit ab aliquo salubriter sentiente negari. Nam si negetur, inquiram; vndenam tunc temporis ratio præcedentiæ inter institutas, & approbatas religiones accipienda foret? dari nanque ius præcedentiæ illis temporibus, satis declarant decreta Conciliorum, & Pontificum, quæ de præcedentijs inter diuersos Ecclesiasticos status multa definiunt. Citauimus nos huius libri cap. 1. Concilium Mileuitanum sub Innocentio. 1.

Ipso tamen tempore Lateranense Concilium antecedente inter vnum, & aliud approbationis genus intererat maxime; approbatio enim per Apostolicam Sedem effecta sese fundebat ad omnem Ecclesiam, omnesque Ordinariorum diæceses. Et idcirco religio per Sedem Apostolicam semel confirmata, si ad aliquam Episcopi diæcesim de nouo accedebat, noua illius Episcopi approbatione non indigebat, quamuis ad monasteria quidem ædificanda indigeret illius consensu, sicut & modo indigent religiones approbatæ, dum nouum alicubi monasterium moliuntur.

Oppositum tamen dicendum erat de approbatione ordinaria diœcesanorum, enim verò il-

la particularis erat, nec extra approbantis Episcopi diœcesim sese fundebat. Ob quam rationē religio ab vno Episcopo semel approbata, si progredi ad alterius Episcopi diœcesim vellet noua indigebat, nō dico iā facultate ad monasteria ædificāda, sed religionis ipsius approbatione, nouoq; examine per secūdū illū diœcesanum effecto. Quare Episcoporum approbatio, vtpote specialis non erat sufficiens, vt generaliter in tota Ecclesia diceretur ea religio approbata, itaq; censebatur approbata dūtaxat in propria approbantis Episcopi diœcesi, id quod aduersariorum arg. vltimum optimè probat.

Primum verò falso, nec admittendo nititur fundamento, vt abundè ostendimus *libri primi cap. quarto* vbi simile argumentum soluimus, diximusque regulam desumptam *ex D. L Collegia. §. In summa ff. de Collegijs illicitis* (principi nimirum reseruari approbationem collegiorum) non habere locum in Collegijs institutis ad pias causas: hæc enim propria cuiusque auctoritate sola episcopi permissione instituì poterant, vt esse citatam regulam à communi sententia intellectam *dicto cap* 4. latiùs ostendimus.

Ad 2. respondetur in tribunalibus regijs praxim illam merito obseruari, quia nullus nisi ex principis beneficio, & approbatione potest ad album illorum senatorum adscribi. Vnde longe diuersa est ratio, vt satis

patet,

tam etsi à loci diœcesano)approbationem obtinuit: quia tamen potuit euenire vt ordo v.g. A in hac diœcesi prius confirmatus, quã ordo B. in alia posterius approbaretur, ideò potuit etiam euenire, vt qui ordo in vna diœcesi præcedebat alteri, ab hoc altero in diœcesi alia præcederetur scilicet, prioritate sumpta præcedétiæ in qualibet diœcesi ab ea approbationis antiquitate nõ quam alibi, sed quam in eâmet Diœcesi, ordo quiuis adipiscereretur. Quare idem tunc dicendum foret de approbationibus diœcesanorum, quod esset dicendum modo, si seruaretur constitutio Gregorij Decimi tertij , qua defertur præcedentia Ordini illi, qui priorem in loco fundationem habet. Ea enim constitutione seruata facile continget vt ordo, qui in hac vrbe priorẽ nactus est locũ, in alia posteriorẽ obtineat, quia nimirum fundatio monasterij huius loci prior est : illius, aut posterior.

Sed quid si vnus ordo à diœcesano loci: alius verò à Romano Pontifice approbatur. Nunquid nihil hic respiciendum ad approbationis prioritatem est? Sed Apostolica approbatio, quia Apostolica est totum sibi ius vindicauit præcedentiæ deferendæ ? Ita certè sentiũt aduersarij aientes cum rectæ rationis lumine non conuenire vt Apostolica approbatio minoris sit efficaciæ, quam diœcesani approbatio: eoque proin euentu Ordinem à

confirmatione Diœcesanorum concurrit, ab ipso iure sic temperatur, vt iuri Diœcesanorũ nihil deroget, nec iuri iam quæsito alteri: vnde ipso iure assistente, confirmatio inferioris in multis casibus præfertur confirmationi superioris, sicut passim cernimus in collationibus beneficiorum.

Ex hac nostræ assertionis doctrina inferimus Ordinem à Papa approbatum tunc esse præferendum Ordini prius approbato ab vno Episcopo in sua Diœcesi, cum vterq; pariter transuolasset ad tertiam aliquam Diœcesim, in qua Ordo, qui alterius Diœcesani approbatione gaudet, nondum approbatus esset. Cum enim Ordo à Sede Apostolica approbatus vniuersim, & vbique approbetur, iã vtique censebitur in illa Diœcesi tertia, ad quam denuo migrat, approbatus, & proinde in illa habebit approbationem antiquiorem, quamuis in alia, ex qua demigrat, habeat recentiorem.

CAPVT. IV.

Qui Ordo de iure communi post commemoratum Lateranense Concilium in præcedentijs seruari debuit inter religiones, quarum vna ante Concilium auctoritate Diœcesani; altera verò post Concilium auctoritate Apostolica fuerit approbata.

PRoposita quęstio non parum lucis futuræ in se-

in ſequenti *libro* diſputationi aſferret. Quare non poterit noſtrum in hac diſputatione officium iure non deſiderari, ſi illam in diſcuſſam omittamus.

In ea autem ſicut in priori ex aduerſo occurrunt nobis aduerſarij, docentes *in tertio* (quod cap. 20. pro illis adduximus) *argumento* cum lumine rectæ rationis pugnantia loqui quiſquis affirmet approbationem ordinariã Epiſcopi maiorem habere vim, & efficaciam, quam approbatio ſummi Pontificis.

Nos tamen in qua præcedenti capite ſtetimus, in eadem ſententia modo perſiſtimus: atque exiſtimamus in propoſito euentu priorem locum de iure deberi Ordini, qui ante commemoratum Lateranenſe Conciliũ, fuit ordinaria Epiſcopi auctoritate approbatus: in illis tamen diœceſibus, in quibus præfuit approbatus: ſecus autem in alijs, ad quas vſque ad præfati Concilij tempora non commigrauerat.

Quæ ſententia inde mihi non leuiter confirmatur: quoniã Concilium Lateranẽſe religionum de cætero inſtituendarum approbationem Sedi Apoſtolicæ reſeruans, non maiorem Apoſtolicæ confirmationi vim contulit, quàm ante ipſum haberet. Nec enim aliquod ius de nouo citari poteſt, quod maiorem illi prærogatiuam, & efficaciam attulerit: ergo concurrentibus illis approbationibus ſeruabitur

bitur id ipsum, quod ante reseruationem Lateranensem in Ecclesia seruabatur: at ante religio in vna diœcesi per Episcopum antecedebat eam, quæ à sede Apostolica approbata erat; si priorem approbationem habebat, vt in ca. præcedenti ostendimus: ergo post Cõcilium Lateranense eandem habebit etiam præcedentiam.

Ex hac nostra assertione mihi in mentem venit adoriri primogeniam causam tam multijugis varietatis ac dissimilitudinis, quàm in mutua præcedentia religiones ante, & post Laterense Concilium institutæ inter se habēt. Emanat enim hæc præcedendi varietas in diuersis eiusdē religionis prouincijs aut eiusdē prouinciæ monasterijs repertæ ex diuersitate diœcesum, in quibus adducta ad eas primum religio approbata fuit.

Sed de ijs satis: nec enim Eremitarum præcedentiam in hoc iure fundamus: cum antiquiorem, alijs posteris ordinibus, & ordinariorum, & sedis Apostolicæ approbationem habeat, vt ex *libro* sequenti facile patebit. Hæc tamen adduximus vt propositam difficultatem perspicua explicatione dilueremus, quam aduersarij tetigere quidem; sed non intellexere: Quare ad singulare iam cum illis certamen in libro sequenti Deo propitio descendamus.

religionis rationem necessaria *ex tex. in l.Collegia §.In summa ff.de Collegiis illicitis*: in quo decernitur Collegij approbationem ad solum principem pertinere.

Secundo loco: quoniam hæc est communis praxis, hic vsus celeber apud omnia cuiuscunque benè constituta reipublicæ tribunalia: illi enim præcedunt in tribunalibus, qui beneficio principis ad Senatorum Collegium prius cooptantur.

Tertio, quia cum lumine rectæ rationis pugnantia loquitur quisquis affirmat ordinariã Episcopi approbationem habere vim & efficacitatem majorem, quàm habeat approbatio Apostolica Romani Pontificis.

Quarto deniq;, quia approbatio Episcopi non potest tribuere ius extra suam diæcesim: Vnde religioni à se approbatæ non potest tribuere ius latissimum, seu vniuersale in tota Ecclesia, quod tamen ius tribuit Apostolica per Romanũ Pontificẽ religionis approbatio.

¶ Opinio tamen arridebit illis, qui rem in sola cute nôrint, non qui nosse velint intus. Est igitur frangenda nux, vt fruamur nucleo; id quod adhibitis duabus cõclusionibus quã facillimè efficiemus.

Sit 1. Conclusio: In religionibus post Concilium Lateranense sub Innocentio III. celebratum institutis, & approbatis, ratio præcedentiæ inter eas omnino est accipiẽda ex prioritate approbationis per Apostolicã sedẽ factę

In hanc asserendam conclusionem aduersarij nobiscum conspirant. Probatur autem manifestissimè : quoniam edita in Concilio Lateranensi prohibitione ea, de qua *in cap. vlt. de relig. domibus* iam minimè possunt Episcopi diœcesani approbare religionem institutam de nouo: sed cuiuscunq; adinuentæ post illud Concilium religionis approbatio, vni Romano Pontifici, Sediq; Apostolicæ reseruata est. Cum igitur ex libri huius cap. 1. iam constet præcedentiam religionis necessariò pendere ex priori ipsius approbatione per Ecclesiam facta, ita vt illa præcedat quæ prius est per Ecclesiam approbata, necessario infertur post præfatum Lateranense Concilium præcedentiam religionum post ipsum institutarum, ex prioritate approbationis per Apostolicam Sedem confectæ, sumendam iri.

Ex hac conclusione inferes rationem præcedentiæ inter ordines Prædicatorum, & Minorum; quia fuère post Lateranense Concilium adinuenti, & instituti: ex priori Sedis Apostolicæ approbatione omnino pendere: ita ut qui prius à Sede Apostolica confirmationem obtinuit, ille præcedat alteri: Et quamuis communis opinio Doctorum Canonistarum priorem locum deferat Prædicatoribus, non Minoribus, vt resoluit *glossa in cap. quorundam 24. de Electio. in 6.* Felin. in *rubrica de maior & obed. n. 6.* Abbas *in cap. Nicolao numero 1. de appellationi-*

lationibus Guido Papa *decisione* 502. Ioan. Andr. *in cap. Ioannes de testamentis* Turrecr. *in cap. Episcopus* 17. *dist.* & Cassa in Catalogo gloriæ mundi 4. *p. consider.* 67. & 68. ideo tamen illi priorem locum cōcedit: quoniam putat Ordinem Prædicatorum fuisse ante minorum à Sede Apostolica approbatum: quia, vt aiunt supracitati, approbatus fuit ab Honorio 3. *anno salutis* 1217. cū tamē fuerit Ordo Minorum ab eodem Honorio approbatus *anno Domini* 1224. vt patet ex Bulla approbationis.

Verùm nihil est mirum, si communis opinio falsam ex falso fundamento inferat conclusionem: illatura sanè oppositam, si prioritatem confirmationis in Ordine minorum, quam sibi ille reuera vendicat, illa agnosceret. Etenim licèt Honorius tertius. Bullam confirmationis minorū expediuerit *anno Domini* 1224 vt communis fert opinio. Ordo tamen ipse fuit longè ante per Ecclesiam, Sedemq; Apostolicam comprobatus, nempe per Innocentium tertium vt testatur idē Honorius in præcitata approbationis Bulla illis verbis: *Ordinis vestri regulam à Bonæ memoriæ Innocentio Papa prædecessore nostro approbatam auctoritate vobis Apostolica confirmamus.* Quin potius idem Honorius in quadam Bulla, quā expediuit 3. *Idus iunij an.* 3 *sui Pontificatus*, qui fuit *annus* 1218. apertè asserit religionem minorum iam tunc esse à Romana Ecclesia approbatam. Habetur Bulla in Mari

magno

magno *fol.22.* de qua etiã agit auctor eiusdẽ libri: quo in loco affirmat Innocentium 3. *anno Domini* 1208. regulam, ordinemq; minorum vi. ua voce auctoritate Apostolica & approbasse, & legitimè confirmasse. Verum de hac contentione nihil ad nos.

Secunda conclusio. Ante citatum Concilium Lateranẽse sub Innocentio 3. celebratũ, præcedentia inter religiones ex confirmatione Sedis Apostolicæ necessariò non pendebat: sed erat ad eam satis prioritas confirmationis, à diæcesanis in diæcesibus suis obtenta.

Conclusio facile demonstratur, quoniam Concilium Lateranense ius nouum condidit, vt communis sententia docet *in ca. vlt ex de relig. dom. in 6.* & satis patet ex illis verbis: *de cætero nouã religionem constituat*, & nos copiosè demõstrauimus libri præcedẽtis ca. 1. poterãtq; proinde ante hoc Concilij decretũ Episcopi in sua quisq, diæcesi religionem nouam auctoritate Ordinaria approbare, id quod nos fusissimè *ostendimus lib. primi ca.* 4. vbi contrariam aduersariorum sententiam, quæ etiam fuit Henrici Henriquez latè, & sine dubio validè impugnauimus. Cum igitur iure ordinario possent Episcopi illis sæculis approbare religiones: vtique rectè infertur religiones ab Episcopis in suis diæcesibus tunc approbatas, illo æuo fuisse per Ecclesiam legitimè approbatas, & ex cõsequenti inter religiones Ecclesiæ iure optimo

con-

connumeratas, & subinde ex hac approbatione sua ius in Ecclesia obtinuisse.

Quo fit, vt si vera hæc, & communior recepta sententia admittatur, nostra conclusio ita perspicuè demonstretur, vt non possit ab aliquo salubriter sentiente negari. Nam si negetur, inquiram; vndenam tunc temporis ratio præcedentiæ inter institutas, & approbatas religiones accipienda foret? dari nanque ius præcedentiæ illis temporibus, satis declarant decreta Conciliorum, & Pontificum, quæ de præcedentijs inter diuersos Ecclesiasticos status multa definiunt. Citauimus nos huius libri cap. 1. Concilium Mileuitanum sub Innocentio. 1.

Ipso tamen tempore Lateranense Concilium antecedente inter vnum, & aliud approbationis genus intererat maxime: approbatio enim per Apostolicam Sedem effecta sese fundebat ad omnem Ecclesiam, omnesque Ordinariorum diæceses. Et idcirco religio per Sedem Apostolicam semel confirmata, si ad aliquam Episcopi diæcesim de nouo accedebat, noua illius Episcopi approbatione non indigebat, quamuis ad monasteria quidem ædificanda indigeret illius consensu, sicut & modo indigent religiones approbatæ, dum nouum alicubi monasterium moliuntur.

Oppositum tamen dicendum erat de approbatione ordinaria diœcesanorum, enim verò illa

la particularis erat, nec extra approbantis Episcopi diœcesim sese fundebat. Ob quam ratione religio ab vno Episcopo semel approbata, si progredi ad alterius Episcopi diæcesim vellet noua indigebat, nō dico iā facultate ad monasteria ædificāda, sed religionis ipsius approbatione, nouoq; examine per secūdū illū diœcesanum effecto. Quare Episcoporum approbatio, vtpote specialis non erat sufficiens, vt generaliter in tota Ecclesia diceretur ea religio approbata, itaq; cēlebatur approbata dūtaxat in propria approbantis Episcopi diæcesi. Id quod aduersariorum arg. vltimum optimè probat.

Primum verò falso, nec admittendo nititur fundamento, vt abundè ostendimus *libri primi cap. quarto* vbi simile argumentum soluimus, diximusque regulam desumptam *ex D. L. Collegia. §. In summa ff. de Collegijs illicitis* (principi nimirum reseruari approbationem collegiorum) non habere locum in Collegijs institutis ad pias causas: hæc enim propria cuiusque auctoritate sola episcopi permissione institui poterant, vt esse citatam regulam à communi sententia intellectam *dicto cap* 4. latiùs ostendimus.

Ad 2. respondetur in tribunalibus regijs praxim illam merito obseruari, quia nullus nisi ex principis beneficio, & approbatione potest ad album illorum senatorum adscribi. Vnde longe diuersa est ratio, vt satis

patet,

tam etsi à loci diœcesano) approbationem obtinuit: quia tamen potuit euenire vt ordo v.g. A in hac diœcesi prius confirmatus, quã ordo B. in alia posterius approbaretur, ideò potuit etiam euenire, vt qui ordo in vna diœcesi præcedebat alteri, ab hoc altero in diœcesi alia præcederetur scilicèt, prioritate sumpta præcedẽtiæ in qualibet diœcesi ab ea approbationis antiquitate nõ quam alibi, sed quam in eâmet Diœcesi, ordo quiuis adipiscereretur. Quare idem tunc dicendum foret de approbationibus diœcesanorum, quod esset dicendum modo, si seruaretur constitutio Gregorij Decimi tertij, qua defertur præcedentia Ordini illi, qui priorem in loco fundationem habet. Ea enim constitutione seruata facile continget vt ordo, qui in hac vrbe priorẽ nactus est locũ, in alia posteriorẽ obtineat, quia nimirum fundatio monasterij huius loci prior est: illius, aut posterior.

Sed quid si vnus ordo à diœcesano loci: alius verò à Romano Pontifice approbatur. Nunquid nihil hic respiciendum ad approbationis prioritatem est? Sed Apostolica approbatio, quia Apostolica est totum sibi ius vindicauit præcedentiæ deferendæ? Ita certè sentiũt aduersarij aientes cum rectæ rationis lumine non conuenire vt Apostolica approbatio minoris sit efficaciæ, quam diœcesani approbatio; eoque proin euentu Ordinem à

confirmatione Diœcesanorum concurrit, ab ipso iure sic temperatur, vt iuri Diœcesanorũ nihil deroget, nec iuri iam quæsito alteri: vnde ipso iure assistente, confirmatio inferioris in multis casibus præfertur confirmationi superioris, sicut passim cernimus in collationibus beneficiorum.

Ex hac nostræ assertionis doctrina inferimus Ordinem à Papa approbatum tunc esse præferendum Ordini prius approbato ab vno Episcopo in sua Diœcesi, cum vterq; pariter transuolasset ad tertiam aliquam Diœcesim, in qua Ordo, qui alterius Diœcesani approbatione gaudet, nondum approbatus esset. Cum enim Ordo à Sede Apostolica approbatus vniuersim, & vbique approbetur, iã vtique censebitur in illa Diœcesi tertia, ad quam denuo migrat, approbatus, & proinde in illa habebit approbationem antiquiorem, quamuis in alia, ex qua demigrat, habeat recentiorem.

CAPVT. IV.

Qui Ordo de iure communi post commemoratum Lateranense Concilium in præcedentijs seruari debuit inter religiones, quarum vna ante Concilium auctoritate Diœcesani; altera verò post Concilium auctoritate Apostolica fuerit approbata.

PRoposita quæstio non parum lucis futuræ

bitur id ipsum, quod ante reseruationem Lateranensem in Ecclesia seruabatur: at ante religio in vna diœcesi per Episcopum antecedebat eam, quæ à sede Apostolica approbata erat; si priorem approbationem habebat, vt in ca. præcedenti ostendimus: ergo post Cõcilium Lateranense eandem habebit etiam præcedentiam.

Ex hac nostra assertione mihi in mentem venit adoriri primogeniam causam tam multijugis varietatis ac dissimilitudinis, quàm in mutua præcedentia religiones ante, & post Laterense Concilium institutæ inter se habēt. Emanat enim hæc præcedendi varietas in diuersis eiusdē religionis prouincijs aut eiusdē prouinciæ monasterijs repertæ ex diuersitate diœcesum, in quibus adducta ad eas primum religio approbata fuit.

Sed de ijs satis: nec enim Eremitarum præcedentiam in hoc iure fundamus: cum antiquiorem, alijs posteris ordinibus, & ordinariorum, & sedis Apostolicæ approbationem habeat, vt ex *libro* sequenti facile patebit. Hæc tamen adduximus vt propositam difficultatem perspicua explicatione dilueremus, quam aduersarij tetigēre quidem; sed non intellexēre: Quare ad singulare iam cum illis certamen in libro sequenti Deo propitio descendamus.

Cap. I.

Si non est discedendum à regulis iuris communis, Eremitæ fratres Augustiniani in rebus omnibus debent præcedere alijs Ordinibus institutione Posteris.

TErram, ex tam longa nauigatione (Summo Numini gratia) terram videmus: ad ipsum enim totius controuersiæ statum tandem peruenimus. Vt autem portum omni iã Scopulorum obiectu liberum feliciter ingrediamur, hoc est, vt Eremitarum sancti Augustini causa, in quanta iustitiæ laude sit posita ante omnium oculos proponamus: Sequentem statuimus verissimam, & omnino immobilem conclusionem.

Præcedentia, primusque locus in processionibus non debetur alijs Ordinibus institutione Posteris sed Eremitis S. Augustini. Hæc conclusio breui quodam Syllogismo ex ijs, quæ libris omnibus superioribus constituimus, facilè demonstratur. Nam præcedentia debetur ei Ordini, qui antiquiorem habet, & institutionem, & approbationem legitimam: Ordo autem Eremitarum sancti Augustimi ipsissimus, qui nunc stat, & viget, antiquiorem habet, tum institutionem, tum legitimam approbationem,

tur, & definit Concilium Lugdunense *in cap. vnico §. sanè vers. Caeterum de relig. domibus in 6.* in illis verbis: *Quorum institutio praedictum generale Concilium praecessit* Quae verba esse omni solutione maiora, si ipsam duntaxat Ordinis institutionem inspicimus; dligenter satis, & accuratè ostendimus *libri 6. cap.* 20. Vnde & *glossa ibidem ad verbum Praecessit* communiniter recepta, asserit decretum Lateranensis Concilij Ordinem Eremitarum non attingere, cum ad futuras, & deinceps instituendas religiones inspiciat, non ad praeteritas, atque iam institutas, qualis erat religio Eremitarum.

Et iure quidem merito id definit Concilium Lugdunense: quoniam Ordinem Eremitarum habuisse in Africa ab Augustino adhuc viuente suam institionem, primum ortum, & incunabula; latè ostendimus *in lib.* 3. *& fusius, in lib.* 5 adductis in medium, tum Summorum Pontificum definitionibus, tum historicorum traditione; tum Christiani populi vbique locorum communi existimatione, tum denique Ordinis Chronologia perpetuam ab Aug. ad nostra vsque tempora Eremitici Ordinis seriem complectente.

Imò *lib* 6. demonstrauimus Ordinem hũc, vt ab Augustino non sit; immemorialẽ tamen ante Concilium Lateranense institutionem habere. Ad omnes llbros Lectorem eum, qui

propositæ propositionis inexpugnabilia firmamenta fortasse desiderauerit, esse velim reductum: mihi enim breuitatis studium persuadet non agere acta.

2. Propositio: Eremitarum Sancti Augustini ordo approbationem habet multis seculis antiquiorem approbatione sæpe nominatorum ordinum.

Hæc conclusio ex ijs, quæ *lib. 4 & 7.* diximus euidentissime demonstrabitur. Nam ordo prædicatorius ab Honorio 3. auctoritate Apostolica fuit primum approbatus *anno Domini* 1217. post Concilium Lateranense sub Innocentio 3. celebratum. Id quod omnes dicent, & agnoscent illi ipsi horum ordinum alumni & Filij cum Ioan. Andr. superiori propositione citatis, Porro Eremitarum ordo suam approbationem, eamque legitimam, & sufficientem habet, in primis ordinariam ab Episcopo Valerio Augustini prædecessore. Deinde ab eodem Augustino Episcopo cuius vi, & efficacia si cum Apostolica alterius ordinis approbatione concurreret, latè diximus *in 8. lib. cap. 3. & 4.*

Apostolicam verò approbationem habet ab Innocentio primo Augustini coæuo, & à Zozimo Innocentij successore, vt ex ordinis Chronicis, Chronicisque Gondisalui Illescas, & aliorum historiographorum fusissime osten-

ostendimus *lib.* 4 quod probandi genus in antiquissimis rebus probandis a iure habetur pro approbatione dignissima, vt ibidem diximus, & probauimus *primi libri cap.* 6. & 7.

Quod si hæc approbatio Innocentij & Zozimi confirmatio tanquam minus idoneæ non plenè satisfaciunt aduersarijs, at at satisfacient viris religiosis catholicis, & imprimis literæ summorum Pontificum Anastasij II. in primis, & Adriani IV. Honorio III. longe priorum, qui orati, & exorati à Beatismo Guillielmo Aquitanico ordinem istum iam penè collapsum instaurari iusserunt, & Apostolica auctoritate ab incultis solitudinibus ad vrbium nitorem transtulerunt, varijsque priuilegijs summa cum beneuolentia affecerunt, vt *lib.* 5. & 7. copiose ostendimus.

Hoc autem testimoniorum genere cuiusque ordinis approbationem legitimo commonstrari; communis sententia docet, de qua multis egimus in *lib.* 1. *cap.* 4.

Porrò si tam parum æqui nobis fuerint aduersariorum animi, vt ne commemoratis quidem literis acquiescant, iam non inuiti accedemus ad iuridicas probationes, desumptas illas quidem non annorum dico, sed complurium seculorum pacifica possessione ordinis approbati; quam in

Dei

Quid? nonne eandem veritatem eiusdem *libri 7. cap. 7.* asseruimus ex ea registratione, seu descriptione, qua Ordo Eremitanus in registrum, atque album religionum, quas Romana probauit Ecclesia, fuit auctoritate totius Lateranensis Concilij relatus, & adnumeratus?

Cui argumento, quod est sine dubio inexpugnabile, illud nunc addimus ante Concilium Lateranense in Ecclesia non fuisse registrum vllum religionum à sede Apostolica comprobatarum: siquidem ante Concilium Lateranense ad veræ religionis rationem minimè erat necessarius Apostolicæ sedis consensus. Verùm reseruata veræ religionis approbatione ad solam Apostolicam Sedem, habitaque diligenti consultatione de religionibus, quæ iam institutæ erant, an extinguendæ hæ, an illæ relinquendæ forent: tunc primum temporis institutum est registrum religionum. Vnde fateri necesse est, quas religiones in eo registro Sedes Apostolica iudicauit esse describendas, & describi demũ præcepit: eas omnes fuisse ab Apostolica Sede expresśè, & solenniter approbatas.

Et quidem Ordinem Eremitarum in eo registro fuisse Concilij auctoritate descriptum, iam ostendimus *lib. 7. cap. 7. citato.* Denique eiusdem *lib. 7. cap.* 8. Eandem Sedis Apostolicæ approbationem euidenter exsumpsimus

Ex tribus propositis, explicatis, confirmatisque propositionibus iam patet veritas minoris eius demonstrationis qua propositam initio conclusionem demonstrauimus. Quæ sola demonstratio satis superque videri debet ei, qui ea omnia, quibus illa confirmatur suæ mentis acie penetrare voluerit, sicut ea omnia pro sua singulari eruditione, eximiaque ingeniorum excellentia peritissime inspexerunt sapientissimi doctores Antonius stanga protonotarius Apostolicus senatus veneti meritissimus consiliarius, Ioannes Antonius Duci Mediolanensi à consilio existés, Andreas Blasignanus Cathedræ decretorum in insigni Vrbis Patauiæ vniuersitate dignissimus moderator, ac deniq; Lancellotus decius in eadem Vniuersitate Iuris Cæsarij acutissimus interpres. Hi namque omnes ab Illustrissimo Iacobo de Schicis sedis Apostolicæ Legato pro decidenda simili de præcedentijs controuersia inter Fratres Minores, dominicanis institutione, & approbatione coæuos. & Eremitas excitata Assessores, & adiutores assumpti, diligenti studio & accurato causæ examine præcedente, iurisque regulis diligenter expensis, præcedentiam Eremitis de communi consensu lata sententia adiudicarunt in diæcesi Cremonensi *anno Domi* 1549. Quorũ sententia valétiæ in nostri monasterij tabulario cóseruatur; Cuius etiam memi-

uentus Olyßipponensis, & inserta est actibus controuersiæ, quæ cum Dominicanis eisdem eisdem ab Eremitis agitatur. Eiusdem vi sententiæ Eremitani fratres in suo possessionis iure conseruati sunt; sententia etiã super hoc lata à Serenißimo Cardinali Portugalliæ tunc temporis, Infante, postea Rege inuictissimo Henrico, quæ etiam præcitatis actibus inserta custoditur.

Cum igitur tot, ac tantorum virorum iudicium firmißimè stet à nostra sententia põsitam initio huius articuli conclusionem absque vlla trepidatione iterum repetemus, & repetitam iterum approbabimus, præcedentiam inquam, primũque locum in proceßionibus, alijsque publicis actibus non deberi alijs institutione posteris, deberi Eremitis S. Augustini.

Quam conclusionẽ adeò perspicua, firmaq́; demonstratione inexpugnabilem, quoniam aduersarij putant sese nonnullis argumentorũ technis dissoluere, cogimur ipsi ipsas eorum technas coram ponere, positasq́ue dissoluere, vt ostendamus conclusionem nostram non solùm non expugnatam, sed ne impugnatam, quidem illorum machinationibus esse.

CAP. II.

Proponuntur argumenta Aduersariorum.

IN postremo igitur huius controuersiæ actu adducenda in medium sunt, & quanta cum diligentia opus fuerit, dissoluenda argumenta omnia, quibus competitores nituntur priorem locum præripere Eremitis, & Ordinis sui approbationẽ antiquiorem ostendere.

Præmittunt illi tamen hæc: in omnibus omnino tribunalibus præcedentiam deferri non ei, qui ætate maior est, sed qui est in eodem tribunali, quod ad institutionem, & admissionem attinet, tempore prior. Is seruatur Ordo inter Episcopos tum in Concilijs; tum in omnibus aliis, inter quos præcedentia nõ defertur cuiquam ratione ætatis prouectioris, sed consecrationis prioris, per quam ad ordinem Episcoporũ quisque introducitur.

Idem seruatur in consistorijs omnium Senatorum, siue Ecclesiastici sint, siue seculare in quibus qui priorem habet admissionis ac officium possessionem, priorem locum & in sedendo & in suffragio ferendo retinet, vt est notissimum. Iam verò institutæ in Ecclesia religiones ex approbatione, confirmationeu Apostolica suam habent consecrationem, a veluti intromissionem in Dei Ecclesiam. Vnde ex priori Apostolica approbatione, cõ

firma

firmationeue desumenda est inter inter institutas, religiones ratio præcedentiæ.

His ita præmissis: principio ab Eremitis exigunt, vt proferant literas Apostolicas approbantes, siue confirmantes Ordin. Erem. nullas enim (vt inquiũt) poterũt exhibere cũ nullus sit, qui illas aut viderit, aut ab alio visas retulerit. Cum tamẽ de approbatione, cõfirmationeque Ordinis Prædicatorum extet expressa bulla in Annal. Honorij III. à quo ille Ordo primum fuit confirmatus, impressa in principio priuilegiorum eiusdem Ordinis. Ex qua bulla patet Prædicatorium Ordinem approbatum fuisse ab Honorio *anno salutis* 1216. Hoc argumento contra Eremitas triumphant aduersarij, & quasi iam victoriã reportarint pæana decantant.

Deinde ita obijciũt aduersarij de Origine, approbationeq; prima Præd. Ordinis nulla fuit vnquam inter auctores dubitatio, siquidẽ plenissimè constat fuisse institutum eum à B. Dominico, & approbatũ ab Honorio III. *anno* 1216. cùm tamen non sit inter auctores parua dissensio de prima Eremitici Ord. Apost. cõfirmatione. Sunt enim qui putent eum primũ confirmatũ fuisse ab Alex. IIII. quæ fuit (vt aiunt) sententia D. Anton. Ioannis Lucidi, Ioannis etiam Trulli, & Gondisalui Illescas. Alij, qui ab Honorio IIII. quæ fuit (vt volunt) sententia Platinæ, & Sabellij. At

4. Obijciunt vſum, & praxim ipſam in Romana curia, & in Concilijs Oecumenicis receptam: Ordo enim Prædicatorum primũ habet locum in cappella ſummi Pontificis, & Romæ in publicis proceſsionibus: denique in Concilijs, vt eſt quàm notiſsimum, & patet ex Catalogis Concilij Tridentini, in quibus mẽdicantes Ordines referuntur: in omnibus enim his Catalogis Ordo Prædicatorum primo loco deſcribitur. Quæ Præcedentia Prædicatorio Ordini in præcitatis locis non ob aliam cauſam delata fuit, niſi quia is Ordo prius fuit, quàm cæteri, legitimè per Eccleſiam approbatus.

5. Addunt in expugnabile ipſorum iudicio argumentum deſumptum ex definitione ſanctiſsimi Pij Papæ hoc nomine V. in bulla, quã hac de re expediuit. 27. *die Augusti anno ſalutis* 1568. Quæ in ſumma conſtitutionum Pontificum refertur. 26. inter Pij V. conſtitutiones: in qua præcedentiam inter mendicantes Ordines Prædicatorio Ordini motu proprio, atque ex certa ſcientia adiudicauit, & detulit non obſtante iure quæſito ex ſententia aliqua, poſſeſsioneue immemoriali: affirmatque ſe de antiquitate, & præeminentia cuiuslibet Ordinis fratrum Mẽdicantiũ plenã, & indubitatam notitiam & habuiſſe, & habere: Quæ omnia videre licet in præfata Pij V. Bulla.

6. Adminiculantur ijdem argumentantes

de Maioritate, & obedientia n. 5. in fine, Ioann. Andr. *in cap. Ioannes de Testamentis*, Ancharrã & *alios citatos* à Felino *vbi supra*, Archidiac. in *in cap.* 1. *de Decimis in* 6. Turrec. *in cap. Episcopus* 17. Decium *consil.* 1. 16. Guidonem Papam *decisione* 502. Alciatum *Reg.* 45. Glossam in dicto *cap. Quorundam de Electione in* 6. & in *cap.* 2. *de pactis eodem lib.* 1. Ex quibus volunt hanc esse communem Iurisperitorum sententiam.

Atque hæc potissima argumenta sunt, quæ ab aduersarijs in suæ præcedentiæ confirmationem contra Eremitas adducuntur. Quæ eadem in sequentibus capitibus erunt à nobis rectius, ac limatius examinanda.

Capvt III.

Soluuntur duo argumenta priora in præcedenti capite obiecta.

FAcillimam habent priora argumenta duo dissolutionem.

In principio tamen quod ad id attinet, quod Aduersarij veluti argumentorum vestibulum præmiserunt, nos libentissimè aduersarijs damus præcedentiamin loco & cõfessione pẽdere nõ ex ætatis antecedentia, sed ex priori institutione, intromissioneq; legitima in tribunalia, consistoria, cæteraque loca, in quibus consedendi, loquendi, subscribendi Ordines admittuntur. Vnde etiam in *lib.* 8, cum communi doctorum omnium sen-

tentia, tanquam nostræ disputationis necessarium fundamentū iecimus præcedentiam inter religiones sumendam esse ex antiquiore non institutione sola sed legitima per Ecclesiam approbatione:& confirmatione. Etenim quod aduersarij probè annotarunt, sicut institutæ religiones Deo per Ecclesiæ approbationem consecrantur, ac dedicantur, ita per eandem intromittuntur. Ob quam rationem prior approbatio veluti prior ad illum statū intromissis in publicis Ecclesiæ confessionibus ius tribuit præcedentiæ.

Nihilominus quod ad legitimam religionis approbationem semper fuerit necessaria Apostolicæ Sedis auctoritas: hoc verò aduersarijs minimè approbamus, vt patet ex ijs, quæ fusè diximus *lib. 1. cap. 4.* & sæpe in libris consequentibus repetiuimus. Non quod velimus id contra aduersarios nobis concedi, tanquam sit ad argumentorum dissolutionē ex nulla parte necessarium: sed vt Lectorem admoneamus, quid veritatis habeat doctrina ab aduersarijs ad suorum argumentorum validitatem præmissa.

Gratis tamen, ac libentissimè (licèt verum id minimè sit) quod præmittunt admittimus; ex priori inquam religionis approbatione per Apostolicam sedem facta demandandam esse cuique religioni præcedentiam suam.

Data

Data igitur, & non concessa doctrina, quam præmittunt, ad eorum quibus nos veluti Gordianis nodis teneri alligatos putant, nodorum explicationem accedamus.

Ad 1 quidem hoc in primis dicimus: si quam multis illud defectis est vitiatum aduersarij prouiderent; non pæana canerent pro victoria, sed potius ibi victoriam vbi partam putant amissam dolerent.

Etenim cum Apostolicas approbantes literas à nobis exigunt; duo exigunt, hoc est & approbationem Apostolicam, & literas approbationis testes. Neutrum & necessarium latissimè supra ostendimus.

Sed vt esse necessarium vtrumque demus quod ad Apostolicem approbationem attinet; mihi respondeant quonam illa iure ab Eremitanis sibi exhiberi petãt: an definitione, & decreto Magni Concilij Lateranensis? at Eremitanus Ordo Concilio Lateranensi Seculis multis superior ligari non potuit Cõcilij decreto ordinibus edito in posterum enascituris, non iam natis, ac legitime stantibus, vt ex glossa, & communi sententia fusius ostendimus contra aduersarios *in lib. 7. cap.* 1. vbi, amice Lector, quæ sunt relege. Itaque ab exhibenda Apostolica approbatione decreto Lateranensi sumus prorsus liberi.

Quo igitur iure ad habendam, exhibendamque sui ordinis Apostolicam approba-

tionem obligant Eremitas? illud in medium proferant: quod si proferre non possunt, vt nos *lib.* 1. *cap.* 4. apertè probatum reliquimus ante Lateranense Concilium ius approbandi religiones etiam apud diæcesanos resedisse: vtique cuilibet viro docto satis erit si approbationem Valerij, & Augustini Episcoporvm offeramus; quam etiam & *lib.* 4. & 7. obtulimus. At quia iam gratis donauimus aduersarijs Apostolicæ apprnbationis necessitatem: iterum illis offerimus approbationem Innocentij primi, & Zozymi, qui proximus Innocentio successit. Analtasij item 4. & Adriani 4. & Innocentij 3. denique magni Concilij Lateranensis. de quibus fusius diximus *in libro* 7.

Quod vero ad Bullam, siue litteras attinet approbationis testes vt eis gratis demus esse necessarias illas; non proinde possunt illicò canere ad victoriam: literas enim Apostolicas Innocentij primi . quibus superstite adhuc Augustino. Eremitarum ordinem firmum, stabilem. & ad nostram vsque memoriam legitime constantem, Apostolica auctoritate reddidit; læti alacresque offerimus: has enim Innocentij literas iam superius in *lib.* 1. *cap.* 3. protulimus: & *lib.* 4. *cap.* 2. *propositione* 4. hanc ipsam confirmationis Eremitani ordinis bullam anno 2. pontificatus eiusdem Innocentij ad B. Valerium Hipponensem Episcopum directam

rectam in registro eiusdem pontificis descriptam, à pluribus aliquando visam; ex Illescas & ex omnibus Eremitani Ordinis Historiographis, antiquissimisque Ordinis Chronicis fusè ostendimus.

At non eam exhibetis, sicut exhibemus nostram, dicent aduersarij, Nos quidem libẽter annuimus: etenim ob temporum iniuriam edacemque verum antiquitatem, sicut registrum huius pontificis, aliorumque plurimorum non extat; ita nec præfata, bulla in eodẽ registrata. Quid tamen inde? nunquid testimonia eorum, qui annales conscripserunt, nó sunt satis ad fidem præfatæ bullæ conciliandam? minime quidem: imo satis, superque esse iuris principia recepta docent, quæ nos principia multa verborum copia explicauimus, atque confirmauimus *in lib. 4. cap. 2. propositione* 4, Quæ ne repetita pariant fastidium, repetere supersedemus: nisi enim annalium testimonia circa res antiquissimas pro syncera, atque iuridica habantur probatione; quomodo annales erunt temporum monumenta: antiquitatis commemoratio: præteriti temporis nuncij, syncera deniq; Lux veritatis &c.

Ad hęc quod de Innocentio primo diximus similiter dicimus de Zozymo Papa: quem Eremitarum ordinem confirmasse; historici præcitati affirmant, vt iam retulimus, tum *lib. 4. loco citato*; tum *libro 3. capite 4.*

in no-

in nostra Chronologia ad *annum* 409. & 342.

Addimus insuper quæ de Xixto 3. *ad annum* 432. de Leone 1. *ad annum* 440. plurimisque alijs summis pontificibus in eadem Chronologia adduximus vsque *ad annum* 1140.

Nec prætermittimus literas Apostolicas Anastasij 4. & Adriani 4. quas B. Guilliel-mo Aquitanico illi liberalissimè concesserunt, de Eremitano ordine ab Eremis ad vrbes auctoritate Apostolica transferendo, quarum quidem literarum, tam domestici, quam externi historici omnes mente concordi faciunt mentionem, vt videre est in præcitata Chronologia ad *annum* 1140.

Porrò vero Innocentius 3. Nonne Eremitarum ordinem quem sub suam protectionem suscepit, auctoritate Apostolica confirmauit? Cuius confirmationis literas se vidisse affirmant Beatus Iordanus de Saxonia, D. Antoninus, & Ambrosius Cariolanus vt in dicta Chronologia ostendimus ad *annum* 1215. Cui eidem confirmationi testimonium suum addit Illescas in vita Innocentij 3. & complures alij.

Quid deinde quæso ad pontificium approbatarum religionum registrum, in quo auctoritate Concilij Magni Lateranensis Eremitarum ordo fuit conscriptus; aduersarij

rij dicent? Quod ſane regiſtrum plus habet auctoritatis, quàm bullatæ literæ ex regiſtro deſumptæ, vt *lib. 7. cap. 7.* vbi de regiſtro copiosè egimus, affatim confirmauimus.

Quid rurſus dicent ad teſtimonium Concilij Lugdunenſis *in cap. vnico §. Sane de relig. domibus in 6.* ex quo Apoſtolicam Ordinis Eremitani approbationem ſatis firmiter deduximus eiuſdem *lib. 7. cap. 5.* Nunquid Concilij generalis teſtimonium non eſt literarum bullatarum probatione maius?

Ecce igitur non iam vnum, vt poſcebamur, ſed plures noſtræ confirmationis bullas Apoſtolicas exhibemus. Quid ſi nullam exhibeamus, nunquid id propterea caderemus cauſa minimè gentium. Nam ipſa Eremitani Ordinis à tempore Auguſtini: ſiue mauis à tempore immemoriali vſque ad noſtram tempeſtatem approbationis pacifica, & indubitata poſſeſſio, quam *lib. 5. & 6.* fuſiſſime petractauimus, ab exhibendo titulo nos penitus eximit, ac omnino liberos reddit; poſſeſsio enim diuturna ab exhibitione tituli ſine dubio liberat, ita vt ſatis ſit approbationes Apoſtolicæ diuturnam poſſeſsionem probare, quo probare illico cenſeamur ipſam Apoſtolicam confirmationem, & bullam, ſi ad id neceſſaria foret: poſſeſſio enim quando eſt diuturna iuridicam pro titulo præſumptionem efficit. Quod ſi fuerit immemo-

memorialis, qualis est, quam habet ordo Eremitanus, titulum ipsa immemoriali præscriptione non solum probat, sed legitimè inducit, vt latè iam ostendimus in *libri primi cap. 4.* & in *lib. 7. cap. 3.* Celebris hæc est, & concors iureperitorum doctrina; vera iure sic disponente sententia. Aduersarijs igitur bullam confirmationis à nobis exigentibus ipsam duodecim seculorum, imo immemorialis temporis possessionem, quæ titulum, & approbationem inducit, pro bulla exhibemus.

Quam eandem ordinis approbationem confirmare possemus demonstratione quadam Theologica petita ex Solennitate votorum, & cælibatus, tum ipsius Augustinij, tum suorum Eremitarum ab illo tempore vsque ad nostram memoriam. Qua nos demonstratione Eremitani Ordinis Apostolicam confirmationem ostendimus *in 4. lib. cap. 1.* Et eadem Victus Henricus Henriquez in sua summa Theologica *lib.* 10. de Sacramẽto ordinis *cap.* 35. § 3. *Litera* G. coactus est concedere Augustinum nullum ad professionẽ suæ religionis admisisse, nisi obtenta prius eiusdem religionis confirmatione Apostolica.

Si hæc aduersarijs non sunt satis, vt ab argumen-

gumento desistant; audire ab eis equidem velim: an putent nostra hac tempestate Eremitarum ordinem esse Apostolica auctoritate approbatum? Nō puto negabunt. Quod si non negant, & eum iam (Deo gratia) legitimè approbatum putent; & tamen ordinem firmiter approbatum concedant, profectò ad eas necessariò confugient probationes atque demonstrationes, quibus nos hactenus vsi sumus.

Et pro solutione primi argumenti dicta sint satis: nam pauciora sufficerent.

Ad 2. Argumentum dicimus nihil esse, aut vnquam fuisse tam certum, nihil tam notū, ac euidens, quod non suos habuerit oppugnatores: id quod non solum in placitis philosophicis, sed etiam in assertis ijs, quæ sunt de fide Catholica, quorum veritas diuina est, & falli nequit; ostendere possumus: quod enim fuit in philosophia tam euidens nunquā principium, quod omnibus fuerit semper extra dubij aleam positum? Quæ fuit vnquā veritas diuinitus Ecclesiæ patefacta, quæ oppositam sibi ex aduerso hæresim non habuerit? Nam & Insipiens dixit in corde suo non est Deus.

Non sunt igitur faciendi tanti, qui contradicunt: facienda magni ratio est, & fundamentum impugnationis atten-

attente expendendum. Quod si aperte falsitatis conuincitur, non iam probabilis impugnatio censeri debet, sed omnino falsa, ita vt non iam pro sophismate, sed pro parologismo iudicandum sit, & habendum.

Porro ordinem Eremitarum primò fuisse confirmatum ab Honorio 4. euidentissimæ falsitatis conuincunt non ea solùm quæ paulo ante adduximus ex Innocentio 1. vsque ad Innocentium 3. sed ea etiam, quæ ex Innocentio 4. atque Vrbano 4. fuse protulimus in *lib.7.* vbi etiam patefecimus Platinam, aut Sabellicum eius, quam aduersarij illis imponunt, nunquam opinionis fuisse. Vide citata loca, si placet.

Quod verò Alexander 4. fuerit Eremitani ordinis institutor, aut confirmator primus, id nos iam impugnauimus tam clarè, quàm latè *cap.9.lib.5.* & *lib.7.* Quibus in locis ex Innocentio 4. ex eodem Alexandro 4. quam id falsum foret, euidenter ostendimus. Quæ ibidem diximus omnino relegenda erunt.

Nec credendum est aduesarijs dum pro illa sententia D. Antoninum, & Gondisaluum Illescas allegant, oppositum enim apertissimè docent ambo.

Porrò Ioannes Lucidus ab aduersarijs citatus solum docet ordinem Eremitarum ab Alexandro 4. fuisse confirmatum; & quod ab eo

ab eo primum fuerit confirmatus; id nunquam asserit.

Ioannes verò Trullus nihil quicquam asserit tantummodo refert, ita enim habet: *Multi historiographi asserunt Eremitarum ordinem à Sancto Guillielmo exordiri, atque incipere, quos proinde Guillielmitas appellant.* Et Alex. 4. *vnum conflauit ordinem ex Eremitis S. Guillielmi & S. Ioannis Boni, & Fratrum de Bittinis, & de Fabalibus. Vnde Ioan. Andreas in reg. de relig.* *domibus in 6. asseuerat ordinem Eremitarum Sancti Augustini ex pluribus ordinibus factum esse. Si igitur tunc fuit factus; tum fuit institutus quando per talem vnionem fuit aggregatus.* Quæ verba non sunt categorica, & assertiua, sed hypothetica, atque ex suppositione ea, quod vera sit sententia Ioannis Andreæ; quã tamen esse falsissimam demonstrauimus *libro* 5. *cap.* 11. ad quem locum lectorem remittimus.

Cap. IV.

Soluitur argumentum 3. in 7. capite nobis oppositum.

3. ARgumentum ex iuris regula desumptum petit explicemus quæstionem apud iuris prudentes agitatam, nec facilem explicatu. Vtrum ex prioritate ordinis literæ, rectè ac iuridicè inferatur prioritas præcedentiæ: ita vt qui priori loco nomi-

natur præferendus sit ei, qui loco posteriori. Quem nos quæstionem in priori huius capitis sectione dissoluemus: tum deinde in posteriori ad argumenti solutionem deueniemus.

§. I.

Explicatur proposita iuris quæstio: an ex prioritate literæ inferatur prioritas præcedentiæ?

QVæstionem igitur propositam nec decisam relinquunt *Glossa in lib. finita §. Si plures ad verbum Ordinem ff. de damno infecto gloss. alia in L. Quidam ff. de peculio Legato*, alia etiam *in L. Quoties de vsufructu*: alia denique *in cap. Alienus 42. q. I* vt complures alias omittamus. Omnes glossæ pluribus in vtrumque contradictionis partem citatis iuribus quæstionem non solutam dimittunt.

Et quidem à parte affirmatiua citant in primis *tex. in dicta L. Quoties (41.) A. de vsu fructu*, & *in l. Generaliter §. Proinde, vers. Quis ergo ff. de fidei commissarijs libertatibus, & in l. 2. §. prius ff. de vulgari substituto*, & in *l. cum pater §. pen. ff. de Legat. 2. & in L. Qui soluendo. 60. ff. de hæred. instit. & in L. Si non lex. (89.) ff. eodem te.* Tex. denique *in cap. Mandato de præbendis in 6.* & in *cap. Si quis iusto de Elect. & in 6.* & *in cap. Sit rector 43. dist.* & plura alia iura, quæ forte vel nihil, vel parum faciunt ad partis affirmatiuæ stabilitatem. Quæ tamen citauimus ea videntur conferre nonnihil.

Cæterum pars negatiua multis etiam iuribus corroborari solet. Celebris est *tex. in L.*

Nec enim ordo ff. de solut. & *in l. Quidam* 14. *ff. de peculio legati*, & *in l. Si finita §. Si plus ff. de damno infecto. Optimus tex. ex l. Cum pater* 79. *§. fides tua ff. de legatis* 7. *Vtraque lex si is, qui soluendo* (55. & 57.) *ff. de hæred. inst.* denique *tex. in l. Si quis habens ff. Qui*, & à quibus, vt alia omittam': quę n. sunt perpetua, nos citauim'.

His, alijsque in vtramque partem citatis iuribus glossæ commemoratæ quæstionem fecerunt ambiguam, non dissoluerunt tamē.

Multi in illius explicatione multa dicunt. Alij enim partem aientem simpliciter probant: alij simpliciter negantem putantque argumentum esse bocardicum (vt iuristæ appellant) & in iure satis infirmum.

Plures pluribus vtuntur distinctionibus, quibus iura in oppositum citata conciliant.

Communior resolutio adhærescit distinctioni Bart. *in dicta l.* 7. *§. prius n.* 7. *ff. de vulgar.* ordinem inquam non esse curandum quoties constat de mente disponentis, quod cernitur in iuribus pro parte negatiua citatis: esse tamen ordinem literę attendendum, quo mens disponentis dubia est, & incerta: in quo sensu ea iura vim habent, quæ pro parte affirmante allegantur.

Hæc Bart. distinctio videtur communiter approbari, vt per Felin. *in c. Cum directa n.* 4. *vers. Orito scriptura de rescriptis*, decium *in cap. sum abbas num.* 5. *de Offic. deleg.* & latius *in cap. Auaritia à num.* 1. *de præbendis*,

 addi-

additorum marginalem *in dicta L. Quidam lit. B.* Videtur hæc etiam fuisse mens *Dyni in S. 2. §. Prius. vt patet ex additione ad gloss.* ibi. Vide plures alios quos refert additio ad Bartolum, & ad Felin. *locis citatis.*

Quæ tamen Bartoli distinctio eidem est exposita difficultati, qua Bart. ipse *n.4.* solutionem à Dyno allatam vrget: etenim non semper seruatur ordo à disponente scienter præfixus, vt satis constat *ex dicta l. 2. §. prius A. de vulgari;* & in vtraque *L. Is qui soluendo (§. & 57.) A. de solut. & in l. Si quis habens A. Qui & à quibus*, & in alijs quam plurimis iuribus.

Quare si homini Theologo licet in iuris difficultate, iuris prudentibus vix explicata nouam explicationem adducere, propriumque iudicium interponere; ego hanc rem perplexè inuolutam ita distinguerem: Materia, de qua scribitur, dispositioque vel iuris, vel hominis aut necessario pendet ab ordine inter nominatos, ita vt inter eos aliquis certus ordo sit seruandus; aut nequaquam pendet: sed potest posita dispositio seruari siue is, siue ille inter nominatos ordo seruetur.

Hac præmissa distinctione tres statuimus conclusiones.

Prima sit: Si dispositio vel à Legislatore, vel ab alio particulari disponente, vel à materia

teria subiecta posita omnino dependet à certo aliquo ordine inter nominatos seruando; tunc ordo scripturæ regulariter seruandus est; ita vt ex prioritate literæ prioritas, & precedentia nominati necessario inferatur.

Etenim in hac specie ordo annotatus non casu, aut forte fortuna positus esse censendus est, sed consulto, atque ex consilio disponentis, ita vt ordo in scriptura propositus, factã dispositionem non peraccidens respiciat, sed per se.

Proposita conclusio omnibus iuribus pro parte affirmatiua citatis videtur confirmari si singula percurramus.

Nam in dicta *L. Quoties* (41.) *de vsu fructu* executio Legati ibidem relicti per se pendet ab ordine quodam certo inter nominatos seruando: quia nimirum vsus fructus à testatore ita legatus fuit Titio, & Mæuio vt eo fouerentur alternis annis. Ex quo iam oritur difficultas: quisnam illorum 1. anno vti debeat vsu fructu Legati? Dispositio igitur testatoris de vsu fructu Legati pendebat ex ordine prioris, & posterioris cum omnes simul eodem anno frui eo nequirent: intererat autem vtriusque habere locum priorem. Vnde merito respondet Iulianus ordinem literæ seruandum esse censerique vsum fructum prius datum Titio, quem testator tanquam magis dilectum nominauit prius.

Idem cernes in *L. Generaliter §. proinde verſ. Quis ergo ff. de fidei commiſſ. libertatibus.* Cuius textus contentio eſt in euentu, quo hæres à teſtatore rogatus eſt plures ſeruos manumittere: pretio tamen non ſufficiente ad omnes manumittendos, ſicut patet ex præcedenti verſ. Quid ergo. Quæ facti diſpoſitio pendet ab ordine inter eos ſeruos: cum enim non poſſint omnes Legato pretio manumitti; à quo igitur ſeruorum manumiſsio hæc debet incipere? intereſt enim maximè à quonam inchoanda ſit. Reſpondet Vlpianus ſeruatis iuris regulis ſequendum eſſe ſcripturæ ordinem ſi forte veri manumittendi ab ipſo teſtatore nominati fuerũt, & ita in caſu noſtræ concluſionis conſentit Vlpianus cũ Iuliano.

Similiter in *L. Cum pater 79. §. pen ff. de legatis 2. ſubſtitutio* ibi facta ab ordine ſubſtitutorũ neceſſario pendet: nec enim omnibus ſimul facta eſt ſubſtitutio, de qua ibi eſt ſermo; ſed pluribus ordinatim, & alternatiue poſitis. Idemq; Papinianus reſpondet hęredi inſtituto non eſſe datã electionẽ, ſed ordinẽ literæ eſſe ſeruandũ, vt ſubſtitutio fiat ei, qui prius in ſubſtitutione nominatus fuit, cõcordatq; Papianus cum Iuliano, & Vlpiano.

Eodem etiam *in L. Qui ſoluendo (60.) ff. de hæred. inſt.* agitur de eo, qui ſoluendo nõ erat, & tamẽ duos ſeruos inſtituit hæredes ordine quodã nominatos. Et quidem cũ ille ex diſpoſitione legis Eliæ lentiæ (de qua in *L. Qui ſoluendo*

soluendo 42.ff.eodē te.) vnū tantū seruū possit sibi instituere hæredē, nō duos, ne fieret fraus creditoribus; profectò ambo illi serui, & hæredes, & liberi esse nequibant, sed alter eorum. Vter igitur eorum erit hæres, & liber? Celsus ait illum, qui primo loco institutus est; liberū simul, & hæredē futurū. In qua etiā dispositione procedit *tex. in L. Si non lex. 33. ff. de hær. inst.* vt legēti patebit: proinde Sceuolæ iuriscōsultis idē respōdet cū Celso, alijsq; iurecōsultis. Porrò *tex in c. Mandato (10.) de præb. in 6.* in dispositione simili intelligitur, quē Papa præcepit cuidā Episcopo vt Titiū afficeret beneficio ad suā, vel alterius collationē pertinēti. Si fortè simul vacēt duo beneficia, quorū alterū ad ipsius Episcopi collationem spectaret; alterū ad collationē alterius: definit Pontifex, vt beneficiū ad ipsius Episcopi collationē spectās. Titio cōferat: quia .s. ordo literę id significabit: in qua facti specie duo illa beneficia nō poterāt Titio simul cōferri, sed alterū tantū illorū. Et quod ergo conferendū erit? Ecce vt dispositio Pontif. ex ordine depēdebat vnde beneficiū priori loco nominatū conferendum erit ex definitione pontificis; qua in re Pont. cū Iurecōsultis cōcordat. At verò *in c. Si quis iusto 4. de Elect. in 6.* agitur quādo duob. procuratorib. ad electionē in solidū cōstitutis pariter ambo cōcurrūt: etenim cū ambo in ea electiōe (iure. s. resistēte) nō possint simul ferre suffragiū vter eorū suffraga-

bitur? Ecce dispositio procuratoria, de qua in illo tex agitur, ab ordine pendet. Respondet proinde Bonifacius quando maior pars capituli non concordauerit in altero eligendo; illum ex duobus laturum esse suffragiũ, qui priori loco in scriptura procurationis nominatus fuit.

Ex præcitatis igitur iuribus liquido constat veritas nostræ primæ conclusionis, quæ pro regula haberi debet iuxta sententiam affirmantem.

2. Conclusio: regula in præcedente conclusione proposita intelligenda erit nisi de opposito ordine constet, aut ex iuris dispositione, aut ex disponentis voluntate. cui ius non resistat.

Hæc conclusio continet propositæ regulę necessariam limitationem, siue fallentiam; vt loquuntur iuris prudentes. Quæ tamen apertissime probatur ex *tex. celebri in l. Nec enim ordo ff. de solut. Nec enim ordo scripturæ* (ait Paulus) *spectator, sed potius ex iure sumitur id, quod agi videatur.*

Melior *tex. in l. Cum pater 79 fidei tuæ ff. de Legatis ibi.* Nam ordo scripturæ non impedit causam iuris, aut voluntatis: in quibus quidẽ iuribus dispositio proposita pendet ex ordine, & ex specie casus illius textus videre est: & tamen in illis præcipitur, vt dispositio iuris consideretur: quicquid sit de ordine, aut voluntate disponentis. Simi-

Similiter etiam iure non resistente definitur, vt voluntas disponentis spectetur, quidquid sit de Ordine literæ.

Quæ iurium explicatio apertius confirmatur ex textu in vtraque L. Si is, qui soluendo 55. & 57. A. de hæredibus instituendis, vbi si is, qui soluendo non est seruum cũ libertate hæredem instituerit, & ei substituerit liberũ hominem, non erit hæres seruus, quamuis priori loco instituto, sed liber homo, qui substituitur loco posteriori quamuis etiam constet hanc esse testatoris voluntatem expressam: ea præcisa ratione, qua ex dispositione legis Eliæ sentiæ qui soluendo non est, tunc potest seruum instituere cum ex eo testamẽto nullus alius instituitur hæres. Nam si alius instituatur, qui liber sit: iam videtur seruum ideò instituisse hæredem, vt creditoribus fraudem faceret, cui voluntati lex resistit.

Probatur etiam elegantissime eadem explicatio ex *L.* Si quis habens A. Qui, & à quibus, vbi dispositio textus in L. Qui soluendo 60. & in L. Si non Lex 83. A. de hæredib. instit. tunc locum habet, cum qui soluendo non est, duos seruos nominatos instituit, qui sunt æqualis pretij: tunc enim qui primo nominatus est, & liber, & hæres erit; secus verò si institutis posteriori loco nominatus reperitur: tunc vt via fraudibus contra creditores

occludatur iure ita disponente, non erit hæres,& liber seruus,qui primo nominatur loco, sed, qui 2. Quod etiam apertissimè probatur ex *L.2.§.* prius ff.de vulgari subst.ad finē, vbi ratione dispositionis iuris non seruatur ordo scripturæ. Vide sextum.

Ex his omnibus iam patet confirmatio, atque explicatio nostræ 2. Conclusionis.

3. Conclusio: Si dispositio vel à Legislatore, vel à particulari aliquo disponente, vel à materia subiecta posita nullam ab Ordine inter nominatos habet dependentiam: sed perstat illa,& in se optimè constat; siue hic, siue illic ordo seruetur; tunc ex Ordine literæ non potest validum in iure argumentum desumi.

Id mihi euidenter probat tex. ita intelligendus in dicta L. *Nec enim Ordo scripturæ spectatur, sed potius ex iure desumitur id, quod agi videtur*. Quæ verba non videntur aliàs intelligenda, quàm vbi dispositio proposita ex ordine inter nominatos nequaquam pendet.

Elegantius id mihi probat tex. in dicta L. Quidam 14. ff. de peculio Legato. Vbi cum Pamphilus seruus iubetur habere peculium suum, & liber esse, cùm testator morietur non proinde non habebit peculium, quod prius illi peculium quam libertas, legatum fuerit: quia nimirum ea dispositio testatoris

non

non pendet ab aliquo ordine literæ : ſiquidē & libertatem, & peculium poſt mortem teſtatoris habere poteſt ſeruus ille.

Ad eundem ſenſum intelligendus venit tex. in *L. ſi finita §. Si plures A.* de damno infecto, ibi: *Non ſpectabimus Ordinem*, quia nimirū propoſita diſpoſitio ab vllo ordine non dependet.

Probatur etiam elegantiſsimè propoſita concluſio ex ijs, quæ deducit Decius in cap. Auaritiæ de præbendis (quamuis in hac ſententia non perſiſtat) nam ſæpe contingit, vt qui alijs, & dignitate, & loco abſque vlla dubitatione præferuntur poſteriori loco nominentur.

Exemplum primi habet in cap. 2. de iudicijs, ibi. *Epiſcopi Abbates, & Archiepiſcopi.* Archiepiſcopi autem Epiſcopis & Abbatibus præcedunt.

In cap. vlt. de Officio de Legati in 6. ibi. *Non Epiſcopi vel eorum ſuperiores.* Rurſus in cap Poſtulaſti in principio, ibi; *Ad nos, & ad Archiepiſcopum noſtrum.*

In cap. vlt. Ne ſede vacante, ibi. *Procuratori Eccleſiæ, & Burgenſi Epiſcopo.* Et in cap. Pernicioſam. 18. *q.* 2. ibi: *Regulam S. Benedicti, Baſilij, & Auguſtini.* Addimus tex. in cap. Sancta Romana. 15 dict. & in cap. Glorioſus Deus de reliquijs, & vener. ſanctiſ. Qcod etiam in ſacris literis inuenimus. Adducimus loco multorum illud num.

12. Lo-

12. Loquuta est Maria, & Aaron contra Moysen.

Porrò exemplum 2. habemus in cap. Auaritiæ de præbendis, vbi nominantur canonici, quàm monachi: & tamen in cap. 20. de supplenda neglig. Prælat. prius nominantur monachi, quàm Canonici.

In sacris literis apud Matth. cap. 17. dicitur. *Ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias*; & tamen Luc. 9. habetur: *Et apparuit illis Elias cum Moyse.*

Rursus Mar. 30. in descriptione Apostolorum Iacobus ponitur 2. loco post Petrum, Ioannes autem scribitur 3. loco: in 4. verò Andreas: Matthæus autem loco 5. At tamen Mat. 10. Andreas ponitur 2. post Petrum, & Matthæus loco 8.

In præcitatis locis Petrus semper ponitur 1. loco: cum tamen Ioan. 1. ponatur prius Andreas: *Erat autem* (inquit) *Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ, & Petri.*

Denique Actor. 1. Apostoli longè alio Ordine describuntur, atque describuntur Marci 30.

Cum igitur tam in sacris, quàm in iure Canonico promiscue facta reperiatur hæc nominatio, ita vt qui nunc priori loco describitur, postea describatur posteriori, & qui dignior est iam prius, iam posterius nominetur: nihil mysterij latere videtur, in Ordine, quo aliqu

aliqui nominantur; si dispositio, materiaue subiecta Ordinem inter nominatos perse nó respiciat, & ab eo minimè pendeat, iuxta ea, quæ in 1. & 2. conclusione iam diximus.

Quare iuxta adhibitam distinctionem omnia iuris loca optimè concinent, interque se consentient, & explicatio propositæ superius difficultatis digna videbitur quæ admittatur. Nunc in argumenti solutionem accommodatè ingrediamur.

---

§. 2.

Diluitur iam argumentum 3 in 2. Cap. nobis obiectum.

ID verò efficiemus, si prius hoc aduertamus ex iuribus pro Minoris confirmatione citatis; illud solùm, quod ponitur in cap. Quorundam de Elect. in 6. contra nos aliquid facere: cum in eo Prædicatores prius nominentur, quam Eremitæ: at in alijs nulla fit mentio Eremitarum, aut Carmelitarum; sed Minorum duntaxat, vt in citatis locis videre est. Quare ad alia iura respondeant fratres Minores. Nos verò ad dictum cap. Quorundam facile respondemus ex doctrina pósita in 3. dictione paragraphi antecedentis. Nam quæ Summus Pontifex statuit in illo cap. ea nequaquam pendent ab aliquo ordine inter religiosos ibidem nominatos. Sed Pontificis dipositio

ſpoſitio optimè conſtat, ſiue Prædicatores primo loco nominati præcedant Eremitis: ſiue præcedãtur ab Eremitis, qui 3. loco nominantur: ſiue denique inter eos Ordines nulla præcedentia detur ſed promiſcuè ſedeant, vt in pluribus regionibus vſu venit, etenim ſtatuit Põtifex vt nullus religioſus Prædicatorũ, Minorũ, Eremitarũ, atque aliorum mendicãtium Ordinũ conſentire queat electioni in diſcordia factæ. Quæ prohibitio, ne minimã quidẽ dependentiã, aut connexionem habet cum præcedẽtia illorum Ordinũ, vt vel cæcus aſpiciet: nã ſiue Prædicatorib. præcedant Eremitæ; ſiue Eremitis Prædicatores: ſiue nulla inter eos ſit præcedentia: ſemper valida permanebit præcitata prohibitio de non præſtãdo aſſẽſu electioni, quæ facta fuerit in diſcordia. atque in hoc euentu, & id genus alijs diximus in tertia ſuperioris §. concluſione argumentum ab ordine literæ infirmum eſſe in iure, & energiæ nullius.

Qua eadem ſolutione fratres Minores poſſent elidere vim argumenti ex alijs iuribus contra nos citatis. Etenim eorum iurium diſpoſitio nequaquam pendet ab ordine, aut præcedentia inter Ordines illos.

At explicationem ſuperioris difficultatis eam, quam §. præcedente probauimus. nouã eſſe, nullique Doctorũ hactenus cognitã aduerſarij dictitabunt. Verũ quia noua, nũquid

ideò

ideo falsa? Equidem hoc libenter do si proposita, & à me excogitata resolutio, iurium inter se pugnantium consona, & certa conciliatione non nititur, explodatur: sin verò nititur, & si veterum Doctorum applausu careat, admittatur. Nec enim quod est ex multitudine multorum, sæpe melius, & æquius iudicatur iuxta tex. in L. 1. vers. sed neque C. de veteri iure enucleando.

Sed esto explodatur explicatio nostra, aduersarios ipsos perconctor in præcitata iuris difficultate satis confusè à doctoribus agitata ecquam sententiam probent. Nec enim tam parùm erũt in iure versati, vt dicant argumétum ab ordine literæ vniuersim, atque in omni euentu, materiaque esse firmum. Nam si dicent, apertissimè contradicent iuribus pro negante parte citatis, ac præcipuè verbis tex. in L. Nec enim Ordo ff. de solut. & in L. Cum pater §. fidei tuæ. ff. de Leg. 2. Quorum verba supra citauimus. Quib. iuribus Doctores cóuicti cómuniter docent adhibendam esse aliquam distinctionem: ita vt regula illa non sit in vniuersum vera.

Ex varijs igitur declarandi, & opinãdi modis, ecquem illi modum verum esse volunt? optionem idcirco offerimus, quia iuxta quéuis explicandi modum argumenti imbecillitatem sub eorum oculos subijciemus, imò verò in eos non leui brachio retorquebimus.

Nun-

Nunquid nam Glossæ opinionem probabunt ad verb. Non conuertere in *L.2.* §.priu A.de vulg.subsistit. Ordinem inquam literæ non esse curandum nisi in solis illis iuribus, quæ in ea citantur? At hæc glossæ opinatio tāquam mera deliratio reijcitur à Bart.ibidem & à reliquis omnibus. Quin etiam cum in eadem Glossa non adducatur tex.in dicto cap. Quorundam de electione in 6. Vtique ex sententia glossæ argumentum ab ordine literæ, quæ ab eodem textu petitur est infirmissimum atque ita demum argumentum illud pro nobis glossa dissoluit.

At à glossæ asylo exclusi Abbatis antiqui distinctionem probabunt in cap. Auaritiæ de præbendis. Quam communis probat ex decio ibidem *n.*1.& 4.vt in actu, inquam, laudabili qui priori loco nominantur, hi tanquam digniores præcedant: Secus verò in actu vituperabili? Sed quid probent, vt probè videamice moneo: nam pro nobis contra seipsos pugnant. Verum enim verò, actus in dicto ca. Quorundam appositus, vituperabilis est, non laudabilis, vt patet ex principio tex.ibi: *Quorum oculos sic vitium ambitionis excæcat, quod quasi suæ professionis immemores &c.* Et rursus ibi: *Volentes igitur huic pesti salubri remedio obuiare præsenti constitutione sancimus vt nulli religioso Prædicatorum, Minorum, Eremitarum S. Augustini &c.* Et ad finem ibi. *Nos quidquid*

contra

contra præmissa, vel eorum aliquod à quoquam cõtigerit attentari omnino decernimus irritum & inane. Nunquid materia illthæc laudabilis ab aduersarijs iudicabitur? sicut per inaduertentiam est à Decio iudicata in dicto cap. Auaritiæ *n*. 4. Porrò si in vituperium, & dedecus nominatorum (cedit autem apertissimè) profecto cum Prædicatores loco priori nominentur, posterius sunt in præcedentia collocandi, iuxta doctrinam communem abbatis antiqui reciditque in collimantem sagitta.

Itaque, vt video, nullus est iam confugij locus, nisi communis Bart. distinctio superius explicata; quæ est communi calculo doctorũ approbata. Docet hæc Bart. distinct. in dubio quidẽ, hoc est, quãdo nec ex iure, nec ex disponentis voluntate constat oppositum Ordinem esse seruandum, Ordinem scripturæ debere seruari. Annuimus & nos, sententiamque amplectimur toto cõplexu: nã consonant verba tex. in dicta. L. *Nec enim Ordo scripturæ, sed potius ex iure sumitur id, quod agi videtur ff.* de solut. verba etiã tex. in L. 2. §. prius *ff*. de vulgari, ibi, *nam Ordo scripturæ non impedit causam iuris, nec voluntatis*. At verò iure manifesto constat ordinem Eremitarũ, siue illius institutionem, siue Apost: approbationem spectes, multis non annis solùm, sed seculis Ordini Prædicatorũ præcedere: id quod iam ostendimus *li*. 5. 6. & 7: tũ ex definitione Conc. Lug-

dunensis in cap. vnico de relig. domibus in 6. ibi: *Quorum institutio præfatum generale Concilium præcessit*; tum ex cap. Insinuante qui clerici, vel vouentes; tum denique ex immemoriali possessione Ordinis approbati ante Cõcilium Lateranse. Cum igitur ex iure deducatur quàm sit prior approbatio Ordinis Eremitarum approbatione Ordinis Prædicatorum: profectò non ex ordine literæ posito in dicto cap. Quorundam de Election in 6. sed ex iure iam citato desumi debet id quod de præcedentijs inter hos duos Ordines sit definiendum, iuxta præcitata verba tex in L. Nec enim ordo ita vt ordo scripturæ positus in dicto ca. Quorundam impedire nó debeat, imò non posit causam iuris Eremitan iuxta allegata verba *d. L.* 2. §. Prius *ff. de vulg.*

Et quidem merito: nam cum illa regula, d qua Bart. & cõmunis in præsumptione fundatur vel affectionis, vel intentionis disponẽtis vt omnes fatentur: ea profectò præsumptio omnino cessare debebit quãdo de veritate ex iuris dispositione, vel legitima probatione cõstabit iuxta vulgatum iuris axioma: Non esse præsumptioni locũ quãdo de veritate cõstat

Ex his tam copiosè explicatis, iam liquido patet argumentum desumptum ex d. ca. Quorundam de electione in 6. vel contr a aduersarios esse: vel certè nullum contra Eremitarum causam pondus habere. Ad eorũ quæ sunt adhuc super argumentorũ solutionẽ accedamus

Cap. V.

Diluuntur 4. & 5. in cap. 2. nobis opposita.

ORdinem Prædicatorium præcedere Eremitano in Capella Domini Papæ, atque adeò in generalibus Conc. Romæ deniq; nos negare minimè possumus : negamus tamē id, quod in minore propositione assumitur: hanc inquam in illis locis præcedētiam fuisse Dominicanis iuxta iuris communis regulas, hoc ex prioris ordinis approbatione concessā. Quod esse factum, fierique videmus admittimus: quod id tamen antiquioris approbationis iure factum fuerit; penitus inficiamur. Quin potius contigisse asserimus vel capellæ sanctissimi Papę statuto aliquo peculiari, id vt ordinis inibi seruaretur ob particulares aliquas rationes decernente, quemadmodū quāplurimis in Academijs decretum esse videmus, vt priorem locum obtineret ordo, qui ad Romanam Capellam prius tempore deuenisset, vel (quod est magis probabile) quoniam ex libro magistri cæremoniarum placito Prædicatores priorem nacti sunt locum. Id quod aliquibus Ordinibus ex institutione & Apostolica approbatione recentioribus aliquando contigit: qui pro arbitrio, voluntateque præcitati magistri ante alios longè antiquiores ordines adepti sunt locum.

bitur? Ecce dispositio procuratoria, de qua in illo tex. agitur, ab ordine pendet. Respondet proinde Bonifacius quando maior pars capituli non concordauerit in altero eligendo; illum ex duobus laturum esse suffragiũ, qui priori loco in scriptura procurationis nominatus fuit.

Ex præcitatis igitur iuribus liquido constat veritas nostræ primæ conclusionis, quæ pro regula haberi debet iuxta sententiam affirmantem.

2. Conclusio: regula in præcedente conclusione proposita intelligenda erit nisi de opposito ordine constet, aut ex iuris dispositione, aut ex disponentis voluntate. cui ius non resistat.

Hæc conclusio continet propositæ regulę necessariam limitationem, siue fallentiam; vt loquuntur iuris prudentes. Quæ tamen apertissime probatur ex *tex. celebri in l. Nec enim ordo A. de solut. Nec enim ordo scripturæ* (ait Paulus) *spectatur, sed potius ex iure sumitur id, quod agi videatur.*

Melior *tex. in l. Cum pater 79. fidei tuæ A. de Legatis ibi.* Nam ordo scripturæ non impedit causam iuris, aut voluntatis; in quibus quidẽ iuribus dispositio proposita pendet ex ordine, & ex specie casus illius textus videre est: & tamen in illis præcipitur, vt dispositio iuris consideretur: quicquid sit de ordine, aut voluntate disponentis.

Simi-

Similiter etiam iure non resistente definitur, vt voluntas disponentis spectetur, quidquid sit de Ordine literæ.

Quæ iurium explicatio apertius confirmatur ex textu in vtraque L. Si is, qui soluendo 55. & 57. A. de hæredibus instituendjs, vbi si is, qui soluendo non est seruum cũ libertate hæredem instituerit, & ei substituerit liberũ hominem, non erit hæres seruus, quamuis priori loco instituto, sed liber homo, qui substituitur loco posteriori quamuis etiam constet hanc esse testatoris voluntatem expressam: ea præcisa ratione, qua ex dispositione legis Eliæ sentiæ qui soluendo non est, tunc potest seruum instituere cum ex eo testamẽto nullus alius instituitur hæres. Nam si alius instituatur, qui liber sit: iam videtur seruum ideò instituisse hæredem, vt creditoribus fraudem faceret, cui voluntati lex resistit.

Probatur etiam elegantissime eadem explicatio ex L. Si quis habens A. Qui, & à quibus, vbi dispositio textus in L. Qui soluendo 60. & in L. Si non Lex 83. A. de hæredib. instit. tunc locum habet, cum qui soluendo non est, duos seruos nominatos instituit, qui sunt æqualis pretij: tunc enim qui primo nominatus est, & liber, & hæres erit; secus verò si institutis posteriori loco nominatus reperitur: tunc vt via fraudibus contra creditores

occludatur iure ita disponente, non erit hæres, & liber seruus, qui primo nominatur loco, sed, qui 2. Quod etiam apertissimè probatur ex *L. 2. §.* prius ff. de vulgari subst. ad finē, vbi ratione dispositionis iuris non seruatur ordo scripturæ. Vide sextum.

Ex his omnibus iam patet confirmatio, atque explicatio nostræ 2. Conclusionis.

3. Conclusio; Si dispositio vel à Legislatore, vel à particulari aliquo disponente, vel à materia subiecta posita nullam ab Ordine inter nominatos habet dependentiam: sed perstat illa, & in se optimè constat; siue hic, siue illic ordo seruetur; tunc ex Ordine literæ non potest validum in iure argumentum desumi.

Id mihi euidenter probat tex. ita intelligendus in dicta L. *Nec enim Ordo scripturæ spectatur, sed potius ex iure desumitur id, quod agi videtur.* Quæ verba non videntur aliàs intelligenda, quàm vbi dispositio proposita ex ordine inter nominatos nequaquam pendet.

Elegantius id mihi probat tex. in dicta L. Quidam 14. ff. de peculio Legato. Vbi cum Pamphilus seruus iubetur habere peculium suum, & liber esse, cùm testator morietur non proinde non habebit peculium, quod prius illi peculium quam libertas, legatum fuerit: quia nimirum ea dispositio testatoris

non

non pendet ab aliquo ordine literæ : ſiquidẽ & libertatem, & peculium poſt mortem teſtatoris habere poteſt ſeruus ille.

Ad eundem ſenſum intelligendus venit tex. in *L.* ſi finita §. Si plures A de damno infecto, ibi: *Non ſpectabimus Ordinem*, quia nimirũ propoſita diſpoſitio ab vllo ordine non dependet.

Probatur etiam elegantiſsimè propoſita concluſio ex ijs, quæ deducit Decius in cap. Auaritiæ de præbendis (quamuis in hac ſententia non perſiſtat) nam ſæpe contingit, vt qui alijs, & dignitate, & loco abſque vlla dubitatione præferuntur poſteriori loco nominentur.

Exemplum primi habet in cap. 2. de iudicijs, ibi. *Epiſcopi Abbates, & Archiepiſcopi.* Archiepiſcopi autem Epiſcopis & Abbatibus præcedunt.

In cap. vlt. de Officio de Legati in 6. ibi. *Non Epiſcopi vel eorum ſuperiores.* Rurſus in cap Poſtulaſti in principio, ibi; *Ad nos, & ad Archiepiſcopum noſtrum.*

In cap. vlt. Ne ſede vacante, ibi. *Procuratori Eccleſiæ, & Burgenſi Epiſcopo.* Et in cap. Perniciosam. 18. q. 2. ibi: *Regulam S. Benedicti, Baſilij, & Auguſtini.* Addimus tex. in cap. Sancta Romana. is dict. & in cap. Glorioſus Deus de reliquijs, & vener. ſanctiſ. Qcod etiam in ſacris literis inuenimus. Adducimus loco multorum illud num.

12. Lo-

12. Loquuta est Maria, & Aaron contra Moysen.

Porrò exemplum 2. habemus in cap. Auaritiæ de præbendis, vbi nominantur canonici, quàm monachi: & tamen in cap. 20. de supplenda neglig. Prælat. prius nominantur monachi, quàm Canonici.

In sacris literis apud Matth. cap. 17. dicitur. *Ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias*; & tamen Luc. 9. habetur: *Et apparuit illis Elias cum Moyse.*

Rursus Mar. 30. in descriptione Apostolorum Iacobus ponitur 2. loco post Petrum, Ioannes autem scribitur 3. loco: in 4. verò Andreas: Matthæus autem loco 5. At tamen Mat. 10. Andreas ponitur 2. post Petrum, & Matthæus loco 8.

In præcitatis locis Petrus semper ponitur 1. loco: cum tamen Ioan. 1. ponatur prius Andreas: *Erat autem* (inquit) *Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ, & Petri.*

Denique Actor. 1. Apostoli longè alio Ordine describuntur, atque describuntur Marci 30.

Cum igitur tam in sacris, quàm in iure Canonico promiscue facta reperiatur hæc nominatio, ita vt qui nunc priori loco describitur, postea describatur posteriori, & qui dignior est iam prius, iam posterius nominetur: nihil mysterij latere videtur, in Ordine, quo aliqu

aliqui nominantur; si dispositio, materiaue subiecta Ordinem inter nominatos per se nó respiciat, & ab eo minimè pendeat, iuxta ea, quæ in 1. & 2. conclusione iam diximus.

Quare iuxta adhibitam distinctionem omnia iuris loca optimè concinent, interque se consentient, & explicatio propositæ superius difficultatis digna videbitur quæ admittatur. Nunc in argumenti solutionem accommodatè ingrediamur.

---

§. 2.

Diluitur iam argumentum 3 in 2. Cap. nobis obiectum.

ID verò efficiemus, si prius hoc aduertamus ex iuribus pro Minoris confirmatione citatis; illud solùm, quod ponitur in cap. Quorundam de Elect. in 6. contra nos aliquid facere: cum in eo Prædicatores prius nominentur, quam Eremitæ: at in alijs nulla fit mentio Eremitarum, aut Carmelitarum; sed Minorum duntaxat, vt in citatis locis videre est. Quare ad alia iura respondeant fratres Minores. Nos verò ad dictum cap. Quorundam facile respondemus ex doctrina posita in 3. dictione paragraphi antecedentis. Nam quæ Summus Pontifex statuit in illo cap. ea nequaquam pendent ab aliquo ordine inter religiosos ibidem nominatos. Sed Pontificis di-

ſpoſitio optimè conſtat, ſiue Prædicatores primo loco nominati præcedant Eremitis: ſiue præcedãtur ab Eremitis, qui 3. loco nominantur: ſiue denique inter eos Ordines nulla præcedentia detur ſed promiſcuè ſedeant, vt in pluribus regionibus vſu venit, etenim ſtatuit Pōtifex vt nullus religioſus Prædicatorũ, Minorũ, Eremitarũ, atque aliorum mendicãtium Ordinũ conſentire queat electioni in diſcordia factæ. Quæ prohibitio, ne minimã quidẽ dependentiã, aut connexionem habet cum præcedẽtia illorum Ordinũ, vt vel cæcus aſpiciet: nã ſiue Prædicatorib. præcedant Eremitæ; ſiue Eremitis Prædicatores: ſiue nulla inter eos ſit præcedentia: ſemper valida permanebit præcitata prohibitio de non præſtãdo aſſẽſu electioni, quæ facta fuerit in diſcordia. atque in hoc euentu, & id genus alijs diximus in tertia ſuperioris §. concluſione argumentum ab ordine literæ infirmum eſſe in iure, & energiæ nullius.

Qua eadem ſolutione fratres Minores poſſent elidere vim argumenti ex alijs iuribus contra nos citatis. Etenim eorum iurium diſpoſitio nequaquam pendet ab ordine, aut præcedentia inter Ordines illos.

At explicationem ſuperioris difficultatis eam, quam §. præcedente probauimus. nouã eſſe, nullique Doctorũ hactenus cognitã aduerſarij dictitabunt. Verũ quia noua, nũquid

ideò

ideo falsa? Equidem hoc libenter do si proposita, & à me excogitata resolutio, iurium inter se pugnantium consona, & certa conciliatione non nititur, explodatur: sin verò nititur, & si veterum Doctorum applausu careat, admittatur. Nec enim quod est ex multitudine multorum, sæpe melius, & æquius iudicatur iuxta tex. in L. 1. vers. sed neque C. de veteri iure enucleando.

Sed esto explodatur explicatio nostra, aduersarios ipsos perconctor in præcitata iuris difficultate satis confusè à doctoribus agitata ecquam sententiam probent. Nec enim tam parùm erũt in iure versati, vt dicant argumẽtum ab ordine literæ vniuersim, atque in omni euentu, materiaque esse firmum. Nam si dicent, apertissimè contradicent iuribus pro negante parte citatis, ac præcipuè verbis tex. in L. Nec enim Ordo ff. de solut. & in L. Cum patet §. fidei tuæ. ff. de Leg. 2. Quorum verba supra citauimus. Quib. iuribus Doctores cõuicti cõmuniter docent adhibendam esse aliquam distinctionem: ita vt regula illa non sit in vniuersum vera.

Ex varijs igitur declarandi, & opinãdi modis, ecquem illi modum verum esse volunt? optionem idcirco offerimus, quia iuxta quẽuis explicandi modum argumenti imbecillitatem sub eorum oculos subijciemus, imò verò in eos non leui brachio retorquebimus.

Nun-

Nunquid nam Glossæ opinionem probabunt ad verb. Non conuertere in *L. 2. §. prius* A. de vulg. subsistit. Ordinem inquam literæ non esse curandum nisi in solis illis iuribus, quæ in ea citantur? At hæc glossæ opinatio tāquam mera deliratio reijcitur à Bart. ibidem & à reliquis omnibus. Quin etiam cum in eadem Glossa non adducatur tex. in dicto cap. Quorundam de electione in 6. Vtique ex sententia glossæ argumentum ab ordine literæ, quæ ab eodem textu petitur est infirmissimum atque ita idemum argumentum illud pro nobis glossa dissoluit.

At à glossæ asylo exclusi Abbatis antiqui distinctionem probabunt in cap. Auaritiæ de præbendis. Quam communis probat ex decio ibidem *n.* 1. & 4. vt in actu, inquam, laudabili qui priori loco nominantur, hi tanquam digniores præcedant: Secus verò in actu vituperabili? Sed quid probent, vt probè videamice moneo: nam pro nobis contra seipsos pugnant. Verum enim verò, actus in dicto ca. Quorundam appositus, vituperabilis est, non laudabilis, vt patet ex principio tex. ibi: *Quorum oculos sic vitium ambitionis excæcat, quod quasi suæ professionis immemores &c.* Et rursus ibi: *Volentes igitur huic pesti salubri remedio obuiare præsenti constitutione sancimus vt nulli religioso Prædicatorum, Minorum. Eremitarum S. Augustini &c.* Et ad finem ibi. *Nos quidquid*

contra

contra præmissa, vel eorum aliquod à quoquam cõtigerit attentari omnino decernimus irritum & inane. Nunquid materia illthæc laudabilis ab aduersarijs iudicabitur? sicut per inaduertentiam est à Decio iudicata in dicto cap. Auaritiæ *n*.4. Porrò si in vituperium, & dedecus nominatorum (cedit autem apertissimè) profectò cum Prædicatores loco priori nominentur, posterius sunt in præcedentia collocandi, iuxta doctrinam communem abbatis antiqui reciditque in collimantem sagittã.

Itaque, vt video; nullus est iam confugij locus, nisi communis Bart. distinctio superius explicata; quæ est communi calculo doctorũ approbata. Docet hæc Bart. distinct: in dubio quidẽ, hoc est, quãdo nec ex iure, nec ex disponentis voluntate constat oppositum Ordinem esse seruandum, Ordinem scripturæ debere seruari. Annuimus & nos, sententiamque amplectimur toto cõplexu: nã consonant verba tex. in dicta. L. *Nec enim Ordo scripturæ, sed potius ex iure sumitur id, quod agi videtur* ff. de solut. verba etiã tex. in L. 2. §. prius ff. de vulgari, ibi, *nam Ordo scripturæ non impedit causam iuris, nec voluntatis*. At verò iure manifesto constat ordinem Eremitarũ, siue illius institutionem, siue Apost: approbationem spectes, multis non annis solùm, sed seculis Ordini Prædicatorũ præcedere: id quod iam ostendimus *li*. 5. 6. & 7. tũ ex definitione Conc. Lug-

Cap. V.

Diluuntur 4. & 5. in cap. 2. nobis opposita.

ORdinem Prædicatorium præcedere Eremitano in Capella Domini Papæ, atque adeò in generalibus Conc. Romæ deniq; nos negare minimè possumus : negamus tamẽ id, quod in minore propositione assumitur: hanc inquam in illis locis præcedẽtiam fuisse Dominicanis iuxta iuris communis regulas, hoc ex priori ordinis approbatione concessá. Quod esse factum, fierique videmus admittimus: quod id tamen antiquioris approbationis iure factum fuerit; penitus inficiamur. Quin potius contigisse asserimus vel capellæ sanctissimi Papę statuto aliquo peculiari, id vt ordinis inibi seruaretur ob particulares aliquas rationes decernente, quemadmodũ quãplurimis in Academijs decretum esse videmus, vt priorem locum obtineret ordo, qui ad Romanam Capellam prius tempore deuenisset, vel (quod est magis probabile) quoniam ex libro magistri cæremoniarum placito Prædicatores priorem nacti sunt locum: Id quod aliquibus Ordinibus ex institutione & Apostolica approbatione recentioribus aliquando contigit: qui pro arbitrio, voluntateque præcitati magistri ante alios longè antiquiores ordines adepti sunt locum.

Vel denique quia Eremitæ ab Eremis propè *inuiti abducti pro candore*, & simplicitate sua nihil de præcedentijs fuère solliciti: nam cum Prædicatorios fratres in sanctissimi Domini Papæ Capella iam inuenissent loco: ab illis; imo etiam à Minoribus (quos similiter iã ibidẽ repererant) proximo contenti fuerunt; id quod ego probabilissimũ sentio, magisque consentiens cum veterum illorũ Eremitarum submissione. Etenim sanctissimus Dominicus ab ipso statim ex ortu religionis suæ nõ in locis Eremis, & ab hominũ cultu desertis, sed in medijs vrbibus sedem constituit, vt in illis sacrum declamandi munus, à quo Prædicatoris Ordinis nomen acceperat, fructuosius obiret. Ne vero nomen videri cuiquã posset inane, B. Dominicus ex cõcessu eiusdẽ Honorij III. qui ordinẽ confirmarat, donatus est munere docendi sacras literas in palatio Apost. quas ille ibidem multos annos docuit adhibitis doctissimis annotationib. *ad epist. B. Pauli, & Apocal. Ioan.* Atque inde venisse usu putant quàmplurimi vt sacri palatij magistri in B. Dominici honorem ac memoriã ex Dominicano ordine semper assumãtur. Ergo sanctissimus Dominicus inde vsque à prima sui ordinis institutione, & Romæ monasteria habuit, & in Capella Pontif. illustrẽ Magistri sacri palatij sortitus est locũ. Cũ suo dominico adepti sunt suum in eadẽ capella locũ FF. Dominicani antequã vel fratres Minores (qui

tamen si Apost.approbationem spectes, sunt antiquiores) ob suam humilitatem; vel Eremitæ ob solitudinis amorem ad Domini Papæ capellam locum inibi proprium habituri accederent. Nã illa B. Dominici tempestate Eremitæ S. Aug. retẽta adhuc in Italia primęua suæ instaurationis origine, eremos, *ac deuias Italiæ solitudines incolebant*: nec nisi Innoc. IV. & Alex. IV. Summ. Pont. Apost. Imp. cõpulsi ab eremis sunt ad vrbes vbique terrarũ translati. Quo ex tẽpore in media populorũ frequẽtia cœperunt ædificare monasteria, hominũque cõsuetudini assuescere: benè magna eorum parte in locis desertis Sũmi Pontif indulgentia adhuc reliqua: trãslati aũt ad vrbes candidã simplicitatẽ, simplicẽque candorem, quẽ in eremis cõbiberant, retinuẽre diutius iuxta illud Horat. *Quo semel est imbuta recens seruabit odorem testa diu*: *penitus inscij*, vbinam esset ea, quæ *ingentem foribus domus alta superbis*: *mane salutantum totis vomit ædibus vndam*. Vnde effectum est, vt tum in Capella domini Papæ tũ in vrbe eo fuerint loco contenti, quẽ sors obiecerit, obiecit autem non eundẽ vbiq; locum: siquidem in capella præcedunt Carmelitis, in vrbe autem ab illis præceduntur, si verum est, quòd à viris fide dignissimis narratione accepi.

Quod nõ paruo est argumento ordinem sedẽdi in Capella domini Papæ, nõ esse ceu mo-

tum primi mobilis primam regulam consedẽdi, quæ vbique terrarum seruari debeat, cum ea Romæ, & compluribus alijs in locis, atque regnis diuersus omnino seruetur ordo, seruatusque fuerit à tempore immemoriali. Quin potius non idem in omnibus mundi prouincijs inter eosdem ordines seruatur ordo sedendi: sed admodum varius, vt qui in hac prouincia alijs loco præcedunt, aliquando in alia ab ijsdem præcedantur. Cuius varietatis primam causam superiori loco attigimus in ca. vlt. Et tamen quidem argum. sat verborum in sui dilutionem absumpsit.

5. Argum. quod aduersarij putant prorsus inexpugnabile, hanc facilẽ expugnationẽ habet, quod cõstitutio illa S. Pij V. reuocata fuit per Greg. XIII. in sua Constit. 31. quæ incipit *Exposcit pastoralis &c.* id quod cordate aduertit Petr. Matt. in suis annotat. marginal. ad eãdem Pij V. Constitut. Etenim Greg. XIII. expresse statuit, *vt illi* Ordines aliis præcedant, qui in quasi possessione iuris præcedendi fuerint: vbi aũt nulla fuerit præcedẽdi possessio, illi præcedant qui antiquiorẽ habuerint in eo oppido sui monasterij fundationem. Quo statuto apertissimè reuocatur dispositio Pij V. qua decernitur, vt Prædic. cæteris omnib. mẽdicantib. vbique terrarũ præcedant, nõ obstãte antiquiore vel Ord. vel monast. fundatione possessioneq; etiam immemoriali præcedẽdi. Vnde mirũ est quod aduersarij non videant

expreſsā Conſtit.[s] Pij V. factā à Greg. XIII. reuocationē. Qua tamen reuocatione nihil de SS. Pontif. Pij V. honore, & integritate detractū iri cenſendū eſt; ſicut nihil quidquam de hiſce omnib. laudib. eſt detractū quando idē Greg. XIII. affirmat eundem Pium V. conquerentē interdū ſe audiuiſſe multorum precibus multa aliter, alioque ſenſu à ſe prolata fuiſſe, quā literis expreſſa eſſent. Cum tamen cōmunis inter iuriſprudētes; Theologoſq; ſētentia principem ſiue ille ſecularis ſit, ſiue Eccleſiaſticus, nō poſſe etiā de plenitudine poteſtatis ſine legitima, illaque nō particulari ſed cōmuni totius Reip. cauſa vrgentiſsima ius alicui quæſitū adimere. Ita Bart. *in proœmio. ff.* & *in L. finali.* C. Si contra ius, vel vtilitatem publicam. Vbi etiā *Gloſſ.* Albert. Iaſon. Fulgoſius, & alij. Idē Bart. vbi *Gloſſ.* & alij in *L.* venia C. de in ius vocando. Bart. in *L. 1. ff. de quadrig. præſcript.* Alexand. in rubrica *ff.* Si certū petatur, *in conſil. 93. & 136. 4. p.* Paulus de Caſtro *conſ. 105.* Sucinus *conſil. 164. 1. p.* Zazius *conſil. 10. n. 7. vol. 2.* Oldradus *conſ. 223.* Bald. *in L.* ſi teſtamentum C. de teſtamentis, Angelus in *L.* ſi conſtat *ff.* de appellationibus. Ex Canoniſtis Innoc. in ca. Quia plerique de *immunit. Eccl.* Card. *conſil. 147.* Panor. *in cap.* venerabilem *n. 19. de Elect.* Latè Felinus *in ca.* Quæ in *Eccleſ. à n. 26. de Cōſtitutionib.* Bern. Diaz. *regula* 209. & 162. Latè id probāt inuectiuæ in oppoſitam ſententiam.

doctissimus Pinelus in rubr. C. de rescindenda venit. 1. *p.n.* 20. Couarruuias 3. *variar. cap.* 1. *n.* 6 & 8. vbi docet oppositum sapere tyrãnidem. Latissimè Salcedo in annotationibus ad regulas Bernardi diaz. *Reg.* 109. *Alciatus cons.* 298. n. 8. qui omnes innumeros alios referunt eiusdem opinionis assertores.

Quin eadem opinio fuit D. Thom. *lib.* 3. de regimine principum *ca.* 11. vbi multis ex sacra scriptura adductis testimonijs, docet Principem non posse subditos priuare rebus suis, nisi aut ratione delicti, aut ratione boni communis: in cæteris verò cunctis teneri ad seruandas regulas iustitiæ. Vnde quare *L.* 12. *ar.* 26 ad 1. ait res subditorum nõ ita esse principis, vt eas possit vel sibi retinere, vel alij dare. Qua de re videndus est omnino Sotus *lib.* 4. de iustitia & iure *q.* 4. *art.* 1. *Concl.* 1. Quo in loco asserit opinionem oppositam esse prorsus inopinabilem. Videndi etiam sunt omnes Theologi, qui summo animorum, & sententiarum consensu docent summum Pontificẽ non habere dominium rerum Ecclesiæ: de quo argumento rectè disputat Turrecrem. *li.* 2. summæ de Ecclesia *cap.* 113.

Eandem sententiam esse verissimam etiãsi dominium sit iure ciuili, hoc est præscriptione, aut sententia acquisitum, latè probat Pinelus, & Salcedo & Couar. qui innumeros alios referunt Doctores, & multis id iuribus, rationibusque confirmant.

Eandem denique communem sententiam à verò stare putant Salcedo, & alij, atque Sotus loco citato, etiamsi princeps in literis apponat omnes solitas clausulas, & vires omnes exerat suæ plenissimæ potestatis. Quod probari posset pluribus ex vtroque iure, ex humano dico, & diuino, adductis rationibus: nisi ab hoc labore ratio ipsa naturalis, quæ id suadet, & quam notissima est, nos eximeret.

Si qui verò oppositam defendunt (qui tamen sunt pauci) nihilominus ij omnes asserunt Principem hac plenissima potestate vti sine peccato non posse, nisi publica, eaque grauissima reipublicæ vtilitas id exposcat, & vehementer efflagitet. Videre licet Felinum, Couar. Salced. D. Thom. & Sotum, aliosque ex tex. quem principalem appellant in L. Si verberatum ff. de rei vendic. & in cap. In nostris extr. de iniurijs.

Hic autem ego Lectorem appello iudicē, dum ex Dominicanis Fratribus tantisper suscitetur; quid cum publica Ecclesiæ vtilitate, bonoque Ecclesiasticæ reipublicæ communi commune habeat prædicatorium ordinem debere præcedere cæteris ordinibus mendicantibus? Nunquid præcedi illum à cæteris scandala vnquam aliqua in Ecclesia excitauit? Id quidem tam excitauit? Id quidem tam excitauit semper nulla; quam excitauit

& multa, & grauia in hoc Lusitaniæ regno velle illum præcedere Eremitis. Amab nt antea se inter se omnes familiæ religiosæ; obsequebantur inuicem charitatis vinculo inuicem collegiatæ pace aurea fruebantur. In publicis pompis seculares ipsi comitatum suum omnes beneuole, pacateque deferebāt: omnes vno ore laudare: ac bona dicere quod tales ordines in suo regno haberent. At postquam hic pręcedēdi affectus nescio quorum hominum (certè quidem non senum, nec religionis vsu probatorum, vt gratissimos quosque, & literalissimos ex ipsis aduersarijs Fratribus narrantes sæpe audiui) mentes incessit; illico susque deque, omnia verti in templis, in foris, in vrbe, in agro dici, fierique tam multa, vt ne sim apud exteras nationes proprij dedecoris buccinator, silentio cogar cuncta supprimere. Quas ob causas id in animum induco sanctissimum Pontificem non eius fuisse mentis: sed isthæc literis illis expressa fuisse longa ab illius mente diuersa, quemadmodum summum Pontificem dolenter aliquando dixisse testis est Gregorius 13. non multo ante citatus.

Respondebit tamen fortasse quispiam Competitorum beneuolus, & amicus defensor, publicam esse causam, & vtilitatē cōmunem vtriusque reip. Ecclesiasticæ inquā, & sæcularis, si lites inter ordines de præcedē-

tijs

tijs excitatæ, peneque immortales cōtrouersiæ extinguantur: Nam ex illis populus publicè offenditur: inter ipsos autem Ordines intestina odia excitantur.

Nos verò esse publicam vtriusque reipub. causam hāc negamus, satisque momēti nō habere illam putamus, vt id attendens Pontifex summus ex plenissima potestate sua compescat excitatas lites, penitusque sepeliat. Sed hoc tamen addimus: minimè esse ex vtilitatate reip. cōmuni, ac publica, vt lites de præcedentijs sic dissoluantur, vt ius non solùm ex immemoriali possessione: sed ex certissimis iustitiæ legibus à cæteris ordinib. mendicantib. acquisitū ab illis tollatur, & Fratribus Prędicat. de plenitudine potestatis addicatur. Sepeliātur lites: Scādalorum seges omnis auellatur: non perfringātur tamē naturalis, diuini, ac humani iuris repagula: nā cōseruatis, ac illæsis illis easdē lites omnes sapiētissimè, iustissimeq; extinxit felicis recordationis Greg. XIII. in prędcitata Constit. XIII. dū decreuit vt præcedāt cæteris, qui sunt in quasi possessione iuris præcedēdi: vbi tamen nulla fuerit præcedēdi possessio, præcedētia nō ex antiquiori aut institutione, aut Apostolica approbatione deferatur alicui: sed ex antiquiori in singulis quibusq; locis monasteriorum ædificatione. Qua ille quidem constitutione sanctissima & prudentissima ita

cui-

cuique ſuam ex ordinis antiquitate, & Apoſtolica approbatione partam venerationem conſeruet. Etenim ſinguli ordines religione magna tacti pro hac tuenda dignitate certãt, pro hoc honore conſeruando contendunt: pro hoc familiæ (quod non eſt ſane exiguũ,) retinendo ornamento pugnant. Hoc ſi conſeruetur, de præcedentijs nihil erunt ſoliciti: Iam ſinguli acquieſcent: iam nihil in poſterum de præcedentia digladiabuntur.

Reſpondebunt tamen aduerſarij abrogatam quidem eſſe Gregoriana conſtitutione conſtitutionem Pij V. at non eſſe reſciſſum proprium eiuſdem Pij V. teſtimonium, quo diſertis verbis aſſerit Prædicatorium ordinem priuſquam cæteros mendicantium ordines à ſede Apoſtolica approbatum, & confirmatum fuiſſe; ita enim ait: *Nos qui de antiquitate, & praeminentia cuiuslibet ordinis Fratrum mendicantium plenam, & indubitatam notitiam habuimus, & habemus &c.* Iam verò iuxta vulgata iuris principia, quæ, *lib.5.* alijſque locis retulimus, aſſertioni principis plena fides debetur.

Agnoſcimus, & intelligimus argumenti vim: cæterum ex ijſdem iuris regulis nemini non receptis habemus, tum Principis aſſertioni, ac teſtimonio plene eſſe credendum, cum ſuapte illud ex mente profert, non ex aliorum relatione, vt multis citatis iuribus, & docto-

doctorib. docet Mascardus de Probationib. ad verbum. Principi creditur. At quæ sanctissimus Pius V. verba protulit ea ex aliorũ relatione protulit: ita enim ait: *Cum nuper acceperimus, quod sacer ordo Fratrum Prædicatorum præ cæteris aliorum Fratrum mendicantium ordinibus à sede Apostolica primo & approbatus, & confirmatus fuerit &c.* Nihil igitur de veritate sanctissimi Pontificis derogamus, cum sit illa ex agnitione, quam accepit ab alijs, metienda, & intelligenda. Et ad hoc quidem argumentum, hæc nimis multa satis.

Cap. VI.

Dissoluuntur quatuor argumenta postrema quæ fuerunt nobis in cap. 2. contraria.

ARgumentum 6. quod ex testimonio Iacobi Bergomensis Eremitani desumpserunt aduersarij, pertenues contra propositam veritatem virium neruos habet. Nam quid (oro) piaculi, si Bergomensi hac ex parte non credamus, cum testis sit numero vnus, & singulare proferat testimoniũ? maximè cum nondum satis certum sit, sed ad huc in dubia quæstione positum: quonam tempore quatuor mendicantes ordines titulum mendicantium nacti fuerint: imo non videatur probabile eos tẽpore Honorij III. hoc

hoc titulo iam fuisse ab Ecclesia (saltem numero quaternario) nobilitatos. Nam prædicatorum, & Minorum Familiæ ipso sedente Honorio in lucem primum sunt exsuscitatæ: Ordo verò Eremitarum Honorij III. tempore ad huc in Eremis agebat.

In dissolutionem 7. adducenda sunt hoc loco verba bullæ citatæ, quæ habetur in mari magno fol. 56. pag. 2. *Exponi* (inquit Alexand. 6.) *nobis nuper fecisti, quod licet alias pro bono pacis, & concordiæ voluerimus, & decreuerimus quoad præcedentias inter Fratres Minores, & Eremitas S. Augustini de obseruantia nuncupatorum professores in processionibus ciuitatum, & locorum consuetudinem, vbi aliud non appareat, conseruari debere. Tamen aliquando contingit professores S. Augustini Conuentuales se inter Fratres Conuentuales Ordinis Fratrum Minorum, & Obseruantes Ordinis eiusdem intromittere velle. Nos attendentes æquum fore quod professores dicti Ordinis Minorum de Obseruantia in processionibus à Fratribus Conuentualibus non separentur: auctoritate Apostolica declaramus in dictis processionibus illum modum, & ordinem circa præcedentiam obseruari debere in Obseruantibus Ordinis tui, qui in Conuentualibus Obseruatur, ita vt nulla inter eos separatio fiat, atque diuisio.* Hęc sunt verba Bullæ Alexandri VI. quam aduersarij in Eremitas contorquent: vbi vo-

sunt

lunt ab Alexandro VI. præcedentiam contra Eremitas Minoribus Fratribus fuisse adiudicatam.

At Summus Pontifex solum decernit vt pacis, & concordiæ tuendæ causa, seruetur circa præcedentias inter hos ordines consuetudo locorum, & ciuitatum: hoccine per Deum immortalem præcedentiam contra Eremitas Fratribus Minoribus demandare, nisi si dicunt Minores ab Eremitis semper, & vbique non præcedi nihil esse aliud, quàm Minores semper, & vbique præcedere Eremitis: diuersæ enim poterant esse locorum consuetudines, ita vt in hac ciuitate Minores præcederent Eremitis: in illa verò è contrario Eremitæ Minoribus. Quod autem de nouo in citata bulla Pontifex definiuit; id longe est aliud à controuersia præcedentiæ.

Vt 8. etiam argumentum soluatur, producenda sunt a nobis verba vtriusque priuilegij in argumento citati : ex producta namque verborum serie res palam omnibus fiet.

Ita ergo habet Bulla Innocentij IV. ex mari magno desumpta fol. 120. *Innocentius Episcopus seruus seruorum DEI dilectis filijs ministris generalibus, & prouinciali-*

priuilegij apertissimè conuincitur exceptos illos ordines iam tunc esse auctoritate Apostolica confirmatos, ac proinde ordinem etiam S. Augustini, is, qui excipitur. Cui solutioni sine vlla tergiuersatione vt pareát aduersarios hortor ne ineptam faciant consequentiam.

Sed adhuc addimus eos non satis aptè priuilegiorum contextum intellexisse: putant enim in vtroq; illo priuilegio excipi ordinem Eremitarum S. Augustini, is qui militaris fuerit, templariorum, aliorumq;, qui sub regula S. Augustini militiæ contra infideles dant operam, vt satis patet ex illis verbis: *Et aliorum religiosorum arma portantium*: etenim particula (aliorum) similia coniungit, referturq; ad omnia, quę antecedunt, vt sit sententia: præterquam ad ordines militares S. Augustini, templarios, aliorumq; ordinum, qui portant arma. Cui explanationi satis concinit ratio in vtroq; illo priuilegio allata in illis verbis. (Ad euitandam occasionem euagandi) quæ ratio in ordinibus militaribus locum habet, in quibus ratione militiæ præsto adest euagandi occasio: non vero in religionibus iis, in quibus regularis obseruantia viget; quam in Eremitarum ordine ab illorum Pontificum ætate (vt superiora tempora taceam) vsq; ad nostrā memoriam viguisse: vtriusq; Pontificis testimoniis atq; priuilegijs probare facilè poteramus.

Quid? quod Alexander IV. qui Innocentio IV. successit, præcessit autem Clementem IV. in literis, quas lib. 7. c. 8. § 2. ad IV. Alexandri testimonium adduximus. Concedit vt fratres Prædicatorum, & Minorum petita, & obtenta à suis prælatis licentia, Eremitarum ordini cooptari valeant, & solennem in eo professionem emittant? quomodo igitur eiecti ab eisdem ordinibus si literas ad alium ordinē trāseundi facultatis testes habeant, prohiberi poterant ab Innocentio IV. Quartoq; Clemente ne ad ordinem Eremitarum S. Augustini transeant? Quare de ordine S. Augustini ad militiam exercendam sub regula S Augustini instituto, intelligenda sunt duo illa Innocentij, Clementisq; Priuilegia.

In vltimo argumento aduersarij licentia eadem qua in præcedentibus abutuntur: contra causam enim Eremitarum pro sua opinione eos Doctores citant, qui vel nihil de ordinum præcedentijs obloquuntur, vel inter Prædicatores solos, Minoresq; rē definiunt, nullo facto verbo de Eremitis. In regula IV. quam allegant, nihil de religiosorum præcedentijs agit Panor. aut Felin. Ancharran. Archidiacon. Turrecr. & Guido Papa, quos omnes pro sua causa aduersarij adducunt: de præcedentiis quidem inter prædicatores, & minores agunt, atque etiam pro prædicatoribus sententiam dicunt cæterum de Eremitis, ne verbum quidem

dem faciunt vnum, quippe quorum causa longè dispari ratione fulciatur, cum & approbatione & institutione sint Dominicanis superiores. Quo posito fundamento commemorati Doctores, si lis eos cogeret de Eremitis quidquam disserere: pro Eremitis equè sententiam ferrent. Quod si Ioannes Andr. & adductæ glossæ stant à parte Dominicanorũ: ideo certè stant quia fundamento falso nitun. tur: putant enim Dominicanos esse Eremitis institutione antiquiores. Qua profectò in re turpiter sunt prolapsi, & contra expressa verba Concilij Lugdunensis in cap. vnic. §. sane de relig domibus in 6. vt abundè ostendimus lib. 6. Cuius Cõcilij definitionem si vidissent, vtique ex contrario principio contrariã priori conclusionem deducerent, ferrentque pro Eremitis sententiam suam: itaque in statuenda conclusione à veritate aberrarunt: quoniã in principio, vnde illam deduxerunt, non leuiter errauerunt.

Citabunt fortassis adhuc aduersarii pro causa sua Cassanæum in Catalogo gloriæ mũdi p. 4. consider. 68. vbi expresse docet, prædicatores cæteris mendicantibus & præcedere, & præcedere debere. Sed consulant eundem in consideratione 71. vbi statim palinodiam canit, docetque Eremitas præcedentiam cõtra Fr. Prædicatores, & minores non vno, sed multiplici ex capite sibi vendicare.

Ex quibus Lector iudica, quam iusta sit cũ communi DD. sententia antiquitas, & fundatio Ordinis Eremitarum S. Augustini: quo etiam iure seruatis Iuris regulis præcellentiam sibi attribuant, Interim omnia Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Iudicio submittimus.

FINIS.

CASTIGANDA.

Pag. 2. in Tit. lin. 2. necessario l. necessaria. p. 7. l. 14. ut l. id. p. 9. l. 16. pulica l. publica, p. 10. l. 16. probare l. probari, p. 11. l. 7. indubitatio l. indubitato, p. 13. l. 22. communi l. communiu, p. 15. l. 22. approbationem l. approbatione, p. 20. l. 22. confirmata l. confirmatam, p. 21. l. 11. occurrunt l. docuerunt, pag. 32. l. 24. confirmanda l. confirmanda, p. 33. l. 1. coniunctius l. coniunctiue. tanti pag. 69. l. 23. l. tanta. aliam pag. 71. l. 27. aliũ, p. 85. pro animi l. animo. l. 10. pag. 86. quantis l. quamuis, l. 17 p. 89. pro expressis l. expressius l 15. p. 92. l. 2. pro reperemus l. referemus, p. 92. l. 2. pro regiosam l. religiosam, p. 120. pro Adeo l. Ado l. 14. p. 151. pro Augustana l. semel pro semper Augustiniana l. 28. p. 154. l. 9. pro insanium l. insaniam. p. 166. l. 6. pro toti l. toto, l. 18. p. 197 pro Possidonius l. Possidonii, l. 19. p. 220. l. 20. pro Vnde tu l. unde tune, p. 275. l. 12. pro continẽs l. constans, p. 279. l. 28. pro se l. suo, l. 27. p. 299. pro regi l. regni, 28. pro quid l. quo, p. 399. l. 22. pro illi l. ille, p. 393. l. 20. pro quidam l. quidem, p. 498 l. 23. pro ahenus l. alhenaus, p. 504. l. 24. pro urbino l. Herbipolensi, p. 510. l. 14. pro deuote l. de voto, p. 517. l. ult. pro disperditur l. dispersum. A l. ult. c. 1. & 2. l. ff.

Si quid amplius parui momenti calamo emendato.



INDEX

INDEX RERVM MEMORABILIVM.

A.

Cali-

C.

Possi-

Ior.

Mitra

Pro-

FINIS